23855/B

Digitized by the Internet Archive
in 2017 with funding from
Wellcome Library

https://archive.org/details/b29339339_0014

# MEDICORVM GRAECORVM
# OPERA
## QVAE EXSTANT.

EDITIONEM CVRAVIT

D. CAROLVS GOTTLOB KÜHN

PROFESSOR PHYSIOLOGIAE ET PATHOLOGIAE IN LITERARVM VNIVERSITATE LIPSIENSI PVBLICVS ORDINARIVS ETC.

VOLVMEN XIV.

CONTINENS

CLAVDII GALENI T. XIV.

LIPSIAE

PROSTAT IN OFFICINA LIBRARIA CAR. CNOBLOCHII

1827.

TEXTS

WELLCOME INSTITUTE LIBRARY

# CONTENTA TOMI XIV.


| | | | |
|---|---|---|---|
| I. | De antidotis lib. II. . . . . . . | Pag. | 1 — 209 |
| II. | De theriaca ad Piſon. . . . . . . | — | 210 — 294 |
| III. | De theriaca ad Pamphil. . . . | — | 295 — 310 |
| IV. | De remediis parabilibus I — III. . | — | 311 — 581 |
| V. | De ſophiſmatis ſ. captionib. penes dictionem. . . . . . . . . | — | 582 — 598 |
| VI. | De praenotione ad Poſthumum. | — | 599 — 673 |
| VII. | Introductio ſ. medicus, Galeno adſcriptus. . . . . . . . . . | — | 674 — 797 |

# ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΑΝΤΙΔΟΤΩΝ ΒΙΒΛΙΑ ΔΥΟ. ΒΙΒΛΙΟΝ Α.

Ed. Chart. XIII. [865.] Ed. Baſ. II. (423.)

Κεφ. α΄. [*Τί ἐστιν ἡ ἀντίδοτος καὶ πόθεν τὴν γένεσιν ἔχει ἡ θηριακή.*] Τὰς ἰωμένας τὰ πάθη δυνάμεις οὐκ ἔξωθεν ἐπιτιθεμένας, ἀλλ᾽ εἴσω τοῦ σώματος λαμβανομένας ἀντιδότους ὀνομάζουσιν οἱ ἰατροί. τρεῖς δ᾽ αὐτῶν εἰσιν αἱ πᾶσαι διαφοραί. τινὲς μὲν γὰρ ἕνεκα τῶν θανασίμων προσφέρονται φαρμάκων, τινὲς δὲ τῶν ἰοβόλων ὀνομαζομένων θηρίων, τινὲς δὲ τοῖς ἐκ φαύλης διαίτης γιγνομένοις πάθεσιν ἀρήγουσιν. ἔνιαι δὲ τὰς τρεῖς ἐπαγγέλλονται χρείας, ὥσπερ καὶ ἡ θηριακὴ κα-

# GALENI DE ANTIDOTIS LIBRI DUO. LIBER PRIMUS.

Cap. I. [*Quid ſit antidotus et unde theriaca originem habuerit.*] Quae remedia non extrinſecus corpori impoſita, ſed intro aſſumpta pravis affectibus medentur, antidota medici nominant. Tres autem in univerſum ipſorum ſunt differentiae. Quaedam etenim lethalium venenorum gratia offeruntur; quaedam ad virulentas quas appellitant feras *proficiunt;* quaedam affectibus ex pravo victu oborientibus auxiliantur; nonnulla hunc triplicem uſum pol-

Ed. Chart. XIII. [865.] Ed. Baſ. II. (423.)

λουμένη, συντεθεῖσα μὲν ὑπὸ Ἀνδρομάχου τοῦ ἰατροῦ, παρωσαμένη δὲ τὴν Μιθριδάτειον ὀνομαζομένην, καὶ αὐτὴν ἀπὸ τοῦ συνθέντος αὐτὴν οὕτω κληθεῖσαν. ὁ γάρ τοι Μιθριδάτης οὗτος, ὥσπερ καὶ ὁ καθ᾽ ἡμᾶς Ἄτταλος, ἔσπευσεν ἐμπειρίαν ἔχειν ἁπάντων σχεδὸν τῶν ἁπλῶν φαρμάκων, ὅσα τοῖς ὀλεθρίοις ἀντιτέτακται, πειράζων αὐτῶν τὰς δυνάμεις ἐπὶ πονηρῶν ἀνθρώπων, ὧν θάνατος κατέγνωστο. τινὰ μὲν οὖν αὐτῶν ἀνεῦρεν ἐπὶ φαλαγγίων ἰδίως ἁρμόζοντα, τινὰ δὲ ἐπὶ σκορπίων, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἐχιδνῶν ἄλλα. καὶ ἐπὶ τῶν ἀναιρούντων φαρμάκων τὰ μὲν ἐπὶ ἀκονίτου, τὰ δὲ ἐπὶ λαγωοῦ τοῦ θαλαττίου, τὰ δ᾽ ἐπ᾽ ἄλλου τινὸς ἢ ἄλλου. πάντα δ᾽ οὖν αὐτὰ μίξας ὁ Μιθριδάτης ἓν ἐποίησε φάρμακον, ἐλπίσας ἕξειν ἀρωγὸν ἐπὶ πᾶσι τοῖς ὀλεθρίοις. ὕστερον δὲ Ἀνδρόμαχος ὁ Νέρωνος ἀρχιατρὸς, ἔνια μὲν προσθεὶς, ἔνια δὲ ἀφελὼν, ἐποίησε τὴν θηριακὴν ὀνομαζομένην ἀντίδοτον, οὐκ ὀλίγην ἐχιδνῶν σάρκα μίξας τοῖς ἄλλοις, ἣν οὐκ εἶχεν ἡ Μιθριδάτειος. καὶ διὰ τοῦτο πρὸς

licentur, quemadmodum et quae theriace vocatur ab Andromacho medico composita, quaeque quod Mithridatium nominant, depulit, ipſum etiam, ab eo qui id compoſuit, ſic appellatum. Hic enim Mithridates, quemadmodum et apud nos Attalus, omnium prope ſimplicium medicamentorum experientiam habere studuit, quae perniciofis venenis adverſantur, facultates ipſorum in facinoroſis hominibus morte damnatis explorans. Quaedam igitur eorum comperit adverſus phalangia privatim convenire, quaedam in ſcorpiones, quemadmodum in viperas alia. Item adverſus perimentia venena quaedam in aconitum, nonnulla in leporem marinum, alia in aliud quippiam aut aliud *pugnant.* His itaque omnibus contemperatis Mithridates unum confecit medicamentum, ſperans ſe adverſus omnia lethalia habiturum praeſidium. Poſtea Andromachus Neronis primarius medicus quibusdam adjectis, nonnullis ademtis, theriacen dictum antidotum praeparavit, haud exigua viperarum carne, quam

μὲν τὰ τῶν ἐχιδνῶν δήγματα καλλίων ἐστὶν ἡ θηριακὴ τῆς Μιθριδάτειος ὀνομαζομένης· πρὸς τὰ ἄλλα δὲ οὐδὲν ἧττων ἡ Μιθριδάτειος, ἀλλ᾽ ἔστιν ἐφ᾽ ὧν καὶ βελτίων. οὐ τὴν αὐτὴν δὲ δύναμιν ἔχουσιν [866] ἐπιλαμβανόμεναι καὶ προλαμβανόμεναι (424) τῶν ἀναιρούντων φαρμάκων. ὃ γὰρ αὔταρκες αὐτῶν ἐστι μέγεθος εἰς τὸ μηδὲν παθεῖν προληφθέντων, τοῦτο αὐξηθὲν εἰς τετραπλάσιον ἢ πενταπλάσιον ἐπιδιδόμενον ὀνίνησι, καὶ οὐχ ἅπαξ γε τῆς ἡμέρας, ἀλλὰ δίς. εἰ δέ τις ἤτοι καθ᾽ ἑκάστην τὴν ἡμέραν, ὡς ὁ καθ᾽ ἡμᾶς γενόμενος αὐτοκράτωρ Αὐρήλιος Ἀντωνῖνος ἢ ὡς αὐτὸς ὁ Μιθριδάτης, λαμβάνοι τοῦ φαρμάκου, παντάπασιν ἀβλαβὴς ὑπὸ τῶν θανασίμων τε καὶ δηλητηρίων φαρμάκων ὀνομαζομένων ἔσται, ὥσπερ φασὶ καὶ τὸν Μιθριδάτην αὐτὸν, ἡνίκα προείλετο δι᾽ ὀλεθρίου φαρμάκου μᾶλλον ἀποθανεῖν, ἢ ὑπὸ Ῥωμαίοις γενέσθαι, μηδὲν εὑρεῖν ἀνελεῖν αὐτὸν δυνάμενον. τὰ μὲν οὖν κατὰ Μιθριδάτην ἀκούομεν· αὐτοὶ δ᾽ ἡμεῖς ἴσμεν κατὰ τὸν Ἀντωνῖνον, ὃς τὸ μὲν πρῶτον εἰς ἀσφάλειαν ἑαυτοῦ κατασκευάζων ἑκάστης

Mithridatium non habebat, aliis admixta. Atque ob id theriace ad viperarum morſus praeſtantior quam Mithridatium vocatum exiſtit. Ad alia vero Mithridatium nihilo minus valet, ſed eſt in quibus etiam praeſtantius inveniatur. At non easdem facultates habent et post deleteria medicamenta et ante aſſumpta. Quae enim magnitudo ipſorum, quum praeſumuntur, ſufficit ad nihil patiendum; ea quadruplo aut quintuplo aucta, quum postea datur, adjuvat; idque non ſemel quotidie, ſed bis. Verum si quis vel ſingulis diebus, quemadmodum noſtra tempeſtate factus imperator Aurelius Antoninus vel ut ipſe Mithridates, medicamentum capiat, omnino a lethalibus et deleteriis appellatis medicamentis erit ſecurus et immunis; ſicuti ajunt et Mithridatem ipſum, quum lethali medicamento interire potius, quam Romanorum ſubjici imperio maluit, nihil inveniſſe quod ipſum interimere potuerit. Quae jam Mithridati acciderunt audimus. Nos autem ipſi novimus Antonini tempore, qui primum theriacen in ſui

ἡμέρας, ὅσον Αἰγυπτίου κυάμου μέγεθος ἐλάμβανεν, ἢ καταπίνων ἄνευ μίξεως ὕδατος ἢ οἴνου ἢ τοιούτου μιγνύς. ἐπεὶ δὲ συνέβαινεν αὐτῷ νυστάζειν καρωδῶς ἐν ταῖς ὁσημέραι πράξεσιν, ἀφεῖλε τὸν ὀπὸν τῆς μήκωνος. πάλιν οὖν αὐτὸν συνέβη διὰ τὸ πρόσθεν ἔθος, ὡς ἂν αὐτῷ τε φύσει ξηροτέρας ὄντι κράσεως, καὶ ξηραῖνον φάρμακον ἐκ πολλοῦ προσφερόμενον, τό γε πλεῖστον μέρος τῆς νυκτὸς ἄγρυπνον διατελεῖν, καὶ διὰ τοῦτο ἠναγκάσθη προσφέρεσθαι, καὶ τοῦ τὸν ὀπὸν ἔχοντος ἤδη πως κεχρονικότος. εἴρηται γάρ μοι πολλάκις ἤδη τὰ τοιαῦτα φάρμακα χρονίζοντα πραότερον ἴσχειν αὐτόν. ἦν δὲ τηνικαῦτα διὰ τὸν Γερμανικὸν πόλεμον ἐν τοῖς περὶ τὸν Ἴστρον χωρίοις, ἐμοῦ παραιτησαμένου τὴν ἀποδημίαν ἐκείνην. ἐπεὶ δὲ τὴν ὑπὸ Δημητρίου τοῦ ἀρχιατροῦ σκευαζομένην ἀντίδοτον ἐπῄνει, μετὰ θάνατον αὐτοῦ γράψας Εὐφράτει τῷ καθολικῷ, παρ᾽ οὗ τὰ πρὸς τὴν σύνθεσιν ἐλάμβανεν ἁπλᾶ φάρμακα, δηλῶσαι τίς αὐτῷ παρῆν τῶν λαμβανόντων σύνταξιν αὐτοκρατορικήν, καὶ πυθόμενος ἐμὲ διὰ παντὸς αὐτῷ κατὰ πάσας τὰς συν-

tutelam praeparans, quotidie Aegyptiae fabae magnitudinem aſſumebat, vel citra aquae vinive aut ejusmodi miſturam deglutiens. Quum autem ipſum in quotidianis actionibus comate corripi contingeret, papaveris ſuccum ademit. Rurſus quum accideret, ut propter conſuetudinem priſtinam, ceu qui ſiccioris temperamenti naturam haberet, et ob deſiccans medicamentum a longo tempore oblatum, bonam noctis partem inſomnem tranſigeret, coactus eſt propterea etiam, ex eo quod papaveris ſuccum habet jam inveterato, adjicere. Dictum eſt autem a nobis ſaepe ejusmodi medicamenta inveterata mitiorem eum ſuccum obtinere. Erat autem tunc imperator ob bellum Germanicum in Iſtri ripis, me profectionem illam averſato. At quum antidotum ab Demetrio archiatro compoſitum laudaret, poſt mortem ipſius literis ad Euphratem catholicum, a quo ad compoſitionem apta ſimplicia medicamenta accipiebat, miſſis ut indicaret quis ipſorum adeſſet, qui compoſitionem imperialem accepiſſet, rogavit

θέσεις παραγεγονέναι, σκευάζεσθαι μὲν ἐκέλευσεν ὑπὸ ἐμοῦ τὴν ἀντίδοτον. ἀρεσθεὶς δὲ αὐτῇ μόνῃ, παραγενόμενος εἰς Ῥώμην, ἐπυνθάνετο κατὰ τίνα συμμετρίαν τῶν ἁπλῶν φαρμάκων σκευάζοιμι, κἀγὼ τἀληθὲς αὐτῷ διῆλθον, ὡς οὐδὲν οὐδὲ τοὐλάχιστον, οὔτ' ἐνέλιπον, οὔτε προσέθηκα τῶν ἐμβαλλομένων ἐξ ἔθους παλαιοῦ τοῖς κατὰ τὴν αὐλὴν ἰατροῖς, ἐδήλωσά τε τὴν αἰτίαν, δι' ἣν ἀρέσκει μάλιστα αὐτῷ ἐμοὶ σκευασία, περὶ ἧς εἰπεῖν καὶ νῦν προθέμενος, ἐμνημόνευσα τῶν τότε πραχθέντων. ἅτε γὰρ ἑκάστης ἡμέρας λαμβάνων ὁ Ἀντωνῖνος ἅμα πολλῷ μέλιτι τοῦ φαρμάκου, ἀκριβέστατα διεγίνωσκε τήν τε κακίαν αὐτοῦ καὶ τὴν ἀρετήν.

Κεφ. β'. [Πῶς ἂν καλλίστη σκευάζηται ἡ θηριακή.] Γίνεται δὲ κάλλιστον τοῦτο, καὶ τὰ ἄλλα σχεδὸν ἅπαντα φάρμακα, διὰ τὴν τῶν ἐμβαλλομένων ἀρετήν τε καὶ ἀναλογίαν τῆς πρὸς ἄλληλα δυνάμεως. οἱ πολλοὶ δ' οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ἴσασι δοκιμάζειν ἕκαστον αὐτῶν καταμόνας, εἰς ὅσον ἥκει κακίας ἢ ἀρετῆς, ὥστ' οὐδὲ τὴν ἀναλογίαν τῆς πρὸς ἄλληλα δυνάμεως ἐπίστανται. καὶ διὰ τοῦτο βάλλοντες

me ut ſemper ei in omnibus compoſitionibus adeſſem, praepararique antidotum a me juſſit. Sed quia hoc ſolum ei placuerat, Romam profectus inquirebat, quanam ſimplicium medicamentorum commoderatione conficerem, ac ego verum ei confeſſus ſum. Nam nihil etiam minimum vel reliqui vel adjeci iis, quae ex veteri conſuetudine aulici medici immittunt, cauſamque oſtendi propter quam potiſſimum mihi ipſi confectio placeat, de qua impraeſentiarum dicere inſtituens, eorum quae tunc geſta ſunt, commemini. Nam Antoninus, ut qui ſingulis diebus medicamentum una cum melle copioſo aſſumeret, exactiſſime et malitiam ejus et virtutem dignoſcebat.

Cap. II. [*Quomodo optima theriaca componatur.*] Fit autem hoc praeſtantiſſimum, reliquaque prope univerſa medicamenta, tum propter eorum quae injiciuntur probitatem, tum ob virtutis inter ſeſe proportionem. Plerique neutiquam ſingula ipſa privatim probare noverunt, quantum maligna probave exiſtant. Quapropter neque virium

ἐνίοτε τὰ πλεῖστα τῶν φαρμάκων ἀσθενῆ, ἢ διὰ χρόνον, ἢ διὰ γένος, ἔμιξαν αὐτοῖς τῶν ἰσχυροτάτων. ἐμβαλὼν γοῦν τίς ποτε ἐκ τῶν Θηβῶν τῶν Αἰγυπτίων ὀπὸν ἰσχυρότατον ὄντα, παραπλήσιον Φιλωνείῳ φαρμάκῳ καὶ τῇ γεύσει καὶ τῇ δυνάμει τὴν ἀντίδοτον εἰργάσατο. σμύρναν δὲ αὖθις ἐμβαλὼν, ἰσχυρότατον ἅμα τοῖς [867] πλείστοις ἀσθενέσιν, ἐπικρατηθῆναι τὴν ἀντίδοτον ὑπ' ἐκείνης ἐποίησε, καί τις ἄλλος ὅμως ἐν κρόκῳ ταὐτὸν ἥμαρτεν, ὁ δὲ ἐν σαγαπηνῷ, καθάπερ γε πάλιν ἄλλος ἐν ἀσφάλτῳ καὶ χαλβάνῃ. τινὲς δὲ καὶ δύο καὶ τρία τῶν οὕτως ἰσχυρῶν ἀσθενέσι τοῖς ἄλλοις μίξαντες ὑπ' ἐκείνων ἐπικρατουμένην τὴν ἀντίδοτον εἰργάσαντο. τὴν σκευασίαν μὲν οὖν αὐτὴν κἂν ἅπαξ τις ἤδη δριμὺς ἄνθρωπος εὐκόλως μαθήσεται· τῶν δ' ἐμβαλλομένων φαρμάκων τὴν διάγνωσιν οὐχ ἅπαξ ἢ δὶς ἢ τρὶς, ἀλλὰ πάνυ πολλάκις ἑωρᾶσθαι δεῖται, κἂν ἀκριβῶς ὑπό τινος δεικνύντος τε ἅμα καὶ λόγου διδάσκοντος, ὁποῖόν ἐστι τὸ ἄριστον ἐκμάθοι, [τῷ δὲ χωρὶς τοῦ δείξαντος ἐξ ἀναγνώσεως βιβλίου τινὸς, ὁποῖα τά θ' Ἡρα-

inter ſe proportionem cognoſcunt. Unde factum eſt ut pluribus medicamentis imbecillibus aut temporis ſpatio, aut genere nonnunquam injectis, validiſſima ipſis admiſcuerint. Quidam enim aliquando liquorem qui ex Thebis Aegypti affertur valentiſſimo immittens antidoto, Philonio id medicamento et guſtu et viribus perſimile effecit. Rurſus myrrha indita maxime valenti, ſimul cum pluribus imbecillis, praestitit ut antidotum ab illa vinceretur, ac alius quidam ſimiliter in croco erravit, alius in ſagapeno, quemadmodum rurſus alius in bitumine et galbano, nonnulli et duo et tria tam valida aliis imbecillibus admiſcentes antidotum quod ab illis ſuperatur confecerunt. Quomodo igitur ipſum praeparetur vel uno verbo aliquis jam ſagax homo ex facili addiſcet. Porro medicamentorum dignotionem ac diſcrimina non ſemel aut bis terve, ſed admodum frequenter ſpectaſſe convenit, etſi accurate a quodam indicante ſimul, et rationem docente quale optimum ſit, poterit indipiſci. At ei qui ſine indice ex libro quodam

κλείδου τοῦ Ταραντίνου Θηριακὰ καὶ Κρατεύα καὶ Διοσκορίδου καὶ Νίγρου καὶ Ἰόλλα καὶ Ῥούφου τοῦ Ἐφεσίου καὶ ἄλλων τινῶν ἐπὶ τὴν διάγνωσιν αὐτῶν ἥκοντι, πολὺ πλείονος αὐτοψίας δεῖ πρὸς τὸ διαγινώσκειν ἀκριβῶς ἑκάστου φαρμάκου τήν τε ἀρετὴν καὶ τὴν κακίαν. ἔνια μὲν γὰρ παραποιοῦσιν οἱ καπηλεύοντες οὕτω σαφῶς, ὡς καὶ τοὺς τριβακωτάτους ἐν αὐτοῖς λανθάνειν, ἐφ᾽ ὧν κάλλιστόν ἐστιν αὐτῶν ἐκ πολλοῦ παρεσκευάσθαι διὰ φίλον ἀνόθευτον ἐκ τοῦ χωρίου, καθ᾽ ὃ κάλλιστον γεννᾶται, πορίζεσθαι τὸ φάρμακον, ἢ ἅπαξ πορευθέντα παρασκευάσασθαι τὰ διαμεῖναι δυνάμενα πρὸς ὅλον τὸν βίον, ὁποία σχεδὸν ἅπαντά ἐστι τὰ μεταλλικὰ καλούμενα. Κύπρον γοῦν ἱστορῆσαι βουληθεὶς ἐγὼ διὰ ταῦτα, φίλον τε ἔχων τὸν ἐν αὐτῇ πολὺ δυνάμενον, ἑταῖρον ὄντα τοῦ προεστῶτος τῶν μετάλλων ἐπιτρόπου Καίσαρος, καδμείαν τε πολλὴν ἐκεῖθεν ἐκόμισα καὶ διφρυγὲς καὶ σπόδιον καὶ πομφόλυγα χαλκῖτίν τε καὶ μίσυ καὶ σῶρυ καὶ χάλκανθον, ὥσπερ γε πάλιν ἐκ τῆς Παλαιστίνης Συρίας ὀποβάλσαμον ἀκριβές.

perlecto, quales ſunt Heraclidis Tarentini Theriacae, Crateuae, Dioſcoridis, Nigri, Iollae, Ruffi Epheſii et aliorum quorundam, dignotioni ipſorum incumbit, multo magis ſuiſmet oculis inſpicere opus eſt, quo cujusque medicamenti virtutem et malitiam exacte internoſcat. Nonnulla ſiquidem inſtitores tam callide adulterant, aſſimilantque veris, ut etiam exercitatiſſimos in eis fallant, in quibus optimum eſt, ex longo tempore ea praeparaſſe atque per amicum ſincerum ex regione qua praeſtantiſſimum naſcitur medicamentum exhiberi, aut ſemel eo profectum praeparare quae per totam vitam durare poſſent, qualia fere omnia ſunt metallica nuncupata. Quum itaque Cyprum propterea inviſere ſtatuiſſem, haberemque amicum in ea praepotentem, qui familiaris erat praeſecti metallorum, commiſſarii Caeſaris, cadmiam copioſam illinc exportavi, item diphryges, ſpodium, pompholygem, chalcitidem, miſy, ſori et chalcanthum, quemadmodum ex Palaeſtina Syria opobalſamum exactum. Bitumen ſane ne adulterari

ἄσφαλτος μὲν γὰρ οὐδὲ δολωθῆναι δύναται πανούργως, ὥσπερ οὐδὲ ὁ τοῦ ὀποβαλσάμου καρπὸς ἢ τὸ ξυλοβάλσαμον. ἔπλευσα δὲ καὶ εἰς Λῆμνον, ἴσασι δὲ οἱ θεοὶ, δι᾽ οὐδὲν ἄλλο ἢ διὰ τὴν Λημνίαν, εἴτε γῆν ἐθέλει τις ὀνομάζειν, εἴτε σφραγῖδα. λέλεκται δὲ περὶ αὐτῆς αὐτάρκως ἐν τῷ περὶ τῆς τῶν ἁπλῶν φαρμάκων δυνάμεως ἐνάτῳ. ταύτην οὖν εἴτε Λημνίαν γῆν, εἴτε σφραγῖδα καλεῖν ἐθέλεις, παραποιοῦσιν, ὡς μηδένα δυνάσθαι διαγνῶναι τὴν ἀληθινὴν ἀπὸ τῆς παραπεποιημένης. καθάπερ γε τὸ καλούμενον Ἰνδικὸν Λύκιον, ἕτερά τε πολλὰ δυσκολωτάτην ἔχοντα διάγνωσιν ἀπὸ τῶν νενοθευμένων, ἃ χρὴ παρὰ τῶν εἰς τὰ χωρία πορευομένων, ἐπιτρόπων τε καὶ συγκλητικῶν ἀρξάντων τῆς χώρας ἀθροίζειν, ἢ καὶ τῶν κατοικούντων ἐν αὐτοῖς φίλων, ὥσπερ ἐμὲ ποιοῦντα τεθέασθε. κομίζεται γάρ μοι τὰ μὲν ἐκ τῆς μεγάλης Συρίας, τὰ δ᾽ ἐκ τῆς Παλαιστίνης, τὰ δὲ ἐξ Αἰγύπτου, τὰ δὲ ἐκ Καππαδοκίας, ἐκ Πόντου δ᾽ ἄλλα, καθάπερ γε καὶ Μακεδονίας τε καὶ τῶν πρὸς τὴν δύσιν χωρίων, ἔνθα Κελτοὶ καὶ Ἴβη-

quidem poteſt dolo, quemadmodum neque opobalſami fructus aut xylobalſamum. Navigavi autem in Lemnum quoque ob nullam (ita me dii ament) aliam rem quam Lemniam, ſive terram quis nominare velit, ſive ſphragida, quod eſt ſigillum. Porro diximus de ea abunde nono de ſimplicium medicamentorum facultate libro. Hanc igitur ſive Lemniam terram, ſive ſigillum malis appellare, adulterant, ut nemo veram a fucata falſaque poſſit dignoſcere. Quemadmodum et quod vocatur Indicum Lycium, aliaque multa dignoſci ab adulteratis difficillima: quae convenit ab iis qui in regiones proficiſcuntur tum commiſſariis tum ſenatoriis loci praeſidibus colligere, vel ab amicis qui ea loca inhabitant, quemadmodum me facere conſpexiſtis. Nam alia ex magna Syria, alia ex Palaeſtina, alia ex Aegypto, alia ex Cappadocia, ex Ponto mihi alia afferuntur. Quemadmodum etiam ex Macedonia et occidentalibus plagis, ubi Galli et Hiſpani habitant, a

ρες, οἵ τε κατὰ τὴν ἀντικειμένην χώραν οἰκοῦντες Μαυρούσιοι. τίνα μὲν οὖν ἐν ἑκάστῃ χώρᾳ γίνεται κάλλιστα φάρμακα, Διοσκουρίδης τε καὶ οἱ ἄλλοι γεγράφασιν ἀληθῶς. ἡμᾶς δ', ὡς ἔφην, χρὴ παρασκευάσασθαι καθ' ὃν εἴρηκα τρόπον αὐτὰ, καὶ μάλιστα ἐὰν ἐν Ῥώμῃ κατοικῶμεν, εἰς ἣν ἐξ ἁπάντων τῶν ἐθνῶν καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἐξικνοῦνται πάμπολλα. τίνα δὲ καὶ κατ' αὐτὴν τὴν Ἰταλίαν τὰ μὲν αὐτοφυῶς γεννᾶται, τὰ δὲ κατασκευάζεται, καθάπερ ἐν Δικαιαρχίᾳ τῇ νῦν καλουμένῃ Ποτιόλοις, ἰὸς καὶ ψιμύθιον καὶ χαλκὸς καὶ λεπὶς χαλκοῦ καὶ ἄλλα τινὰ, κατὰ δὲ τὴν Ῥώμην αὐτὴν ἡ λιθάργυρος. ἔνια δὲ μόνον οὐχὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν κομίζεται, καθάπερ τά τ' ἐκ τῆς Σικελίας καὶ τῆς μεγάλης Λιβύης καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ὥρᾳ θέρους ἀπό τε Κρήτης πολλὰ, τῶν ἐκεῖ βοτανικῶν ἀνδρῶν ὑπὸ Καίσαρος τρεφομένων, οὐκ αὐτῷ Καίσαρι [868] μόνῳ, ἀλλὰ (425) καὶ πάσῃ τῇ Ῥωμαίων πόλει, πλήρη πεμπόντων ἀγγεῖα ταυτὶ τὰ πλεκτὰ καλούμενα, διὰ τὸ τῶν λυγῶν εἶναι πλέγματα. φέρεται δὲ ἀπὸ Κρήτης τὰ τοιαῦτα καὶ εἰς ἄλλα πολλὰ τῶν ἐθνῶν, ὡς μηδὲν τῶν ἀπ' αὐτῆς ἐνδεῖν,

Mauris, item qui oppoſitam illis regionem incolunt. Quae vero in ſingulis regionibus praeſtantiſſima medicamenta gignantur, Dioſcorides aliique vere deſcripſerunt. Nos autem, ut dicebam, praeparare ea oportet quo docui modo, et praeſertim ſi Romae habitemus, quo ex omnibus gentibus ſingulis annis permulta adveniunt. Nonnulla in ipſa quoque Italia partim ſua ſponte gignuntur, partim praeparantur, quemadmodum in Dicaearchia quae nunc vocatur Puteoli, aerugo, ceruſa, aes, ſquama aeris, ac alia nonnulla. In ipſa autem Roma argenti ſpuma. Nonnulla tantum non quotidie afferuntur, ſicuti quae ex Sicilia magnaque Libya et Creta ſingulis annis aeſtivo tempore multa apportantur, quum herbarii viri, qui illic a Caeſare aluntur, non ipſi Caeſari ſolum, ſed toti quoque Romanorum urbi plena vaſcula transmittant, quae *πλεκτὰ* dicuntur, quod viminum plexibus conſtent. Feruntur ejusmodi a Creta etiam ad alias plerasque gentes, ut nihil ex iis quae

μήτε βοτανῶν, μήτε καρπῶν, μήτε σπερμάτων, μήτε ῥιζῶν, μήτε χυλῶν. τὰ μὲν οὖν ἄλλα πάντα εἰλικρινῆ· νοθεύονται δὲ ἔνιοι τῶν χυλῶν, ἀλλὰ καὶ τοῦτο σπανίως γίνεται. διὰ γὰρ τὸ πλῆθος τῶν γενομένων βοτανῶν ἐν τῇ νήσῳ οὐ πάνυ τι πανουργεῖν ἐπιχειροῦσιν οἱ κατ᾽ αὐτὴν βοτανικοὶ, οὐ μὴν οὐδ᾽ ἡ καινουργία μεγάλη, καθάπερ ἐπ᾽ ἄλλων, ἀλλ᾽ ἀντὶ τοῦ χυλὸν ἀψινθίου μόνου ποιήσασθαι πρασίου μιγνύουσιν, ἤ τι τοιοῦτον παραποιοῦσι μικρὸν, ὥστε τοὺς ἐν Ῥώμῃ μυροπώλας ὠνουμένους καθ᾽ ἕκαστον ἔτος τὰ πλήρη τῶν φαρμάκων ἀγγεῖα τὰ πλεκτὰ, πρῶτον μὲν ἕκαστον αὐτὸν διδάσκεσθαι γνωρίζειν, εἰ καὶ μὴ πρότερον ἑορακὼς τις εἴη. πρὸς τούτῳ δὲ καὶ τὸ κάλλιστον ἐκ τῆς συνεχοῦς θέας, ὁποῖόν ἐστι διδάσκεσθαι. μεμνημένοι γὰρ ὧν ὠνήσαντο πέρυσι, ὅταν ἴδωσιν ἕτερον, ἄμεινον αὐτοῦ γνωρίζουσιν· ἐν μὲν ταῖς βοτάναις, ὅσαι μετὰ τοῦ καρποῦ προσκειμένου τοῖς ἀκρέμοσι κομίζονται, πολυκαρπότερον· εὐθαλέστερόν τε καὶ ἁδρότερον, ἐσφιγμένον τε κατὰ τὴν οἰκείαν οὐσίαν, ἔν τε τῷ χρόνῳ μὴ διαφθειρόμενον, ἐννοοῦντες

ab ea proveniunt deſit, neque herbis, neque fructibus, neque ſeminibus, neque radicibus, neque ſuccis. Alia igitur omnia ſincera accipiuntur: nonnulli autem ſucci adulterantur, ſed et hoc raro accidit: nam propter copiam herbarum in inſula naſcentium herbarii incolae non adeo fucum facere conantur, imo neque novitas magna quemadmodum in aliis exiſtit, ſed ut abſinthii ſuccum duntaxat faciant, marrubium miſcent, aut ejusmodi quippiam exiguum immutant. Quare unguentorum inſtitores Romani quum ſingulis annis plena medicamentorum vaſa plectilia coëmunt, primum unumquodque ipſorum cognoſcere docentur, etiamſi non prius aliquis viderit. Ad haec etiam quale pulcherrimum exiſtat, ex continua inſpectione apprehendunt. Memores autem eorum quae anno ſuperiore emerunt, quum alterum eo praeſtantius viderint, agnoſcunt: inter herbas ſane, quae cum fructu ſurculis adhaerente apportantur, foecundius, germinantius, magis amplum, ſubſtantia ipſius compactum et tempore non contabeſcens,

εἶναι κρεῖττον τῶν ἀτροφωτέρων τε καὶ ἀκαρποτέρων, ἀραιῶν τε καὶ κούφων καὶ διαφθειρομένων ταχέως. ὄνος γὰρ ἂν εἴη σαφῶς ὁ μηδὲν τούτων ἐννοῆσαι δυνάμενος. ὥσπερ γε καὶ κατὰ τὴν γεῦσίν τε καὶ ὄσφρησιν οὐδὲν χαλεπὸν ἐννοῆσαι τὸ ἄριστον, ἑορακότας πολλάκις ταὐτόν. ἐν ᾧ γὰρ τῶν ἄλλων διαφέρει κατ᾿ ὀσμὴν ἢ γεῦσιν ἕκαστον τῶν φαρμάκων, ἐν ἐκείνῳ σφοδρυνόμενον πρωτεύει τῶν ὁμοειδῶν. οὕτω γοῦν καὶ τὸ μέλι λέγομεν ἄριστον εἶναι τὸ γλυκύτατόν τε καὶ δριμύτατον τῶν ἄλλων ἁπάντων, ἐπειδὴ τὸ γένος αὐτοῦ τὴν ἐν γλυκύτητι τοιαύτην ὑπεροχὴν ἔχειν φαίνεται. ὅταν οὖν ἐκ γλυκειῶν φύσει σταφυλῶν τὸ γλεῦκος εἰς ἥμισυ μέρος ἢ καὶ τρίτον ἑψηθείη, γλυκύτητι μὲν οὐδὲν ἀποδεῖ μέλιτος, ἀμβλὺ δ᾿ ἐστὶ καὶ ἄδηκτον, ὥσπερ τὸ ὕδωρ· ἀλλ᾿ οὐ τό γε μέλι τοιοῦτον· ἔχει γάρ τινα δριμύτητα μετὰ τῆς γλυκύτητος, ὥστε ἄριστόν ἐστι τὸ πρωτεῦον ἐν τούτοις, καὶ πρῶτά γε αὐτῶν τὰ γνωρίσματα τῆς οἰκείας ἀρετῆς ἐκ τούτων ἔσται. κατὰ συμβεβηκὸς δέ τι καὶ παρεπόμενον αὐτῇ κατὰ χροιὰν καὶ σύστασιν καὶ

intelligentes eſſe praeſtantius iis, quae macriora, minus fructuoſa, rara, levia et celeriter contabeſcentia viſuntur. Aſinus enim nimirum eſſet qui nihil horum poſſit intelligere, quemadmodum etiam guſtu odoratuque nihil negotii eſt optimum deprehendere, quum idem ſubinde viderimus. In quo enim ſingula medicamenta ab aliis odore aut guſtu differunt, in illo validum, principem inter ſimilia ſpecie, locum obtinet. Ita ſane et mel dicimus eſſe praeſtantiſſimum, quod dulciſſimum et acerrimum inter omnia alia habeatur, quoniam genus ipſius ejusmodi in dulcedine exceſſum obtinere apparet. Quum itaque ex dulcibus natura uvis muſtum ad dimidias aut etiam tertias fuerit incoctum, dulcedine quidem nihil a melle deficit, hebes autem eſt et morſus expers, quemadmodum aqua; verum mel non hujusmodi exiſtit, quippe acrimoniam quandam cum dulcedine refert. Quare laudatiſſimum eſt, quod in his praecellit ac primae ipſorum notae propriae virtutis, ex his ac ex accidenti ejusque conſequio petentur, juxta

ὀσμὴν καὶ τὴν οἷον ἀλληλουχίαν τῶν μορίων. ὠχρὸν μὲν οὖν ἐστι τῇ χροιᾷ, τῇ συστάσει δὲ οὔτε παχὺ καὶ θρομβῶδες οὔτε λίαν ὑγρὸν ἡνωμένον τε δι' ὅλου καὶ γλίσχρον, ὡς ἐάν γε βαστάσας ἀπ' αὐτοῦ τῷ δακτύλῳ ῥεῖν ἐπιτρέψῃς, κατατείνεσθαι συνεχὲς αὐτὸ, καθάπερ ἰξὸν, οὐ διασπώμενον, οὐδὲ ἀποῤῥηγνύμενον, ἀλλ' οὐ διὰ ταῦτ' ἔστιν ἄριστον, ἀλλ' ὅτι τὸ κατὰ τὴν οἰκείαν φύσιν ἄριστον μέλι ταῦτ' ἔχει συμβεβηκότα διὰ παντὸς ἑαυτῷ, καὶ διὰ τοῦτο γνωρίσματα γίνεται τοῦ βελτίστου. διὸ καὶ πολλάκις ἑωρᾶσθαί φημι δεῖν ἕκαστον τῶν ἁπλῶν φαρμάκων, ἵνα διὰ μνήμης ἔχωμεν εἰς ὅσον ἥκει δριμύτητος, ἢ γλυκύτητος, ἤ τινος τῶν ἄλλων αἰσθητῶν ποιοτήτων, ὧν τὸ ποσὸν ἀδύνατον λόγῳ δηλωθῆναι. προσέρχεται δέ τις καὶ ἄλλη κρίσις τῆς ἑκάστου φαρμάκου δυνάμεως ἐξ ἐμπειρίας πολυχρονίου, μηδὲν ὑπὸ τοῦ λόγου βοηθουμένη. τὸ γοῦν ἀπὸ Κνίδου κάλλιστον μέλι φαινόμενον οἷς εἶπον ἄρτι γνωρίσμασιν, ὡς ἐγγὺς εἶναι τῷ Θασίῳ τε καὶ Ὑμηττίῳ, κακίαν οὐ μικρὰν ἐνδείκνυται χρονίζον, εἰς οἰνώδη μεταβάλλον ποιότητα. παραπλήσιον

colorem, ſubſtantiam, odorem, et veluti particularum compagem. Colore igitur pallidum eſt, ſubſtantia neque craſſum et grumoſum, neque nimis liquidum, unitumque per tota et viſcoſum, ut ſi ex eo nonnihil digito geſtans fluere permiſeris, diſtendatur, ſibi contiguum, viſci modo, ne divellatur neque abrumpatur: verum non ideo eſt optimum, ſed quia ex peculiari natura mel optimum haec perpetuo ſibi accidentia vendicat, eaque de cauſa praeſtantiſſimae notae efficiuntur. Hinc igitur opus eſſe dico ſingula medicamenta ſimplicia ſubinde inſpexiſſe, ut in memoria habeamus, quantum acrimoniae ſortita ſint, aut dulcedinis, aut alterius cujusdam ſenſibilis qualitatis, quarum quantitas verbis nequit indicari. Jam et aliud quoddam cujusque medicamenti facultatis judicium ex longa experientia accedit, quod nihil ratione adjuvatur. Nam mel a Cnidio excellentiſſimum notis quas dixi nuper apparens, ceu prope accedat ad Thaſium et Hymettium, malitiam non mediocrem vetuſtate oſtendit, in vinoſam tranſiens

δέ τι πέπονθεν αὐτῷ καὶ τὸ Ῥόδιον. ὥστε τις ἐμβαλὼν τούτου τοῦ μέλιτος εἰς τὴν θηριακὴν [869] εἶτα μετὰ γ' ἐνιαυτὸν εὑρὼν αὐτὴν οἰνίζουσαν, οὐ κατὰ τὴν γεῦσιν μόνον, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν ὀσμὴν ἔδειξέ μοι, κἀγὼ θεασάμενος εἶπον τὸ γεγονὸς αὐτῷ παρὰ τοῦ βεβλημένου μέλιτος, ὥστε θαυμάσαι τὸν ἄνθρωπον. ἔτι δὲ προσεπυθόμην, εἴ γε ἐπὶ πλέον ἥψησέ τε καὶ ἀπήφρισεν αὐτό. προσωμολόγει δὲ καὶ ταῦτα, καὶ διὰ τοῦτο ἐθαύμαζε μὲν ὥς τι σοφὸν ἀκηκοὼς παρ' ἐμοῦ, κατέγνω δὲ τῆς ἑαυτοῦ προπετείας, ἐπιχειρήσαντος σκευάζειν φάρμακον ἐκ μόνης τῆς γραφῆς. ἄλλως δ' ὀξώδη γενομένην, ἣν ἐσκεύασε θηριακὴν ἔδειξέ μοι, πυνθανόμενος τὴν αἰτίαν. ἀκούσας οὖν παρ' ἐμοῦ πλείονα τοῦ δέοντος ἐμβεβλῆσθαι οἶνον, καὶ τοῦτον οὐκ ἄριστον οὐδὲ παλαιὸν, ἴσως δὲ καὶ ἄρτου μὴ καλῶς κατεσκευασμένου, πλέον μεμίχθαι τῇ σαρκὶ τῶν ἐχιδνῶν, ὁμολογήσας οὕτως ἔχειν, ἑαυτοῦ κατέγνω τῆς προπετείας.

*Κεφ. γ'.* [Ὁποῖον δεῖ τὸν οἶνον ἐμβαλεῖν ταῖς ἀντι-

qualitatem. Simile ipſi quippiam et Rhodio accidit. Quapropter quum aliquis mel hoc in theriacam miſiſſet, deinde poſt triennium ipſam vinum reſipientem deprehendiſſet, non guſtu modo, ſed odore etiam mihi oſtendit, ac ego contemplatus dixi, id ei ex melle indito accidiſſe, ob quod homo me admirari coepit: praeterea interrogavi, an largius ipſum incoxiſſet deſpumaſſetque. Confitebatur autem et haec, eoque admiratus eſt ut qui ſapiens nonnihil a me audiviſſet. Caeterum ſuam ipſe temeritatem ac praecipitantiam damnavit, quod ex ſola ſcriptura medicamentum praeparare eſſet aggreſſus. Alius acidam quam praeparavit theriacen effectam mihi indicavit, cauſam interrogans. Itaque quum a me audiviſſet plus impendio vini eſſe injectum, ejusque non optimi neque veteris, forte etiam panis non probe confecti amplius quam convenit carni viperarum eſſe immixtum, confeſſus ita ſe rem habere, temeritatis ſe damnavit.

Cap. III. [*Quod vinum in antidotis poni debeat.*]

δόσεις.] Διὸ καὶ προνοητέον ἐστὶν οἶνον ἐμβαλεῖν τῷ γένει τοιοῦτον, ὁποῖος μὲν ἐκ τῆς ἐμπειρίας ἔγνωσται μονιμώτατος ὑπάρχειν, ἔπειτα δ' ἰσχυρὸν, ἔτεσι πλείοσιν ἤδη δεδωκότα βάσανον, ὡς οὐκ ἔτι μεταβληθήσοιτο. καὶ γάρ τοι καὶ ἀσθενέστατοί γε καὶ ὡς ἂν εἴποι τις ὑδατωδέστατοι τῶν οἴνων ἢ σφόδρα αὐστηροὶ, καὶ μάλιστα πάντων οἴνων ὀξυνόμενοι, φθάσαντες ἐν τοῖς πρώτοις ἔτεσιν ὀξυνθῆναι, διαμένουσι τοῦ λοιποῦ. χρόνος δὲ τῆς τοιαύτης κρίσεως ἄλλος ἄλλῳ οἴνων ἐστὶν, οὐ πολλῶν μὲν ἐτῶν τοῖς ὑδατώδεσιν· οὕτω δ' ὀνομάζουσι τοὺς λευκοὺς τῇ χρόᾳ καὶ λεπτοὺς τῇ συστάσει, καὶ μὴ πολλοῦ δεομένους ὕδατος ἐν τῷ κεράννυσθαι. πάντως δ' αὐτοῖς ὑπάρχει τοιούτοις οὖσιν, ὥσπερ οὐδ' ὅλως πλήττουσι τὴν κεφαλὴν, οὕτω μηδὲ θερμαίνειν σαφῶς τὸ σῶμα, μηδὲ πέψει τῇ κατὰ γαστέρα, καὶ φλέβας ἐναργῶς συντελεῖν τι, μηδὲ εὐτροφίᾳ συναίρεσθαι. τάχιστα πάντων οἴνων οὗτοι παλαιοῦνται. καλοῦσι δὲ οἱ περὶ ταῦτα δεινοὶ παλαιοῦσθαι τὸ μεταβάλλειν ἑτοίμως εἰς τὴν τοιαύτην ποιότητα τῶν παλαιουμένων. δρι-

Quare etiam proſpiciendum venit, cujusmodi genere id immittas, quale ſane experientia notum eſt firmiſſimum exiſtere; deinde validum, quod pluribus jam annis probatum fuerit, quod non amplius immutetur. Etenim imbecillima et, ut ſic dicam, aquatiſſima vina aut vehementer auſtera, et maxime omnium vinorum aceſcentia, ubi primis annis exacuerint, reliquo tempore permanent. Verum hujusmodi judicii tempus aliud alii vino exiſtit: non multis ſane annis aquoſis id accidit. Ita vero nominant alba colore tenuiaque ſubſtantia, et non multae inter temperandum aquae indiga. Omnino autem ea quae talia ſunt, uti nec caput omnino feriunt, ita neque corpus manifeſto calefaciunt, neque concoctioni in ventriculo et venis evidenter quicquam conferunt, neque alendo corpori ſubminiſtrant. Haec ex omnibus vinis celerrime inveterantur. Vocant autem harum rerum periti inveterari prompte in talem veteraſcentium qualitatem immutari. Atque haec acrimonia eſt cum calore manifeſto.

*μύτης δ' ἐστὶν αὕτη μετὰ τοῦ θερμαίνειν σαφῶς, ὕστερον δὲ καὶ πικρότης, εἰς ἣν μετέστη. ἐνίοτε δὲ καὶ τοὺς ὑδατώδεις οἴνους ἀφικνουμένους ἐστὶν ἰδεῖν, ὅταν γε μὴ φθάσωσιν ἐν τοῖς πρώτοις, ἢ τρισὶν, ἢ τέτρασιν ἔτεσιν ὀξυνθῆναι· τοῖς δ' ἰσχυροῖς τε ἅμα καὶ αὐστηροῖς καὶ λευκοῖς μετὰ πάχους οἴνοις καὶ μετὰ δεκαετίαν ἐνίοτε συνέπεσε μὴ καλῶς ἀποκειμένοις ὀξυνθῆναι. συνέβαινε δ' αὐτοῖς καὶ παλαιοῦσθαι χρόνῳ παμπόλλῳ· τοιοῦτοι κατὰ τὴν Ἰταλίαν εἰσὶν, ὅ τε Τιβουρτῖνος καὶ Σιγνῖνος καὶ Μάρσος καὶ Σουῤῥεντῖνος. ὁ μέντοι Τιβουρτῖνος καὶ Μάρσος αὐστηροί τε, καὶ ῥαδίως ὀξυνόμενοι κατὰ τὴν ἀπρονόητον ἀπόθεσιν. ὁ δὲ Σιγνῖνος ἰσχυρότερός τε τούτων ὑπάρχει, καὶ ἧττον ὀξύνεται καὶ παλαιωθεὶς κάλλιστος γίνεται. περὶ δὲ τοῦ Σουῤῥεντίνου τί δεῖ καὶ λέγειν; ἅπαντες γὰρ τοῦτ' ἤδη γινώσκουσιν ὡς σχεδὸν πρὸ κ' ἐτῶν ἔτι ἐστὶν ἄπεπτος. ἀκμάζει δὲ τοσούτων ἐτῶν γιγνόμενος, ἐπὶ πολύ τε παραμένει πότιμος, οὐκ εὐκόλως ἐκπικρούμενος, συνάμιλλος κατ' ἀρετὴν ὑπάρχων τῷ Φαλερίνῳ. ἐναντία δὲ τούτοις τοῖς οἴνοις οἱ ὑδατώδεις πάσχουσιν, ὅ τε Σαβῖνος καὶ ὁ Ἀλβα-*

Poſtea vero amaror, in quem tranſit. Nonnunquam et aquoſa vina perſeverantia eſt videre, quum non primis aut tribus aut quatuor annis ſubacuerint. At validis ſimul et auſteris albisque cum craſſitie vinis etiam poſt decennium interim, ſi non bene fuerint recondita, aceſcere accidit. Eadem quoque inveterari longo temporis ſpatio contingit. Ejusmodi in Italia ſunt Tiburtinum, Signinum, Marſum, Surrentinum. Et quidem Tiburtinum Marſumque auſtera ſunt, et ex facili ſi imprudentius condantur aceſcunt. Signinum vero et his valentius eſt et minus aceſcit, inveteratumque optimum redditur. De Surrentino quid opus eſt dicere? Omnibus enim hoc jam conſtat, id ante viginti prope annos adhuc eſſe crudum. Viget autem tot annis natum, diuque potulentum permanet, non ex proclivi amareſcens, Falerno viribus perſimile. Secus aquoſis accidit, Sabino, Albano,

*νὸς καὶ ὁ Γαυριανὸς ἐν τῷ Ποτιόλων λόφῳ γενόμενος, ὅ τε ἐν Νεαπόλει κατὰ τοὺς ὑποκειμένους αὐτῇ λόφους, Ἀμιναῖος μὲν ὀνομαζόμενος,* [870] *ἀλλὰ λεπτὸς μὲν ὑπάρχων, οὐχ ὥσπερ οἱ κατὰ τὴν Σικελίαν τε καὶ Βιθυνίαν Ἀμιναῖοι, καίτοι κἀν τούτοις τοῖς ἔθνεσιν ὀλίγος μὲν ὁ ὑδατώδης καὶ λεπτὸς οἶνος γεννᾶται, οὐ μὴν ἀποδεῖ γε οὔτε τοῦ Σαβίνου κατὰ τὴν Ἰταλίαν οὔτε κατὰ τὴν Ἀσίαν Ἀρσινίου τε καὶ Τιτακαζηνοῦ καὶ τοῦ παρ᾽ ἡμῖν ὀνομαζομένου Τιβηνοῦ διὰ τὸ χωρίον ἐν ᾧ γεωργεῖται Τίβας ὀνομα-* (426) *ζόμενον. οὗτοι πάντες ῥᾳδίως μεταβάλλονται πρὸς τὰς ἐναντίας ποιότητας, ἤτοι τὴν ὀξεῖαν ἢ τὴν πικρὰν, ἐν μὲν ἀρχῇ τὴν ὀξεῖαν, ἐὰν δὲ διαμένωσι, τὴν πικράν. πολὺ δὲ εἰς ἑκάτερα τὴν ἀλλοίωσιν αὐτοῖς συμβάλλεται τὸ χωρίον ἐν ᾧ κεῖνται. καταρχὰς μὲν ἄριστόν ἐστι τὸ ψυχρὸν, ὕστερον δὲ τὸ θερμὸν, ἢ πάλιν ἱκανῶς θερμὸν ἐξ ἀρχῆς, ὡς τό γε χλιαρὸν ὀξύνει ῥᾳδίως αὐτούς. ἐὰν δὲ ἐν τῷ ψυχρῷ κείμενοι διαμένωσιν ἔτεσι β' καὶ γ', τοὐντεῦθεν ἱκανῶς θερμαίνεσθαι δέονται, τοῦ χλιαροῦ δὲ χωρίου καὶ*

Gauriano quod in Puteolorum colle naſcitur. Item et quod in Neapoli in ſubjectis ei colliculis provenit, Aminaeum quidem appellatum, ſed tenue, non ſicuti in Sicilia et Bithynia Aminaea, etſi his gentibus paucum ſane, aquoſum, ac tenue vinum gignatur, non tamen abeſt vel a Sabino in Italia, vel in Aſia, Arſinio, Titacazeno, et quod apud nos vocatur Tibenum propter regionem in qua colitur Tibas appellatam. Haec omnia facile in contrarias qualitates mutantur, vel acidam, vel amaram: inter principia quidem acidam; ſin autem permanſerint, amaram. At multum ad adulteram qualitatem regio, in qua ſita ſint, confert. Initio ſane optima eſt frigida, poſtea vero calida, aut e contrario, calida per initia. Nam tepida facile ipſa in acorem perducit. Si autem in frigidiore ſita loco permanſerint annis duobus et tribus, illinc abunde calefieri deſiderant, tepidum autem locum et temperatura medium nunquam requirunt; nonnulla

τοῦ μέσου, κατὰ τὴν κρᾶσιν οὐδέποτε δέονται. τινές γε μὴν οὕτως ἀσθενεῖς εἰσι καὶ ὑδατώδεις, ὡς μηδ' ἐξ ἀρχῆς φέρειν τὸ ψυχρὸν, ἐφ' ὧν ὁ πατήρ μου πείρας ἕνεκεν εἰς θερμότατον οἶκον ἐμβαλὼν στοιβὴν πολλὴν καὶ θερμὴν ἐνέκρυψεν αὐτῇ πληρώσας κεράμια, καὶ τυχὼν τῆς ἐλπίδος οὐδέποτε ἔσχεν οἶνον ὀξυνόμενον, ἀλλὰ πάντας τάχιστα παλαιουμένους. ὅπως δ' ἄν τις οἴκημα παρασκευάσειε θερμὸν, ὡς ἐκεῖνος παρεσκεύασεν, καὶ δὴ φράσω. κατὰ τοὺς ἀγροὺς ἅπαντας παρ' ἡμῖν οἶκοι γίνονται μεγάλοι, τὴν μὲν ἑστίαν, ἐφ' ἧς καίουσι τὸ πῦρ, ἐν μέσοις ἑαυτῶν ἔχοντες, οὐ πολὺ δὲ αὐτῆς ἀπέχουσιν αἱ τῶν ὑποζυγίων στάσεις, ἤτοι κατ' ἀμφότερα τὰ μέρη, δεξιόν τε καὶ ἀριστερὸν, ἢ πάντως γε κατὰ θάτερον. εἰσὶ δὲ κρίβανοι συνεζευγμένοι ταῖς ἑστίαις κατὰ τὸ πρόσω μέρος ἑαυτῶν, ὃ πρὸς τὴν θύραν βλέπει τοῦ παντὸς οἴκου. τοιοῦτοι μὲν οὖν ἅπαντες οἱ κατὰ τοὺς ἀγροὺς οἶκοι κατασκευάζονται, κἂν εὐτελεῖς ὦσιν. οἱ δ' ἐπιμελέστερον αὐτῶν κατασκευαζόμενοι κατὰ τὸν ἔνδον τοῖχον ἔχουσι τὴν κατ' ἄντικρυ τῇ θύρᾳ τεταγμένην ἐξέδραν. ἑκατέρωθεν δ' αὐτῆς κοιτῶνα, καθ' ὃν ἄνω-

tamen adeo ſunt imbecillia aquoſaque, ut ne initio quidem frigus tolerent; in quibus pater meus cauſa experientiae ſtoebe copioſa calidaque in domum calidiſſimam injecta vaſa repleta occultavit, et aſſequutus id quod ſperabat, nunquam vinum habuit acidum, ſed omnia celerrime veteraſcentia. Quomodo autem domunculam calidam praepares, ut ille extruere ſolebat, etiam nunc indicabo: in agris omnibus apud nos domus fiunt praegrandes, focum in quo ignem excitant in medio ipſarum habentes, non multum autem ab eo diſtant jumentorum ſtabula, vel in utraque parte: dextra et ſiniſtra, aut certe in alterutra. Sunt et fornaces focis conjuncti juxta anteriorem ipſorum partem, quae totius domus oſtium reſpicit. In eum itaque modum omnes in agris domus conſtruuntur, etiamſi exiguae exiſtant; quae autem curioſius ex eis aedificantur interiore pariete exedram habent, oſtio ex adverſo oppoſitam; utraque autem ipſius parte lectum, in cujus ſu-

θὲν ἐστιν ὑπερῷα οἰκήματα, καθάπερ καὶ κατὰ πολλὰ τῶν πανδοχείων ἐν κύκλῳ κατὰ τρεῖς τοίχους τοῦ οἴκου τοῦ μεγάλου, πολλάκις δὲ καὶ κατὰ τέτταρας. ἐκ τούτων οὖν τῶν οἰκημάτων τὸ μάλιστα σκεπόμενον ἑκατέρωθέν ἐστι, τὸ κατὰ τῆς ἐξέδρας ἐπικείμενον, ἐν ᾧ τὸν οἶνον ὁ πατήρ μου κατετίθετο, μετὰ τὸ κατὰ τοὺς πίθους ζέσαι. τὸ δὲ μονιμώτερον ἐπὶ τῶν κεραμίων ἀποτίθεται πρότερον, ὥσπερ καὶ τοὺς ἄλλους ἐστὶ παρ᾽ ἡμῖν δι᾽ ἔτους θερμαίνειν διόλου. ἀμείνων δὲ τῶν οἴκων ὁ πρὸς μεσημβρίαν μὲν ἐστραμμένος, ἀπεστραμμένος δὲ τὰς ἄρκτους. ἔστι δέ τις παρ᾽ ἡμῖν γενομένη βοτάνη θαμνώδης, πάνυ θερμὴ καὶ δριμεῖα, καὶ ἀρωματίζον ἔχουσά τι, καλοῦσι δ᾽ αὐτὴν οἱ ἐπιχώριοι κολυμβάδα, ἔνιοι δὲ στοιβὴν, ἐπιτηδειοτάτην οὖσαν εἰς φυλακὴν οἴνου. συνιίθεται οὖν ἐν ταύτῃ τῇ βοτάνῃ τὰ κεράμια, καὶ τῶν οἴκων τῶν ὑπερῴων τοῦ μέρους τὸν ἕνα τοῖχον διετίτρα τρήμασιν ἀξιολόγοις, ἐστραμμένοις εἰς τὸν μέγαν οἶκον, ἐν ᾧ τόν τε κρίβανον ἔφην εἶναι καὶ τὴν ἑστίαν, προμηθούμενος, διὰ τῶν τρημάτων εἰσιέναι θερμασίαν εἰς τὸν οἶκον, ἐν ᾧ τὰ

periore parte domunculae sublimes ſunt, quemadmodum in multis omnigenarum rerum receptaculis orbiculatim juxta tres magnae domus parietes, saepe etiam juxta quatuor. Ex his igitur domunculis quae maxime spectatur utrobique, exedrae incumbit in qua vinum pater meus reponebat, poſtquam in doliis efferbuiſſet, at firmius in vaſis fictilibus prius reponitur, quemadmodum et alia licet apud nos per totum annum calefacere. Praeſtantior autem domus eſt, quae meridiem ſpectat, a ſeptentrione remota. Porro herba quae apud nos naſcitur fruticoſa admodum eſt, calida, acris et odoratum quippiam recipiens; vocant ipſam incolae Colymbadem, nonnulli Stoeben, ad vini conſervationem aptiſſimam. Condebat autem hac herba vaſcula, et domuncularum ſuperiorum partis unum parietem foraminibus notandis in majorem modum diductis, qua et fornacem et focum eſſe dixi, dividebat, conſiderans calorem per eadem foramina in domunculam pervenire, qua vini dolia reponebat. Itaque ex magnae domus calore et ſtoebe

κεράμια κατετίθετο. ἔκ τε οὖν τῆς κατὰ τὸν μέγαν οἶκον θερμασίας ἡ ἀποθήκη θερμαινομένη, κἀκ τῆς στοιβῆς θαλπομένη, διεφύλαττε πάντα τὸν οἶνον, ὡς μηδέποτε ὀξυνθῆναι. πρὸς δὲ τὸ μᾶλλον ἐπιτυγχάνειν, καὶ μηδέποτε ἁμαρτεῖν τοῦ σκοποῦ, τοῖς κεραμίοις ἐνέχει τὸν οἶνον οὐ καινοῖς, ἀλλ' ἐξ ὧν ἐκεκένωτό τις τῶν πεπαλαιωμένων. παραπλή[871]σιον δ' οἷς εἴρηκα καὶ κατὰ τὴν Ἰταλίαν εἶδον ἐν τοῖς περὶ Νεάπολιν, καὶ τὸν γειτνιῶντα λόφον αὐτῇ τῇ χώρᾳ γενόμενον, ὃν ὀνομάζουσι Τριφύλλινον. ἐπυθόμην δὲ καὶ κατ' ἄλλα πολλὰ χωρία τῆς Ἰταλίας οὕτω θερμαίνεσθαι τὸν οἶνον, ἀλλ' ὅ γε τοιοῦτος, ὥσπερ μόνιμος, οὕτω καὶ κεφαλαλγὴς γίνεται, διὰ τὴν ἐκ τοῦ καπνοῦ προσερχομένην αὐτῷ ποιότητα. φευκτέον οὖν σοι τοὺς τοιούτους ἅπαντας οἴνους ἐν τοῖς συντιθεμένοις φαρμάκοις, ἃ μέλλομεν εἴσω τοῦ σώματος λήψεσθαι. κατὰ δὲ τὰς ἐμπλάστρους καὶ τὰ ἄλλα τὰ ἔξωθεν ἐπιτιθέμενα φάρμακα, καὶ τοῖς τοιούτοις, οὐδὲν κωλύει χρῆσθαι, μὴ παρόντων ἀρίστων. αἱρετέον οὖν εἰς τὰς ἀντιδότους οἴνους φύσει μονίμους, ὧν πρῶτος οὐκ εἰς τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν ἀρετὴν, ὁ Φαλε-

fotu, theca vinaria incaleſcens vinum totum conſervabat, ut nunquam aceſceret. Quo autem magis id conſequeretur, et nunquam a propoſito aberraret, vaſis infundebat vinum non recentibus, ſed ex quibus aliquod inveteratum evacuarit. Perſimile iis quae dixi in Italia quoque vidi circa Neapolim fieri, et collem eidem regioni vicinum, quem nominant Triphyllinum. Audivi etiam in multis Italiae locis vinum ita calefieri, ſed tale quemadmodum firmum et durabile, ita etiam doloris in capite efficax efficitur, propter qualitatem quae ipſi ex fumo accedit. Itaque ejusmodi omnia vina in medicamentis componendis quae intra corpus aſſumpturi ſumus, evitabis. In emplaſtris autem, et aliis quae extrinſecus imponuntur medicamentis, etiam talibus uti optimorum penuria nihil prohibet. Deligi itaque vina debent in antidota natura firma, inter quae primum non ad hoc ſolum, ſed aliam quoque omnem virtutem falernum exiſtit: aſſumendum

Ed. Chart. XIII. [871.] Ed. Baſ. II. (426.)

ῥινός ἐστιν. αἱρετέον δὲ καὶ τούτου τὸν μήπω πικρὸν ὑπὸ παλαιότητος, ὡς ἔνιοι καὶ κατὰ τοῦτο σφάλλονται τῶν τὴν θηριακὴν σκευαζόντων. ἀκηκοότες γὰρ ἀεὶ τὸν περιφερόμενον λόγον τοῦτον, ὡς τἄλλα πάντα γηρᾷ τῷ χρόνῳ πλὴν οἴνου, τὸν παλαιότατον ἐμβάλλουσιν, οὐδὲ τῆς ποσότητος ἔνιοι στοχαζόμενοι, διὰ τὸ μηδὲ γεγράφθαι τὴν συμμετρίαν αὐτοῦ κατὰ τὰς φαρμακίτιδας βίβλους. δυοῖν δ᾽ ὄντοιν εἰδῶν αὐτοῦ, μηδὲν ἀλλήλων διαφερόντων ἀρετῇ, ἡδίονα τὴν ἀντίδοτον ὁ γλυκύτερος ἐργάζεται, καὶ καλοῦσιν αὐτὸν ἰδίως Φαυστιανόν. καθάπερ οὖν οἱ τὸν μεταβάλλοντα καὶ ὀξυνόμενον οἶνον ἐμβάλλοντες ἁμαρτάνουσιν, εἰ γὰρ καὶ μηδὲν ἔχον ἔγκλημα καθ᾽ ἑαυτὸν ἀναμιχθείη τοῖς τῆς ἀντιδότου φαρμάκοις, ὀξύνεται πολλάκις, οὕτως ὁ παλαιότατος Φαλερῖνος, καὶ μάλισθ᾽ ὅταν βραχὺ πλείων ληφθῇ, πικρὸν ἐργάζεται τὸ φάρμακον.

Κεφ. δ᾽. [*Περὶ μέλιτος ταῖς ἀντιδότοις ἐμβληθῆναι δεομένου.*] Εἷς δέ τις ἰατρὸς καὶ τὸ μέλι πάνυ παλαιὸν

vero et hujus generis eſt, quod nondum prae vetuſtate amareſcat, ſicut nonnulli qui theriacen praeparant in hoc quoque falluntur. Quum enim audiviſſent ſemper ſermonem hunc celebrari circumferrique, puta alia omnia praeter vinum tempore conſeneſcere, vetuſtiſſimum injiciunt, neque quantitatem aliqui conjectura aſſequentes, eo quod neque in libris medicamentariis menſura ipſius ſcripta inveniatur. Quum autem duplices ſint ipſius ſpecies, nihil viribus inter ſe differentes, ſuavius Antidotum, id quod dulcius eſt, efficit, ac vocant ipſum proprie Fauſtianum. In quibus igitur qui mutatum et aceſcens vinum miſcent, errant. Si enim vel nullo infectum vitio per ſe Antidoti medicamentis contemperetur, ſubinde aceſcit, ita ut vetuſtiſſimum falernum, et praeſertim quando paulo copioſius fuerit inditum, medicamentum reddit amarum.

Cap. IV. [*De melle componendis antidotis idoneo.*] Jam vero alius unus medicus etiam mel admodum vetus

ἐνέβαλεν ὁμοίως τῷ Φαλερίνῳ, κατὰ τοιόνδε τινὰ λογισμόν. οἰνῶδές ποτε μέλι τι γέγονε τὸ κεκραμένον, ἔμπροσθεν ἄριστον αὐτὸ φαινόμενον. ἀσφαλέστερον οὖν ἔδοξε, καθάπερ ἐπ᾽ οἴνου τοῦ τῷ μήκει τοῦ χρόνου κεκριμένου ὡς οὐ φθείροιτο, μῖξαι τῷ φαρμάκῳ. τὸ δὲ ἦν ἄρα διὰ τὸν χρόνον ὑπόπικρον, εἶτα καὶ τὴν ἕψησιν προσλαβὸν ἐπὶ πλέον γενομένην, ἔτι μᾶλλον ἐδείχθη πικρὸν, ὅπερ ἅπαντι μέλιτι τῷ παλαιοτέρῳ συμβαίνει κατὰ τὴν ἕψησιν. καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν, ὅπου γε καὶ χωρὶς τῆς ἑψήσεως ἐν τῷ χρόνῳ πικρότερον ἀντὶ τοῦ γλυκυτέρου γίνεται. καὶ παρά γε τῷ ἐμῷ πατρὶ μέλι τι πικρὸν οὕτως ἦν, οἷον ἐν τῷ Πόντῳ γίνεται κατά τινα τῶν χωρίων, ἐν οἷς αἱ μέλιτται συνάγουσιν ἀπὸ τῶν ἀψινθίων. αὐτὸ τοῦτο δ᾽ ἔφασκε τὸ μέλι τὸ παρὰ Ἀθηναίοις ἄριστον χρόνῳ παμπόλλῳ παλαιωθὲν γεγονέναι πικρόν. ἐπεὶ δ᾽ ἄχρηστον ἐφάνη μοι, καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ πατρὸς ἄχρι νῦν φυλάττω, πικρότερον μὲν ἔτι καὶ μᾶλλον, ἢ τότε ἦν γεγονὸς, ὥσπερ γε καὶ μελάντερον, οὐ μὴν παχύτερόν γε πολλῷ. καὶ τοῦτ᾽ ἔοικεν ἐξαίρετον

falerno ſimiliter injecit, tali quadam ratiocinatione uſus. Vinoſum quandoque mel aliquod evaſit temperatum, quod praeſtantiſſimum ante apparebat. Tutius itaque viſum quemadmodum in vino quod longitudine temporis indicatum eſt non corrumpi, medicamento admiſcere. Erat autem hoc utique propter tempus ſubamarum, deinde ex coctura largiore magis adhuc amarum eſt oſtenſum, quod omni melli vetuſtiori ex coctione accidit. At meri nihil eſt, quum et citra cocturam tempore amarius pro dulciori evadat. Atque apud patrem meum mel quoddam amarum adeo erat, quale in Ponto naſcitur quibusdam locis, ubi apes ipſum ex abſinthio congregant; id ipſum dicebat, mel quod apud Athenienſes eſt praeſtantiſſimum, multo tempore inveteratum amarum evaſiſſe. Quoniam vero inutile mihi viſum eſt, etiam a patris obitu in hunc usque diem ſervo, amarius quidem adhuc multo quam tunc erat redditum, ſicuti et nigrius, non tamen multo craſſius. Atque hoc optimo melli eximium adeſſe videtur.

ὑπάρχον τῷ καλλίστῳ μέλιτι. καὶ γάρ τοι καὶ τὸ ἐν Ἐλεοῦντι τῆς Χεῤῥονήσου κατὰ τὴν χώραν ἐκείνην ἔνθα τὸ ἡρῷόν ἐστι τοῦ Πρωτεσιλάου γενόμενον μέλι, πάντ᾽ ἔχον Ὑμηττίου μέλιτος, μέχρι πολλοῦ τὰ αὐτὰ, τῷ χρόνῳ προϊόντι, πρὸς τὸ παχύτερον γίνεσθαι, καὶ θρομβοῦται πολλάκις. μέλι μὲν οὖν πάντως ἐμβλητέον ἐστὶ τὸ κάλλιστον ταῖς ἀντιδότοις Ὑμήττιον ἢ Θάσιον ἢ πάντως γε Ἀττικόν· εἰ δὲ ἀποροῖμέν ποτε αὐτοῦ, τοῦ ἐν [872] ταῖς Κυκλάσι νήσοις γινομένου, ὅ τί περ ἂν ὁμοιότατον ᾖ τούτῳ. γίνεται δὲ κατὰ τὸν Ἰσθμὸν μέλι ἀγαθὸν, καὶ καλεῖταί γε τοῦτο Ἰσθμιακὸν ἰδίως ἀπὸ τοῦ χωρίου, καθάπερ καὶ Τούβρεον καὶ αὐτὸ τὴν ἐπωνυμίαν ἔχον. ἔνδοξα μὲν οὖν ταῦτα. γίνεται δὲ καὶ κατ᾽ ἄλλα χωρία κάλλιστον μέλι, διὰ βραχύτητα δ᾽ ἅπαν δαπανώμενον ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων, ὡς μὴ περιττεύειν εἰς ἄλλην χώραν ἐξάγεσθαι, καὶ διὰ τοῦτ᾽ ἀγνοεῖσθαι. καὶ γὰρ οὖν ἐν τῇ παρ᾽ ἡμῖν χώρᾳ (427) τῇ μεταξὺ Περγάμου τε καὶ τῆς ἐπὶ θαλάττῃ πόλεως Ἐλαίας ἔστι τις λόφος θύμων μεστὸς, ἐν ᾧ κάλλιστον αἱ μέλιτται

Quinetiam in Eleonte Cherroneſi juxta illam regionem, ubi monumentum eſt Proteſilai, mel natum, quod omnia diu eadem quae Hymettion mel occupat, proceſſu temporis praeter quod craſſius efficitur, etiam ſubinde in grumum concreſcit. Itaque mel omnium optimum Antidotis injici debet Hymettion aut Thaſium aut omnino Atticum. Quod ſi penuria quandoque ſit ipſius, quod in Cycladibus inſulis naſcitur, quodque huic ſimillimum fuerit, admittendum eſt. Quin et in Iſthmo mel bonum gignitur, ac id a regione Iſthmiacum proprie nuncupatur, quemadmodum Tibenum et ipſum denominationem ſortitum. Egregia nobiliaque haec ſunt. Caeterum et in aliis regionibus optimum mel provenit. Propter paucitatem autem ab incolis inſumptum, ut non poſſit ſuperfluum in aliam efferri regionem, ignoratur. Etenim in noſtro agro qui inter Pergamum et Elaeam urbem in mari ſitam habetur, collis quidam eſt thymis refertus, in quo apes laudatiſſimum mel componunt, quod inibi

συντιθέασι μέλι, δαπανώμενον αὐτόθι. κεῖται δὲ ὁ λόφος οὗτος ἀπὸ Περγάμου πορευομένῳ εἰς Ἐλαίαν ἐν τοῖς ἀριστεροῖς μέρεσιν, οὐ μὴν ἐγγὺς τῆς ὁδοῦ, καὶ κατὰ τὴν ὑπερκειμένην δὲ τῆς ἡμετέρας χώρας Μυσίαν, ἣν ὀνομάζουσι Βρῖττον, ἐθαύμασα θεασάμενος μέλι παραπλήσιον ἀκριβῶς Ἀττικῷ, καίτοι τοῦ ἄλλου μέλιτος ἀκριβῶς ἐν αὐτῷ φαυλοτάτου γενομένου. ἀλλὰ γὰρ κἀκεῖ λόφος τις ἦν οὐ μέγας, πετρώδης ὅλως, θύμων τε καὶ ὀριγάνων μεστός. ἄλλοθι δὲ κυτίσου μὲν ἦν τὸ χωρίον μεστόν. ἐγεώργει δ' ὁ δεσπότης αὐτοῦ μέλι γλυκύτατον, ὡς ὑπερβάλλειν ἐν τούτῳ τὸ Ἀττικὸν, οὐ μὴν δριμύ γε, καὶ διὰ τοῦτο ταχέως μὲν ἀποστρέφον τοὺς χρησαμένους αὐτῷ, ταχέως δὲ ναυτίαν κινοῦν, εἰ καὶ βραχὺ πλέον ληφθείη. καὶ γὰρ οὖν καὶ τοῖς γράψασι περὶ τῆς κυτίσου ταῦθ' ὁμολογεῖται πᾶσιν, ὡς πλεῖστον μέλιτος ἐκ τῶν ἀνθέων αὐτῆς αἱ μέλιτται δρέπονται. θαμνῶδες δ' ἐστὶ φυτὸν ἡ κύτισος, εἰς ὕψος ἀνῆκον ὅσον αἱ μυῤῥίναι. εἴρηται δέ μοι ταῦτα χρησιμώτατα τοῖς μὴ μόνον ἐν Ῥώμῃ κατοικοῦσιν ἰατροῖς, εἰς ἣν τὰ παντα-

conſumitur. Jacet autem hic collis a Pergamo proficiſcenti ad Elaeam in ſiniſtra, non tamen propter viam. Ac in Myſia quae ſupra noſtrum agrum eſt, nominant Britton, demiratus ſum quum viderem mel omnino Attico perſimile, etſi illud mel longe praviſſimum in ea naſcatur. Sed enim et illic tumulus quidam erat non grandis, in totum petricoſus, thymis et origanis conſitus. Alibi locus erat Cytiſi plenus. Colebat autem dominus ejus mel dulciſſimum, ut excelleret hic Atticum, non tamen acre, atque ideo celeriter uſos eo avertit, ſubitoque nauſeam commovet, ſi etiam paulo copioſius fuerit aſſumptum. Etenim et iis qui de Cytiſo ſcripſerunt haec in confeſſo ſunt omnibus, quod bonam mellis partem ex floribus ipſius apes decerpunt. Fruticoſa autem planta eſt Cytiſus in altum excreſcens, myrtis ſimiliter. Haec ſane diximus utiliſſima iis, qui non ſolum Romam incolunt medicis, quo ex omni terra quotannis bona veniunt, ſed qui in qualibet orbis parte habitant, ut

χόθεν ἥκει καλὰ διὰ παντὸς ἔτους, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐν ἅπαντι μέρει τῆς οἰκουμένης, ὅπως εἰδότες τὰ γνωρίσματα τῶν ἀρίστων ἐκλέγοιντ' ἂν τῶν παρ' ἑαυτοῖς ἢ πάντως γε τῶν ἀστυγειτόνων ἢ ὁμοεθνῶν τὰ κάλλιστα. Φιλώνειον μὲν οὖν τις ἀντίδοτον ἤ τινα ἄλλην τῶν εὐτελῶν συντιθεὶς, οὐ πάνυ τι δεῖται τῶν εἰς ἄκρον ἀρίστων φαρμάκων. εἰ δὲ τὴν Μιθριδάτειον ἢ τὴν θηριακὴν ἤ τινα ἄλλην τῶν πολυμιγμάτων τε καὶ κιννάμωμον ἐχουσῶν συντιθείη, πάντων τῶν ἀρίστων δεῖται φαρμάκων. καὶ οὐκ ἂν εὐπορήσειεν ἐν ἄλλῳ χωρίῳ, καὶ διὰ τοῦτο ἐν Ῥώμῃ σκευάζουσι τὰς τοιαύτας ἀντιδότους οὐχ οἱ ἄριστοι μόνοι τῶν ἰατρῶν, ἀλλὰ καὶ οἱ μυροπῶλαι, πάντες μέντοι τῶν ἐν αὐταῖς ἁμαρτάνοντες ἔλαττον ἢ μεῖζον, ὅμως μὴ συντιθέντες ἄχρηστον φάρμακον. Ἀντωνίνου μὲν οὖν βασιλεύοντος τῶν πλουσίων ἡ θηριακὴ ἐσκευάζετο πολλοῖς, καὶ διὰ τοῦτο ἐνίοτε τῶν δυσπορίστων ἀπέλιπέ τινα θαυμαστὸν γὰρ ὅπως οἱ πλούσιοι τὰ τῶν αὐτοκρατόρων ζηλοῦσιν, ἢ βούλονταί γε φαίνεσθαι ζηλοῦντες. ἐπεὶ δ' ἐκεῖνος ἐξ ἀνθρώπων ἀπῆλθεν,

cognitis optimorum notis, ex iis quae apud ſuos aut certe vicinos aut ejusdem gentis homines exiſtunt, optima deligant. Qui igitur Philonium Antidotum aut aliud quoddam exiguum componit, non adeo ſumme bonis medicamentis indiget. Si vero Mithridation aut Theriacen aut aliud quoddam multae miſturae et Cinnamomum recipiens conficiat, omnium praeſtantiſſimis opus medicamentis habet. Atque alio in loco eorum copia non datur, eoque Romae ejusmodi Antidota praeparant, non ſolum optimi medici, ſed etiam Myropolae, omnes utique in eis magis aut minus peccantes, non tamen inutile medicamentum componentes. Itaque Antonino imperante a divitibus plerisque Theriaca praeparabatur, atque ideo nonnunquam aliqua quae difficile poterant comparari, reliquerunt. Mirum enim quam divites principis ſtudia imitentur, aut cupiant ſaltem imitantes videri. Quum autem ille e vita exceſſit, pauciſſimi hoc Antidotum veluti

ὀλίγιστοι κατασκευάζουσι τὴν ἀντίδοτον ταύτην, ὥσπερ γε καὶ τὴν Μιθριδάτειον. ὡς οὖν ἐν Ῥώμῃ τῶν ἀρίστων φαρμάκων ἁπάντων εὐπορῆσαι μᾶλλόν ἐστιν, ἢ κατ᾽ ἄλλο χωρίον, οὕτως ἐν αὐτῇ τῇ Ῥώμῃ Καίσαρι σκευάζων τις, ἔτι μᾶλλον εὐπορεῖ πάντων τῶν εἰς ἄκρον ἀρετῆς ἡκόντων, οἴνου μὲν τοῦ Φαλερίνου καὶ μέλιτος Ὑμηττίου, ὀποβαλσάμου τε τοῦ Συριακοῦ καλουμένου. διὰ δὲ τὸν τόπον ἐν ᾧ γεννᾶται πλεῖστόν τε καὶ κάλλιστον, ἕτερον ὄνομα δεύτερον ἔχον, τὸ Ἐγγαδηνὸν γὰρ ὀνομάζεται, κρεῖττον ὂν τῶν ἐν ἄλλοις χωρίοις τῆς Παλαιστίνης γινομένων. ὅσῳ δ᾽ ὁ οἶνος ὁ Φαλερῖνος ἀμείνων ἐστὶ τοῦ κατὰ τὰ καπηλεῖα, τοσούτῳ τοῦ κατ᾽ Αἴγυπτον γενομένου. τῷ τοίνυν ἐπισταμένῳ γνωρίζειν ἀκριβῶς ἑκάστου τῶν φαρμάκων τὴν ἀρετὴν ἐὰν ὑπάρξῃ Καίσαρι [873] σκευάζειν ὡς ὑπῆρξεν ἐμοὶ, τὸ κάλλιστον σκευασθήσεται. κομιζομένων γὰρ τοῖς βασιλεῦσι τῶν ἀρίστων ἁπανταχόθεν, ἐξ αὐτῶν πάλιν τούτων τὸ κάλλιστον αἱρήσεται, ἔγωγέ τοι τῶν οἴνων τῶν Φαλερίνων ἑκάστου τὴν ἡλικίαν ἀναγινώσκων ἐπιγεγραμμένην τοῖς κεραμίοις,

et Mithridation praeparabant. Quemadmodum igitur Romae optimorum medicaminum omnium copia facilius quam alibi ſuppeditatur, ita in ipſa Roma alicui Caeſari Antidotum praeparanti multo magis adhuc omnia praeſtantiſſima ſuppetunt, vinum ſane Falernum, mel Hymettium, opobalſamum quod Syriacum appellatur; ex loco autem in quo generatur copioſiſſimum optimumque aliud nomen ſecundum obtinet, vocatur enim Engadenum praeſtantius iis, quae in aliis Palaeſtinae locis gignuntur. At quanto vinum Falernum excellentius eſt eo quod in tabernis venditur, tanto etiam eo quod in Aegypto naſcitur. Quapropter ſi exacte cognoſcenti uniuscujusque medicamenti virtutem liceat Caeſari praeparare, quemadmodum mihi licuit, optimum conficietur. Nam quum regibus praeſtantiſſima quaeque ex omni terra adſerantur, ex his rurſus ipſis optimum eligetur. Ego vero vini Falerni uniuscujusque aetatem vaſculis inſcriptam relegens, guſtu de-

εἰχόμην τῆς γεύσεως, ὅσοι πλειόνων ἐτῶν ἦσαν εἴκοσι, προερχόμενος ἀπ᾽ αὐτῶν ἄχρι τῶν οὐδὲν ὑπόπικρον ἐχόντων. ὁ γὰρ παλαιὸς τῶν οὐδέπω πικρότητα προσειληφότων ἄριστός ἐστιν, ὡς ἐφ᾽ ἡλικίᾳ. τοῦ δ᾽ Ὑμηττίου μέλιτος ἐν ταῖς αὐτοκρατορικαῖς ἀποθήκαις ὄντος πολλοῦ, τοῦ διετοῦς γευομένου, ἐκλέγων ἐξ αὐτοῦ πάλιν τὸ γλυκύτατον καὶ δριμύτατον. ἄμεινον γὰρ τοῦτο τοῦ προσφάτου καὶ παλαιοτέρου. ἐπεὶ δ᾽ οὐ μόνοις τοῖς βασιλικὴν ἀφθονίαν ἔχουσι τῆς τοιαύτης παρασκευῆς, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἰατροῖς ὠφέλιμον εἶναι χρὴ τὴν γραφὴν, ὁ λόγος μοι γίνεται μακρότερος. αὐτίκα γέ τοι πολλὰ τῶν Ἀθήνησι πιπρασκομένων, ἔχει μόρια πολλὰ κατακεκρυμμένα μὲν ἐν τῷ βάθει, καὶ διὰ τοῦτο μὴ βλεπόμενα, δριμύτητα δὲ τῷ μέλιτι παρέχοντα, τῷ χρόνῳ δὲ ἐπιπολῆς γίνεται τὰ θύμα, καθάπερ καὶ τἄλλα ὅσα τῶν ἑτερογενῶν ἐμφέρεται τῷ μέλιτι, καὶ πολλὰ τῶν πιπρασκομένων ἐν Ῥώμῃ τοιαῦτα φαίνεται, πλὴν εἰ τρίβωνες ὄντες οἱ κομίζοντες αὐτὰ φθάσειαν ἀφελεῖν ὅσα τῶν θύμων ἐπεπόλασεν, ὡς τοὺς πολλοὺς ἐξαπατᾶσθαι γευο-

τὸ φάρμακον εὐθέως καὶ τοῦ μέλλοντος ἐκκρίνεσθαι χυμοῦ γίγνεσθαι τὴν οὐσίαν; τίς δ' οὐκ ἂν πεισθείη ῥᾳδίως τοὺς χυμοὺς τούτους, καὶ πρότερον κατὰ φύσιν εἶναι τοῖς σώμασιν, ὁρῶν τὸν μὲν ἰκτεριῶντα παρὰ τὸν καιρὸν τοῦ λαβεῖν τὸ χολαγωγὸν φάρμακον, ταχέως τε καθαιρόμενον τὴν τοσαύτην χολὴν, καὶ τοῦ πάθους εὐκόλως ἀπαλλασσόμενον; τὸν δὲ ὑδεριῶντα οὐδαμῶς τινι φαρμάκῳ, πᾶν τὸ ἐγκείμενον ὕδωρ τῇ γαστρὶ, ἅμα τῷ λαβεῖν αὐτίκα μάλα κενούμενον, καὶ ἐκ τῆς τοσαύτης παραχρῆμα κενώσεως, μηδ' ὁτιοῦν, ἢ ὀλίγιστόν γε πάνυ τὸ ὑγρὸν ἐγκείμενον τοῖς σώμασιν ἔχοντα. ἀλλὰ ταῦτα ὁ μὲν Ἀσκληπιάδης παιδαριωδῶς τῇ ἀνάγκῃ τοῦ δόγματος δουλεύων, ὡς ἔφην, διὰ τὸ φιλόδοξον, οὐ προσποιεῖται βλέπειν, καὶ πάντα μᾶλλον πιθανῶς πλαττόμενος εὑρίσκειν βούλεται, ἤπερ ἑκάστου τῶν φαρμάκων τὸ οἰκεῖον (459) τῆς δυνάμεως φιλαλήθως ὁμολογεῖν. ἡμεῖς δὲ ταῦθ' ὁρῶντες, καὶ τῷ λόγῳ τῆς ἑκάστου φύσεως τῶν φαρμάκων, τὸ οἰκεῖον τῆς δυνάμεως φιλαλήθως ὁμολογεῖν τὸ δυνατὸν εἰδότες, κἀνταῦθ' ὅτι φάρμακα φυσικῇ τινι

naturam corporibus ineſſe? quum videat ictero laborantem, eo tempore quo medicamentum bilioſum humorem purgans cepit et bilem ſubito copioſam excernere et affectu expedite liberari? Eum vero qui hydrope laborat, neutiquam medicamento quodam ſimul ac fuerit aſſumptum, omnem aquam ventriculo inſidentem cito admodum vacuare, atque ex tam ſubita vacuatione nullum ſane humorem, aut certe pauciſſimum in partibus infarctum habere. Verum haec Aſclepiades, pueriliter dogmatis neceſſitati inſerviens, ambitionis ſtudio, ut dixi, videre ſe diſſimulat, omniaque probabilibus potius ſigmentis conatur invenire quam propriam cujusque medicamenti facultatem vere confiteri. Nos autem quum haec videamus, ſciamusque id quod poſſit ratione uniuscujusque medicamentorum naturae facultatis proprietatem vere agnoſcere, hic quoque medicamenta nativa quadam facultate familiarem ſibi ſuccum attrahere, accurate didicimus; quemadmodum

δυνάμει ἕλκειν τὰ οἰκεῖα πέφυκεν ἀκριβῶς ἐπιστάμεθα, ὥσπερ καὶ ἐν τῷ τὴν Μαγνῆτιν λίθον ἕλκειν τὸν σίδηρον εἰς ἑαυτὴν, δύναμίν τινα ἑλκτικὴν εἶναι αὐτῇ, τὴν ἔμφυτον δύναμιν εὐλόγως ἑαυτοὺς ἐπείσαμεν. θεὸς γὰρ οὖσα ὥσπερ ἡ ἐν ἡμῖν φύσις, κατὰ τὸν Ὅμηρον, καὶ ἄγουσα τὰ ὅμοια πρὸς τὰ ὅμοια, οὕτω τὰς θείας δυνάμεις ἑαυτῆς ἐπιδείκνυται.

[935] Κεφ. δ'. [Τὰ ἁπλᾶ τῶν φαρμάκων συνθέτους ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἔχειν δυνάμεις καὶ διάφορα τοῦ σώματος μόρια βλάπτειν τε καὶ ὠφελεῖν, καὶ διαφόροις διάφορα προσήκειν.] Καὶ τῶν ἄλλων δὲ ἁπάντων τὴν φύσιν φιλοτίμως ἐξετάζομεν, ἵνα καὶ τὴν δύναμιν αὐτῶν καθ' ἣν ἐνεργεῖ ἀκριβῶς μάθωμεν. εὑρίσκομεν γοῦν ἐν τῇ ἐξετάσει αὐτῶν γενόμενοι τὰ μὲν, ὡς ἔφην, καθ' ὅλας ἑαυτῶν ἐνεργοῦντα τὰς οὐσίας, τὰ δὲ καὶ μικτὸν ἐν τῇ οὐσίᾳ τὴν δύναμιν ἔχοντα καὶ διπλῆν ἀποτελοῦντα τὴν ἐνέργειαν οὕτω φανερῶς πολλάκις, ὡς καὶ τὰ ἐναντιώτατα ὑπ' αὐτῶν ἐπὶ τοῦ σώματος γιγνόμενα ἡμᾶς βλέπειν, καὶ θαῦμα τοῖς

etiam ex eo quod Magnes lapis ferrum ad ſe attrahat, facultatem quandam attractricem ei ineſſe, nativam facultatem merito nobis ipſis perſuaſimus. Deus enim quum ſit, quemadmodum natura in nobis, ſecundum Homerum, ſimilia ſimilibus adjungens, ita divinas ipſius facultates oſtendit.

Cap. IV. [*Simplicia medicamenta plerumque compoſitas facultates obtinere, diverſas corporis partes et laedere et juvare, diverſisque diverſa convenire.*] Ac reliquorum omnium naturam pari ſtudio examinamus, ut facultatem quoque ipſorum per quam operantur exquiſite perdiscamus. Nam dum examen illorum molimur, alia, quemadmodum dixi, per totas ipſorum ſubſtantias functionem obire deprehendimus, alia mixtam quoque in ſubſtantia facultatem habere et duplici fungi actione tam manifeſto ſaepe, ut etiam quam maxime contraria ab eis fieri in corpore conſpiciamus, atque id miraculum eſſe

ὁρῶσι τὸ τοιοῦτον εἶναι δοκεῖν. λαπάθου γοῦν εἴ τις μὲν τὰ φύλλα φάγοι, τὴν κοιλίαν ἐκταράσσεται· εἰ δέ τις τὸ σπέρμα λάβοι, ἐπεχομένην αὐτὴν ἔχει. ὁμοίως δ᾽ οὖν καὶ ὁ τῆς κράμβης χυλὸς καὶ τῶν γερόντων ἀλεκτρυόνων ὁ ζωμὸς καὶ τῶν ἀπὸ τῆς θαλάττης κοχλιῶν οἱ χυμοὶ ληφθέντες ἐκταράσσουσι τὴν κοιλίαν. τὸ δὲ λάχανον αὐτὸ ἡ κράμβη, καὶ τούτων αἱ σάρκες ἐσθιόμεναι, ἐπέχουσιν αὐτάς. ἡ δὲ ἀλόη καὶ ἡ τοῦ χαλκοῦ λεπὶς στύφει τε τὰς ὑπὸ τῶν ἑλκῶν ὑπεραυξανομένας σάρκας, καὶ ἐπιξηραίνει πολλάκις τὰ ὑπ᾽ αὐτοῖς γιγνόμενα ῥεύματα, ληφθέντα δὲ διὰ τοῦ στόματος καθαρτικὰ τοῦ ὅλου σώματος γίνονται. τὸ δὲ γάλα διαιρούμενον ὑφ᾽ ἡμῶν ἐναντίας ἐν τῇ χρείᾳ δυνάμεις ἐπιδείκνυται. ὁ μὲν γὰρ ὀῤῥὸς αὐτοῦ πινόμενος ἐκλύει τὴν γαστέρα, ἐσθιόμενος δὲ ὁ τυρὸς ἐπέχει αὐτὴν ἀκριβῶς. ἔνια δὲ οὕτως τι παράδοξον ἐργάζεται ἐν τῇ μίξει τῶν ἐν αὐτῇ μιγνυμένων δυνάμεων, ὡς καὶ ἀδύνατον εἶναι γενέσθαι τοῖς ἀκούουσι δοκεῖν, εἰ μὴ τὴν παρὰ τὴν γινομένην διὰ τῆς ὄψεως πίστιν παρὰ τοῦ γινομένου λάβωσι. τὸ γοῦν τρίφυλλον ἡ βοτάνη, ἥτις ὑακίνθῳ ὡμοίω-

videntibus appareat. Lapathi igitur folia ſi quis edat, alvum ſubducet; ſi quis ſemen aſſumat, ipſam aſtrictam habebit. Similiter et braſſicae ſuccus et vetulorum gallorum jus et cochlearum marinarum ſucci aſſumpti alvum movent. Olus autem ipſum braſſicae et illarum carnes comeſtae ventrem comprimunt. Aloë ſquamaque aeris ſupercrescentes ulcerum carnes aſtringunt; et qui fluxus ſub ipſis fiunt, eos ſubinde exiccant; aſſumpta vero per os univerſum corpus purgant. Lac ubi a nobis dividitur, contrarias in uſu facultates demonſtrat; nam ſerum ipſius bibitum ventrem ſolvit; caſeus ingeſtus exacte ipſum cohibet. Nonnulla vero tam inopinabile quippiam in mixtione facultatum quae commiſcentur efficiunt, ut auditoribus quoque nullo fieri modo poſſe videatur, niſi ſuis ipſi oculis id quod accidit contueantur. Trifolium itaque herba, quae hyacintho ſimilis eſt, quum vere parturit et

Ed. Chart. XIII. [935.] Ed. Baſ. II. (459.)

ται, ὁπόταν τοῦ ἔαρος ἐγκύμων γένηται, καὶ τὸ σπέρμα ὅμοιον ἔχῃ τῇ ἀγρίᾳ κνίκῳ, ὅταν τις ἀφεψήσῃ πάνυ, εἶτα τῷ δήγματι τοῦ φαλαγγίου ἢ καὶ τοῦ ἔχεως τῷ ὕδατι ἐπαντλήσει, ἰᾶται αὐτὸ καὶ εὐθέως ἀνώδυνον ἐργάζεται. εἰ δέ τις ἐπ᾽ ἄλλου μὴ δεδηγμένου τὸν ὑγιῆ τόπον τῷ αὐτῷ ἐπαντλήσει καταντλήματι, τὴν αὐτὴν αἴσθησιν καὶ τὰς αὐτὰς ὀδύνας ὁμοίας τῷ δεδηγμένῳ πάσας ἀποτελεῖ, ὥς εἶναι τὸ γινόμενον ἀληθῶς θαύματος ἄξιον, τὴν αὐτὴν βοτάνην καὶ ἰᾶσθαι τὸ δῆγμα καὶ ὁμοίως τοῖς θηρίοις διατιθέναι τὸν ὑγιῆ τόπον πονηρῶς. τινὰ δὲ τῶν φαρμάκων τὴν ἀρχὴν οὐδὲ ὅλως ἐστὶ τοῖς ἀνθρώποις σύντροφα. τὸ γοῦν κώνειον τοὺς μὲν ψάρους τρέφει καὶ τὴν θανατικὴν δύναμιν ἐπ᾽ αὐτῶν οὐκ ἔχει, ἡμᾶς δὲ, ὡς οὐκ ἀγνοεῖς, ἀναιρεῖ. καὶ ὁ ἐλλέβορος τῶν μὲν ὀρτύγων ἐστὶ τροφὴ, τοὺς δὲ ἀνθρώπους διαφθείρει κακῶς. ἔνια δὲ εὑρίσκομεν καὶ μερῶν τινων ἐν τῷ σώματι τὴν κάκωσιν ἰδίως ποιούμενα. ὁ γοῦν θαλάττιος λαγωὸς ἑλκοῖ τὸν πνεύμονα καὶ ἡ καν-

ſemen agreſti cnico perſimile obtinet; decocta admodum, deinde morſibus aranei, vel viperae quoque ex aquae fotu adhibita ipſis medetur et dolores ſtatim ſedat. Sin autem in alio non commorſo ſanum locum eodem fotu circumdederis, ſimilem ſenſum ſimilesque dolores iis quos morſus invehit, omnes conciliat; ut revera miraculo dignum opus eſſe videatur eandem herbam et morſum ſanare et ferarum pari modo ſanam partem prave afficere. Jam vero ex medicamentis quaedam hominum nutritioni per initia minime conveniunt. Cicuta enim ſturnos quidem nutrit et letalem in ipſis vim non exercet, nos autem, quemadmodum probe noſti, interimit. Veratrum etiam coturnicum cibus eſt, homines vero male corrumpit. Nonnulla quoque reperimus quae partes quasdam corporis privatim vitiant. Nam lepus marinus pulmonem exulcerat; cantharis veſicam peculiariter afficit. E contrario pleraque medicamenta quibusdam corporis partibus eximie curandis ſunt idonea. Patienti igitur jecinori ſaepe eupatoria herba

θαρὶς ἰδίως τὴν κύστιν κακοῖ. πολλὰ δὲ τῶν φαρμάκων πάλιν ἐξαιρέτως τινὰ τῶν μερῶν τοῦ σώματος ὠφελεῖν πέφυκε. πάσχον γοῦν τὸ ἧπαρ πολλάκις εὐπατόριος ἡ βοτάνη ἀγωνιστικῶς ὠφέλησε, καὶ ἡ μυροβάλανος τὸν σπλῆνα ὤνησε. τὸ δὲ σαρξιφαγὲς καὶ ἡ βετονίκη τοὺς νεφροὺς διέθηκε καλῶς, καὶ ὁμοίως ἄλλα ἐστὶν ἄλλων, ὡς τῇ πείρᾳ τετηρήκαμεν, οἰκεῖα φάρμακα, ἅπερ ἡμεῖς, ὡς ἔφην, ἀκριβῶς ἐξετάζοντες οὕτως ἑκάστῳ τῶν παθῶν τὴν κατάλληλον προσφορὰν ποιούμεθα, διδασκάλῳ καὶ τούτων, ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, Ἱπποκράτει τῷ ἀρίστῳ χρώμενοι. ὅτι γὰρ ἀκριβεστάτην τὴν περὶ τῶν φαρμάκων τέχνην πεποίηται καὶ ἐξ ἄλλων πλείστων ὑπ᾽ αὐτοῦ λεγομένων ἔστιν ἰδεῖν, μάλιστα δὲ ἐξ ὧν φησιν ἐν τῷ β′ τῶν ἐπιδημιῶν οὕτω· [936] φαρμάκων δὲ τρόπους ἴσμεν ἐξ ὧν γεγένηται ὁκοῖα ἄττα. οὐ γὰρ πάντες ὁμοίως, ἀλλ᾽ ἄλλοι ἄλλως σύγκεινται, καὶ ἄλλα ὅσα πρωϊαίτερον, ἢ ὀψιαίτερον ληφθέντα, καὶ οἱ διαχειρισμοὶ, οἷον ξηρᾶναι, ἢ κόψαι, ἢ ἑψῆσαι, καὶ τὰ τοιαῦτα, ἕως τὰ πλεῖστα μειώσει πλείω

perſtrenue auxiliata eſt; et myrobalanus lienem adjuvat; ſaxifragia et betonica renibus probe faciunt; et ſimiliter alia aliorum, ut experientia obſervavimus, propria ſunt medicamenta, quae nos, ut dixi, diligenter perſcrutati ita cuilibet morbo, ut conveniunt, admolimur, Hippocratem magiſtrum longe optimum in his quoque, ut in aliis omnibus, aemulantes. Quod enim exactiſſimam de medicamentis artem fecerit cum ex aliis plerisque ab ipſo conſcriptis eſt cernere, tum maxime ex iis quae ſecundo Epidemiorum libro in hunc modum prodita reliquit: *Medicamentorum modos ſcire convenit, ex quibus alia quaedam conficiantur; non enim omnes ſimiliter, ſed alii aliter conſtituuntur; et alia medicamenta maturius, vel tardius capta, poſſunt praeparari; nempe ſiccari, vel tundi, vel concoqui et hujusmodi, donec plerunque plurima minuantur. Huc accedit explicandum quae ſingulis conveniant, in quibus morbis, quo morbi tempore, qua*

καὶ ὁκοῖα ἑκάστῳ καὶ ἐφ᾽ οἷσι νοσήμασι, καὶ ἐφ᾽ ᾗ τε τοῦ νοσήματος ἡλικίᾳ, ἰδέᾳ, καὶ διαίτῃ ὁκοίᾳ, ἢ ὥρῃ ἔτεος, ὁκοίως ἄγωμεν, καὶ τὰ τοιαῦτα. διὰ γὰρ τούτων, ὡς ὁρᾷς, καθολικώτερον ἡμᾶς διδάσκει, παραινῶν καὶ τὰς φύσεις τῶν φαρμάκων εἰδέναι, καὶ τὸν καιρὸν ἐξετάζειν, ἐν ᾧ τις τὸ φάρμακον μέλλει λαμβάνειν, καὶ τὰς κράσεις τῶν λαμβανόντων ἐπιβλέπειν. εἰσὶ γὰρ ὡς ἀληθῶς οἱ μὲν εὐκόλως λαμβάνειν δυνάμενοι, ὡς καὶ πέπτειν αὐτὰ πολλάκις, ἢ κατὰ μηδὲν ὑπ᾽ αὐτῶν κακοῦσθαι, ἀλλ᾽ ἐνίοτε καὶ τροφὴν αὐτοῖς γίνεσθαι αὐτὸ τὸ φάρμακον. ἔνιοι δὲ ἀφυῶς οὕτως ἔχουσι πρὸς τὰς φαρμακείας ὡς μηδὲ τὴν ἀρχὴν αὐταῖς χρῆσθαι δύνασθαι, ἀποστρέφεσθαί τε αὐτοῖς τὸν στόμαχον καὶ πρὸ τῆς χρήσεως ἐκλύεσθαι ῥᾳδίως.

Κεφ. ε΄. [*Τί ποτ᾽ ἐπήγαγε τοὺς ἰατροὺς πρὸς τὴν σύγκρασιν πολλῶν ἁπλῶν. καὶ τίς ὁ πρῶτος ἐπιβαλὼν τῇ θηριακῇ τὰς ἐχίδνας.*] Ταῦτα γοῦν, ὡς ἔγωγε νομίζω, καὶ τῶν παλαιῶν ἰατρῶν οἱ ἄριστοι παρ᾽ αὐτοῦ μαθόντες οὕτως ἀρίστας καὶ τὰς συνθέσεις ἐποιοῦντο τῶν φαρμάκων,

*ſpecie, quali victu, vel anni tempore, quomodo tractemus et id genus alia.* His enim, uti vides, generalius nos docet, ut qui et medicamentorum naturas diſcere nos adhortetur et tempus exquirere, quo medicamenta debent aſſumi, et eorum qui aſſumunt temperaturas inſpicere. Sunt enim nonnulli procul dubio qui tam facile ea poſſunt capere ut etiam multoties concoquant, vel nihil ab ipſis incommodi, ſed aliquando ipſis nutrimento eſſe medicamentum experiantur. Quidam tam inepti medicamentis aſſumendis exiſtunt, ut nequaquam uti ipſis poſſint et ſtomachus averſetur, ac ante uſum facile diſſolvatur.

Cap. V. [*Quid medicos induxerit ut plura ſimplicia commiſcerent; quique primus viperas theriacae impoſuit.*] Haec igitur, ut ego arbitror, et veterum medicorum praeſtantiſſimi ab ipſo edocti, optimas ſic medicamentorum compoſitiones effecerunt, ex ſingulorum natura

ἐκ τῆς ἑκάστου φύσεως αὐτῶν τὴν τέχνην τῆς συνθέσεως ποιούμενοι; καὶ τὰ μὲν ἐπιτεταμένα ταῖς ποιότησιν αὐταῖς, τῇ τῶν ἄλλων μίξει καθαιροῦντες, ὁμοίως δὲ καὶ ἀμβλύνοντες τὰ δριμέα, καὶ ὅλως πρὸς τὴν ἑκάστου λοιπὸν τῶν παθῶν διαφορὰν καὶ τῶν ἀνθρώπων τὴν σύγκρισιν ἐντέχνως τοῖς φαρμάκοις χρώμενοι. διόπερ οἶμαι καὶ ταύτην τὴν θηριακὴν, περὶ ἧς ἡμῖν ὁ πᾶς οὗτος λόγος φιλοτίμως τετεχνολόγηται, ἐκ πλείστων καὶ τῶν καλλίστων φαρμάκων ἐσκεύασαν. λογισάμενοι γὰρ τῶν πονηρῶν θηρίων τὰ δήγματα ὅτι ἐστὶν ἄφυκτα, καὶ τῶν δηλητηρίων φαρμάκων τὰ συμπτώματα ὅτι ἐστὶ θανατικὰ, προσεπιλογισάμενοι δὲ καὶ τὴν τῶν ἀνθρώπων ἐν ταῖς φύσεσι πολλὴν οὖσαν διαφορὰν, καὶ ὅτι ἄλλο φάρμακον ἄλλῳ ἁρμόζειν πέφυκεν, εἰκότως αὐτῆς ἀκριβῆ τε καὶ ποικίλην ἐποιήσαντο τὴν σκευασίαν, ὡς διὰ τοῦτο καὶ ἀπταίστως αὐτὴν ἐπὶ τούτων ἁπάντων τυγχάνειν τοῦ τέλους, καὶ διὰ τὸ ἀναγκαῖον τῆς χρείας, καὶ περισπούδαστον πάνυ τοῖς ἀνθρώποις γενέσθαι. οὐδὲν γὰρ ἐμοὶ τῶν ἐν τῷ βίῳ χαλεπώτερον εἶναι δοκεῖ τῶν

compoſitionis artificium invenientes, quaeque intenſa ſunt ipſis qualitatibus aliorum mixtione remittentes, ſimili ratione acria hebetantes et, ut ſummatim comprehendam, pro reliqua cujusque affectus differentia et hominum temperie medicamentis cum artificio utentes. Quare puto, hanc quoque theriacen, de qua totus hic liber ampliter differit, ex plurimis optimisque medicamentis praepararunt. Quum enim conſiderarent morſus noxiarum ferarum eſſe inevitabiles et venenoſorum medicamentorum ſymptomata letalia, ad haec quum perpenderent hominum naturas permultum invicem differre et aliud alii medicamentum idoneum, merito exactam ipſius et variam fecerunt confectionem, ut hujus rei gratia certo ipſa in his omnibus finem aſſequeretur, atque ob uſus neceſſitatem magno ſtudio ab hominibus affectaretur. Nihil ſiquidem inter vitae mala difficilius eſſe mihi videtur viru-

δηλητηρίων φαρμάκων καὶ τῶν δακετῶν θηρίων. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα τῶν δεινοτάτων καὶ φυλακὴν ἔχει τὴν ἀπ᾽ αὐτῶν φυγὴν, ταῦτα δὲ τὴν μεγίστην τοῖς ἀνθρώποις ἐπιβουλὴν ἐργάζεται. διὰ γὰρ τὸ ἀφύλακτον τὶς οὐκ εἰδὼς ἑαυτῷ πολλάκις προσφέρει τὸ φάρμακον, καὶ ἄλλως ἀγνοῶν, εἶτα δηχθεὶς ὑπό τινος θηρίου αἰφνίδιον τελευτᾷ. ἐμοὶ δὲ καὶ ἐξ ἱστορίας τὶς ἐμήνυσε λόγος ὡς ἄρα πολεμεῖν Ῥωμαίοις τὶς ἐθέλων καὶ τὸ δυνατὸν ἐκ τῆς στρατιωτικῆς τάξεως οὐκ ἔχων, ἄνθρωπος δὲ, φησὶ, Καρχηδόνιος οὗτος, ἐμπλήσας (460) πολλὰς χύτρας θηρίων τῶν ἀναιρεῖν ὀξέως δυναμένων, οὕτως αὐτὰ προσέβαλε πρὸς τοὺς πολεμίους. οἱ δὲ τὸ πεμπόμενον οὐ νοοῦντες καὶ διὰ τοῦτ᾽ ἀφύλακτοι μένοντες, οὐ γὰρ ἦν τοιαῦτα εἰθισμένα ἐν τοῖς πολεμίοις πέμπεσθαι βέλη, ταχέως πίπτοντες ἀπέθνησκον· καὶ διὰ τοῦτο πολλάκις ὁ ἄνθρωπος οὗτος τῇ τοιαύτῃ πρὸς τὸ πολεμεῖν πανουργίᾳ, ὥσπερ τι καὶ αὐτὸς θηρίον ὑπάρχων, διέφυγε τῶν ἐναντίων τὰς χεῖρας. διόπερ οἶμαι, καὶ εἰς τὰς τοιαύτας χρείας ὑμῖν τοῖς ὑπερέχουσι καὶ τοῖς τῶν

lentis medicamentis et feris noxiis. Etenim ab aliis etiam graviſſimis fuga nos praeſervamus, illa maxime hominibus imponunt, quod videlicet aliquis nulla praemunitione adhibita frequenter venenum neſciens imprudensque aſſumit, deinde commorſus a fera quadam ſubito interit. Ego autem ex quodam hiſtoriae libro accepi, quomodo aliquis bellum contra Romanos gerere voluerit nulla militaris ordinis potentia munitus. Homo vero hic (inquit) Carchedonius, complures ollas feris, quae repente poſſunt occidere, refertas adverſus hoſtes projecit. Illi autem non intelligentes quid mitteret eoque neutiquam ſibi caventes, quippe tales emitti ſagittae inter hoſtes non ſolebant, protinus collapſi perierunt; atque propterea homo ille frequenter ejusmodi aſtutia, tanquam et ipſe fera quaedam exiſteret, inimicorum manus effugit. Quamobrem putaverim et vobis primatibus et exercituum ducibus ad tales uſus hoc eſſe habendum medicamentum; quod non-

στρατοπέδων ἄρχουσιν, ἀναγκαῖον [937] ἔχειν καὶ τοῦτο τὸ φάρμακον, διὰ τὴν τοῦ πολεμεῖν ἐνίοτε γινομένην ἀνάγκην. πάλαι μὲν οὖν καὶ ἄνευ τῆς τῶν θηρίων μίξεως σκευαζόμενον τὸ φάρμακον ὁμοίως ἐποίει πρὸς τὰ τοιαῦτα καρτερῶς. ἀεὶ δὲ τῶν ἰατρῶν φιλοτίμως πρὸς τὴν κατασκευὴν αὐτῆς ἐχόντων καὶ ἄλλο συμμίσγειν ἐπινοούντων, οὕτως τὶς προσεπενόησε καὶ ἔμιξεν αὐτῇ τὰ θηρία. Ἀνδρόμαχος δὲ, φασὶν, οὗτος ἀνὴρ ἦν ἀξιόλογος ἰατρὸς, καὶ οὐ πολὺ πρὸ ἡμῶν γεγενημένος. συνῆν γὰρ τῷ Νέρωνι, ᾧ καὶ προσεφώνησε, γράψας αὐτὴν ἔπεσι, καὶ τὴν ἐπαγγελίαν καὶ τὴν σκευασίαν. καὶ παραθήσομαί γέ σοι αὐτὰ τὰ ἔπη, ἵνα μηδὲ τούτων ἀνίστορος ῇς, οὕτω φιλόκαλος ὢν, ἐκεῖνο πρότερον εἰπὼν, ὅτι διὰ τὸ τὸν ἐπινοήσαντα μῖξαι τῷ φαρμάκῳ τὰ θηρία εἰκότως, οὐχ ὅτι μόνον πρὸς τὰ ἀπ᾽ αὐτῶν δήγματα ἁρμόζει καλῶς, θηριακὴ ἂν λεχθείη πρὸς ἡμῶν, ἀλλ᾽ ὅτι καὶ αὐτὰ τὰ θηρία λοιπὸν ἐν τῇ σκευασίᾳ μιγνύμενα ἔχει, προσηκόντως ἐξ ἀμφοτέρων τῶν σημαινομένων ἑτοίμως ἂν θηριακὴ λέγοιτο. ἔστι δὲ τὰ ἔπη ταῦτα.

nunquam bellandi incidat neceſſitas. Olim itaque citra ferarum quoque mixtionem confectum medicamentum, ſimiliter ad hujusmodi ſtrenue faciebat. Quum autem medici ſemper in hujus praeparationem certatim incumberent, ac aliud commiſcere cogitarent, in hunc modum quidam conſideravit, miscuitque ipſe beluas. Ajunt autem Andromachum hunc virum fuiſſe, medicum mehercule memoria dignum, haud multo ante nos natum. Quippe Neroni convixit, cui etiam ipſam dedicavit, tum vires tum confectionem carmine complexus. Quod tibi hic ſubjungam, ne ipſius hiſtoria careas, tam ſtudioſus alioqui et cupidus literarum. Illud tamen praefabor, theriacen non ſolum quod ferarum morſibus probe conveniat, ſed etiam quod ferae ipſae deinceps in confectione miſceantur, congrue ex utroque ſignificato eſſe nominandam. Verſus autem hi ſunt.

Ed. Chart. XIII. [937—940.] Ed. Baſ. II. (460.)

*Κεφ. στ΄ καὶ ζ΄.* [*Ἀνδρομάχου πρεσβυτέρου, Νέρωνος ἀρχιάτρου θηριακὴ δι᾽ ἐχιδνῶν ἡ καλουμένη Γαλήνη.*]

(Cum haec jam ſuperius libro de antidotis I. p. 428. ſſq. ed. Baſ. ſine ulla lectionis varietate exhibita fuerint, ea h. l. omittere viſum eſt.)

[940] *Κεφ. η΄.* [*Διὰ τί ὁ Ἀνδρόμαχος τὴν ἔχιδναν μᾶλλον ἢ ἄλλον τινὰ ὄφιν τῇ θηριακῇ ἐπέμιξε; καὶ περὶ Κλεοπάτρας θανάτου ἀκριβὴς ἱστορία.*] *Τούτων οὖν τῶν ἐπῶν οὐκ ἀφυῶς ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς γενομένων σκέψασθαι ἀναγκαῖον ἔμοιγε δοκεῖ, τί δή ποτε πολλῶν ὄντων τῶν τοιούτων θηρίων οὐχὶ τῶν ἄλλων τινὸς, ἀλλὰ τῶν ἐχιδνῶν τὰς σάρκας ἐπιτηδείους εἰς τὴν μίξιν εἶναι νομίζομεν. αὐτὸς μὲν γὰρ, ὡς ὁρᾷς, περὶ τούτων οὐδὲν ἔγραψεν· ἐμοὶ δὲ δοκοῦσι τῶν ἄλλων θηρίων αὗται μὴ τοσαύτην ἐν τοῖς σώμασι τὴν φθοροποιὸν δύναμιν ἔχειν. ὁ μὲν γὰρ βασιλίσκος, ἔστι γὰρ τὸ θηρίον ὑπόξανθον, καὶ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ τρεῖς ὑπεροχὰς ἔχον, ὥς φασιν, ὅτι καὶ ὁραθεὶς μόνον καὶ συρίττων ἀκουσθεὶς ἀναιρεῖ τοὺς ἀκούσαντας καὶ τοὺς ἰδόντας αὐτόν· καὶ ὅτι τῶν ἄλλων ζώων, εἴ τι καὶ ἅψαιτο τοῦ*

Cap. VI. et VII. [*Andromachi ſenioris, Neronis archiatri, ex viperis theriace, appellata Galene.*]

Cap. VIII. [*Cur Andromachus viperam potius quam ſerpentem alium theriacae admiſcuerit; deque Cleopatrae morte diligens hiſtoria.*] His itaque verſibus non inepte a viro compoſitis neceſſarium mihi videtur inſpicere cur tandem, quum multae ſint ejusmodi ferae, non alterius quam viperae carnes in miſturam eſſe idoneas cenſeamus. Ipſe enim nihil de his, uti vides, ſcriptum reliquit. Ego vero has minus aliis feris corrumpendi facultatem obtinere autumo. Nam baſiliscus, bellua ſufflava et triplici frontis apice munita, ut ajunt, viſus etiam ſolum conſpectusque et ſibilo auditus homines qui ipſum viderint et audierint momento perimit; etiam ex aliis animantibus ſi quod illum jam extinctum jacentemque attigerit, et ipſum ſubito interimit; quare omne aliarum ferarum ge-

ζώου ἀνῃρημένου, καὶ αὐτὸ τελευτᾷ εὐθέως, καὶ διὰ τοῦτο πᾶν αὐτοῦ τὸ γένος τῶν ἄλλων θηρίων ἐγγὺς εἶναι φυλάττεται. ὁ δὲ δρύϊνος ὄφις ἐν ταῖς τῶν δρυῶν ῥίζαις τὸν βίον ποιούμενος οὕτως πονηρός ἐστι πρὸς τὸ διαφθεῖραι κακῶς, ὥστε εἴ τις, φασὶν, αὐτοῦ ἐπιβαίη, ἐκδέρεσθαι αὐτοῦ τοὺς πόδας, καὶ οἴδημα πολὺ γίνεσθαι καθ᾽ ὅλων τῶν σκελῶν. καὶ ἔτι τὸ θαυμασιώτερόν φασιν, ὅτι καὶ εἰ θεραπεύειν τις ἐθέλοι, τούτων τὰς χεῖρας ἐκδέρεσθαι. εἰ δέ τις καὶ ἁμιλλώμενος αὐτὸ ἀποκτεῖναι βούλοιτο τὸ θηρίον, λέγουσιν αὐτὸν μοχθηρὸν νομίζειν εἶναι πᾶν τὸ εὔφραντον καὶ μηδενὸς ἄλλου ὀσφραίνεσθαι δυνάσθαι. ὁ δὲ αἱμόῤῥους καὶ ἡ αἱμοῤῥοῒς τοῖς ἑαυτῶν ὀνόμασιν ὁμοίαν ποιοῦνται τῶν ἀνθρώπων τὴν διαφθοράν. αἱμοῤῥαγοῦντες γὰρ διὰ τοῦ στόματος καὶ τῶν μυκτήρων καὶ τοῦ παντὸς σώματος οὕτως ἀπόλλυνται. ὥσπερ γε καὶ οἱ ἀπὸ τῆς διψάδος ὑπὸ τοῦ καύσου διαφθειρόμενοι κακῶς, καὶ γὰρ οὗτοι διψῶντες πάνυ καὶ διακαιόμενοι σφοδρῶς, ἐνίοτε καὶ διαῤῥηγνύμενοι, τελευτῶσιν. ὁ δὲ ἀκοντίας ἐκτείνας ἑαυτὸν πάνυ καὶ ὥσπερ τι ἀκόντιον ἐφαλλόμενος τοῖς σώμα-

nus propinquitatem ipſius devitat. Dryinus ſerpens ſic nominatus, quod in radicibus quercuum vitam vivat, tam malignus ad perdendum proditur, ut ejus qui ſupergreditur imprudens cutis a pedibus excorietur, tota crura multum intumeſcant et quod magis mirificum proferunt, manus quoque ipſas curantium excorientur. Si autem quis aggrediatur hanc feram perimere, olſactu mulctatur adeo, ut quemlibet gratum odorem pravum eſſe exiſtimet, nec rem alteram praeterea queat odorari. Haemorrhus et haemorrhois ſuis ipſorum nominibus ſimilem hominibus perniciem inferunt; quippe percuſſi, ſanguine per os et nares totoque corpore eſſuſo, intereunt; quemadmodum a dipſade commorſi cauſo febre male conficiuntur. Nam et multa ſiti et aeſtu vehementi, interdum ſtomachi motu vexati, diem obeunt. Acontias ſerpens, ubi ſe multum extenderit, ceu jaculum quoddam corpo-

Ed. Chart. XIII. [940.] Ed. Baſ. II. (460.)

σιν οὕτως ἀναιρεῖ. καὶ τῶν ἀσπίδων ἡ λεγομένη πτυὰς ἐπανατείνασα τὸν τράχηλον καὶ συμμετρησαμένη τὸ τοῦ διαστήματος μῆκος, ὥσπερ τότε λογικὸν γιγνόμενον τὸ θηρίον εὐστόχως ἐμπτύει τοῖς σώμασι τὸν ἰόν. τούτων γοῦν φασι τῶν θηρίων τινὶ, τριπλοῦν γάρ ἐστι τὸ εἶδος τῶν ἀσπίδων, ταύτης τε καὶ τῆς μὲν χερσαίας λεγομένης, τῆς τε χελιδονίας καλουμένης, τὴν βασιλίδα Κλεωπάτραν βουληθεῖσαν λαθεῖν τοὺς φυλάττοντας, ταχέως τε καὶ ἀνυπόπτως ἀποθανεῖν. ἐπεὶ γὰρ αὐτὴν ὁ Αὔγουστος νικήσας τὸν Ἀντώνιον ζῶσαν λαβεῖν ἠβούλετο, καὶ ζῆν, καὶ διὰ σπουδῆς φυλάττειν ὡς εἰκὸς, ἵνα δείξῃ Ῥωμαίοις ἐν τῷ θριάμβῳ τὴν οὕτω διάσημον γυναῖκα. ἡ δὲ συνεῖσα, φασὶ, τοῦτο, καὶ ἑλομένη μᾶλλον ἔτι βασίλισσα οὖσα ἐξ ἀνθρώπων γενέσθαι ἤπερ ἰδιώτης Ῥωμαίοις φανῆναι, τότε ἐμηχανήσατο τῷ θηρίῳ τούτῳ τὸν θάνατον αὐτῆς. καὶ φασὶν αὐτὴν καλέσαι τὰς πιστοτάτας δύο γυναῖκας, αὗται δὲ ἦσαν αἱ πρὸς τὸ κάλλος αὐτῆς εἰς τὸν κόσμον τοῦ σώματος ὑπηρετεῖν ἡρμοσμέναι καὶ τοῖς ὀνόμασι λεγόμεναι Νάειρα καὶ Καρ-

ribus inſiliens ſic perimit. Inter aſpides nominata ptyas cervicem exporrigens et intervalli longitudinem metita rationalis cujusdam animalis modo venenum corporibus inſpuit. Harum igitur ferarum una (nam triplex aſpidum ſpecies eſt, haec videlicet et cherſaea i. e. *terreſtris*, et chelidonia) perhibent reginam Cleopatram quum vellet latere cuſtodes, ſtatim et citra ſuſpicionem mortem ſibi conſciviſſe. Quum enim Auguſtus devicto Antonio eam capere incolumem vellet ac vivere, ſtudioſiusque, ſicut par erat, ſervare, ut Romanis tam inſignem mulierem in triumpho oſtenderet, haec, ajunt, re intellecta optavit regina adhuc ex humanis potius decedere quam privata Romanis videri. Et tunc molita eſt ſibi hac beſtia mortem conſciſcere. Praeterea memoriae produnt ipſam duas omnium fidiſſimas mulieres ad ſe vocaſſe, quae ad pulchritudinem corporis mundo ſubminiſtrando erant accommodatae; nominabantur Naera et Carmione; haec comam

μιόνη. ἡ μὲν ἀναπλέκουσα τὰς τρίχας εὐπρεπῶς, ἡ δὲ ἀποτέμνουσα τὰς ὑπεροχὰς τῶν ὀνύχων εὐφυῶς, εἶτα κελεύσασα σταφυλαῖς τε καὶ σύκοις κεκρυμμένον εἰσκομισθῆναι τὸ θηρίον, ἵνα, ὡς ἔφην, τοὺς φυλάττοντας λάθῃ, προπειρασαμένη αὐτὸ πρότερον ἐπὶ τούτων τῶν γυναικῶν, εἰ ὀξέως ἀναιρεῖν δύναται, καὶ μετὰ τὸ ταύτας ταχέως ἀνελεῖν λοιπὸν αὐτῇ, [941] ἐφ᾽ ᾧ δὴ καὶ τὸν Αὔγουστον πάνυ καταπλαγῆναι λέγουσι, τῶν μὲν μέχρι τοῦ συναποθανεῖν αὐτῇ τοσαύτην φιλοστοργίαν, τῆς δὲ τὸ μὴ βουληθῆναι ζῆν δουλικῶς, ἀλλ᾽ ἑλέσθαι μᾶλλον ἀποθανεῖν εὐγενῶς. καὶ γὰρ λέγουσιν αὐτῆς εὑρεθῆναι τὴν χεῖρα τὴν δεξιὰν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν κειμένην καὶ κρατοῦσαν τὸ διάδημα, ὡς εἰκὸς, ἵνα καὶ μέχρι τότε τοῖς ὁρῶσι βασίλισσα οὖσα βλέπηται· ὥσπερ καὶ ὁ τραγικὸς ποιητὴς ἡμῖν λέγει τὴν Πολυξένην, ὅτι καὶ αὕτη ἀποθνήσκουσα ὅμως πολλὴν πρόνοιαν εἶχεν εὐσχημόνως πεσεῖν. οἱ δὲ τὸ μὲν τῆς γυναικὸς πρὸς τὸ λαθεῖν εὐμήχανον, τοῦ δὲ θηρίου πρὸς τὸ ἀποκτεῖναι τάχος βουλόμενοι ἡμῖν δεῖξαι τῷ λόγῳ, λέγουσιν αὐτὴν μὲν ἐνθα-

decenter implicabat; illa extremos ungues dextre praecidebat; deinde juſſiſſe ut feram uvis ficubusque tectam importarent, quo, ut dixi, cuſtodes falleret, prius expertura in ipſis mulieribus, an ſubito poſſet perimere; et hae quum actutum periiſſent, deinde ipſam ſibi admoviſſe. Ob quam rem Auguſtum vehementer fuiſſe attonitum commemorant, partim ob harum erga reginam amorem, ut cum ea mori non dubitarint; partim quod illa generoſam potius mortem oppetere maluerit quam in ſervitute vivere. Etenim ajunt ipſam manu dextra capiti admota et diadema, ſicut eſt conſentaneum, tenente, fuiſſe inventam, ut vel eousque ſpectatoribus regina eſſe videretur; quemadmodum et tragicus poëta ſcribit nobis Polyxenam et ipſam mortuam, quae tamen accurate praenoviſſet cum decoro ſe occaſuram. Porro qui mulieris proſperum ut falleret cuſtodes conatum, ferae autem ad occidendum pernicitatem ſermone volunt oſtendere, refe-

Ed. Chart. XIII. [941.] Ed. Baſ. II. (460. 461.)

*κεῖν τὸν ἑαυτῆς βραχίονα μεγάλῳ πάνυ καὶ βαθεῖ τῷ δήγματι. ἐργασαμένην δὲ εἴς τι σκεῦος εἰσκομισθῆναι αὐτῇ τὸν ἰὸν τοῦ θηρίου ἐγχέαι τῷ τραύματι, καὶ οὕτω διαδοθέντος αὐτοῦ μετ᾿ οὐ πολὺ λαθοῦσαν τοὺς φυλάσσοντας εὐκόλως ἀποθανεῖν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐκ ἀτερπῶς ἱστορείσθω, διὰ τὴν σὴν ἐν πᾶσι τοῖς λόγοις φιλοτιμίαν, καὶ ἵνα διὰ τούτου τὴν ὀξύτητα πρὸς τὸ ἀποκτεῖναι τούτων τῶν θηρίων ὦμεν εἰδότες. ὀξέα γάρ ἐστιν ἀληθῶς πρὸς τὸ ἀναιρεῖν ταῦτα τὰ θηρία. καὶ πολλάκις γὰρ ἐθεασάμην ἐγὼ ἐν τῇ μεγάλῃ Ἀλεξανδρείᾳ τὸ τάχος τοῦ ὑπ᾿ αὐτῶν γιγνομένου θανάτου. ὅταν γάρ τινα τούτῳ τῷ νόμῳ τῆς κολάσεως κατακριθέντα φιλανθρώπως καὶ ταχέως ἀποκτεῖναι θέλωσι, προσβάλλοντες αὐτοῦ τοῖς στέρνοις τὸ θηρίον καὶ ποιήσαντες ὀλίγον περιπατῆ- (461) σαι, οὕτω ταχέως ἀναιροῦσι τὸν ἄνθρωπον. ὁρᾷς οὖν ὅπως ἡμεῖς δεόντως οὐδὲν τῶν τοιούτων θηρίων ἐγκαταμίγνυμεν τῷ φαρμάκῳ, διὰ τὴν τοσαύτην ἐν τοῖς σώμασιν αὐτῶν φθοροποιὸν δύναμιν.*

Κεφ. θ'. [*Τί δή ποτε τῇ θηριακῇ ὁλόκληρος ἡ ἔχιδνα*

runt ipſam ſuummet brachium magno morſu eoque alto vulneraſſe et belluae virus in vaſe quodam ipſi allatum vulneri infudiſſe, quo ſic transmiſſo, haud multo poſt neſciis cuſtodibus prompte interiiſſe. Verum hanc hiſtoriam animi gratia commemorare viſum eſt, quod te in omnibus diſciplinis diligentem dextrumque videam; ad haec, ut intelligamus quam ſubitam hae ferae necem concilient; etenim exitio inferendo haud dubie ſunt praecipites. Ac in magna Alexandria ſubinde ſum contemplatus quam celeriter perimerent. Quum enim quendam hac poenae lege damnatum humaniter citoque volunt occidere, adjicientes ipſius pectori feram jubentesque paululum obambulare, ita ſine mora hominem tollunt e medio. Vides igitur quam nos decenter nullam ex hujusmodi feris, quod tantam habeant in ipſorum corporibus vim noxiam, medicamento admiſcemus.

Cap. IX. [*Cur vipera theriacae integra non pona-*

οὐκ ἐπιτίθεται· πολλάς τε ἐκ τῶν ζώων ἡμᾶς λαμβάνειν τὰς θεραπείας.] Καὶ αὐτῶν δὲ τῶν ἐχιδνῶν οὐχ ὅλα τὰ ζῶα εἰς ἀντίδοτον πέμπομεν, ἀλλ᾽ ἀποτεμόντες τὰς κεφαλὰς καὶ τὰς οὐρὰς οὕτω τοῖς ἄλλοις αὐτῶν σώμασιν εἰς τὴν μίξιν χρώμεθα, καὶ τοῦτο οὐ παρέργως, οὐδ᾽ ἄνευ λόγου τινὸς ποιούμενοι, ἀλλ᾽ ἐπειδὴ αἱ κεφαλαὶ τὸν κάκιστον τῶν χυμῶν, αὐτὸν τὸν ἰὸν, ἐν αὐταῖς ἔχουσι, διὰ ταῦτ᾽ ἀποκόπτειν αὐτὰς πειρώμεθα, ἵν᾽ ὀλιγώτερον τῆς ἀπ᾽ αὐτῶν δυνάμεως ἔχῃ τὸ φάρμακον, τῆς τούτων φύσεως μεταβλητικήν τινα δύναμιν εἰς τὸν ἰὸν ἐχούσης· ὥσπερ δὴ καὶ ἐν τοῖς παραστάταις τὸ σπέρμα καὶ ἐν τοῖς μαζοῖς τὸ γάλα μεταβαλλόμενον γίνεται. ἡ δὲ ἔχιδνα τῶν ἄλλων ἁπάντων τὴν κεφαλὴν πρὸς τὸ διαφθεῖραι κακῶς ἐπιτηδειοτέραν ἔχει. φασὶ γὰρ αὐτὴν ἀνοίγουσαν τὸ στόμα πρὸς τὸ δέξασθαι τοῦ ἄῤῥενος τὸν θορὸν μετὰ τὸ λαβεῖν ἀποκόπτειν αὐτοῦ τὴν κεφαλήν· καὶ τοῦτον αὐταῖς εἶναι τῆς πονηρᾶς συμπλοκῆς τὸν τρόπον. εἶτα ἀπὸ τοῦ σπέρματος τὰ ζῶα γενόμενα κατά τινα φυσικὴν ἄμυναν ἀναβιβρώσκειν μὲν τῆς μητρὸς τὴν γαστέρα, ἐκθρώσκειν δὲ εἰς τὰ ἔξω· καὶ οὕτως αὐτὰ

*tur, multaque ex animalibus remedia haberi.*] Atque ipſarum viperarum corpora non integra in antidotum immittimus, ſed amputatis capitibus caudisque ita reliquis ipſarum partibus in mixtione utimur, idque non obiter nec ſine ulla facientes ratione, ſed quoniam capita peſſimum humorem, *nempe* ipſum virus, in ſe continent, ideo ipſa praecidere conamur, ut minus ex ipſorum facultate medicamentum recipiat, quum natura eorundem facultatem quandam mutatricem in virus obtineat; quemadmodum et in paraſtatis ſemen fit, in mammis lac dum mutatur. Vipera autem inter omnes alias feras ad prave corrumpendum caput habet opportunius. Siquidem aiunt ipſam os aperire ad ſuſcipiendam maris genituram; qua accepta caput illius amputare. Atque hunc ipſis eſſe pravi complexus modum. Deinde foetus ex ſemine prognati naturali quadam ultione parentis ventrem erodere

εἰς ἐκδικίαν τοῦ πατρὸς ἀναιρεῖν τὴν μητέρα. ἅπερ ἡμῖν ὁ καλὸς Νίκανδρος ἐν τοῖς ἔπεσιν αὐτοῦ οὐκ ἀφυῶς γράφει, καὶ ἔστι τὰ ἔπη ταῦτα·

*Μὴ σύ γ' ἐνὶ τριόδοισι τύχῃς ὅτε δῆγμα πεφυγὼς*
*Περκνὸς ἔχις θύῃσι, τυπὴν χολόεσσαν ἐχίδνης.*
*Ἡνίκα θορνυμένου ἔχιος θολερῷ κυνόδοντι,*
*Θουρὰς ὀδὰξ ἐμφῦσα, κάρην ἀπέκοψεν ὁμεύνου.*
*Οἱ δὲ πατρὸς λώβην μετεκίαθον αὐτίκα τυτθοὶ*
*Γεινόμενοι ἐχιῆες, ἐπεὶ διὰ μητρὸς ἀραιὴν*
*Γαστέρ' ἀναῤῥήξαντες ἀμήτορες ἐξεγένοντο.*

[942] Τὰς δὲ οὐρὰς καὶ αὐτὰ ἀφαιροῦμεν τὰ ἔσχατα τοῦ σώματος, ὥσπερ οὐρᾶς ὄντα μέρη καὶ, ὡς οἶμαι, τὸ ῥυπαρώτερον τῆς οὐσίας ἕλκοντα μᾶλλον, καὶ πλείονά γε τὴν ὁλκὴν διὰ τὴν κίνησιν ποιούμενα, ὥσπερ τὰ πρὸς ταῖς οὐραῖς τῶν ἰχθύων μέρη διὰ τὴν πολλὴν κίνησιν τροφιμώτερα εἶναι λέγουσι. μὴ θαυμάζῃς δὲ, εἰ μετὰ τὴν τούτων ἀποκοπὴν τὰ λοιπὰ σώματα τῶν ζώων ἰσχυρότερον ποιεῖ τὸ φάρμακον τῆς ἐμφύτου πρὸς τὸ σώζειν δυνάμεως καὶ

et foras prorumpere feruntur, ac ita ipſos patris vindices matrem perimere. Quod nobis egregius Nicander verſibus ſuis ingeniose ſcribit. Sunt autem hi verſus

*Ne ſis in triviis quum morſus vipera conjunx*
*Foemellae fugiens agitatae vulnera abhorret;*
*Et quum dente caput magno maris amputat atri*
*Foemina dira nimis, labiis et mordicus haerens.*
*Sed catuli ultores patris ſunt protinus, ut qui*
*Perrumpant latera occiſae jam rara parentis.*

Caudas atque ipſa extrema corporis tollimus, tanquam caudae partes et, ut arbitror, ſordidiorem ſubſtantiae portionem magis trahentes; adeoque crebrius motus gratia trahentes, quemadmodum partes quae proximae ſunt caudis piſcium, magis nutrire ob frequentem motum dicuntur. Ne mireris ſi his amputatis reliquae animantium partes efficacius reddant medicamentum, nativa ad ſalutem

ἐν αὐταῖς ταῖς σαρξὶν αὐτῶν καταμεμιγμένης. ὥσπερ δὴ καὶ ἐπ᾽ ἄλλων ζώων πολλὰ τῶν μερῶν οὐκ ὀλίγα τῶν παθῶν ἀγωνιστικῶς θεραπεύεσθαι οἴδαμεν. ἐνίοις γοῦν βοηθοῦσιν αἱ κεφαλαὶ τῶν μυῶν, καυθεῖσαι γὰρ καὶ μετὰ μέλιτος χριόμεναι, τὰς ἀλωπεκίας ἰᾶσθαι δύνανται. καὶ τοῦ ἰκτίνου τὴν κεφαλὴν, φασὶν, ὁμοίως τοὺς ποδαγριῶντας ὠφελεῖν, εἴ τις αὐτῆς ξηρανθείσης ἄνευ τῶν πτερῶν ὅσον ὑπὸ τοῖς τρισὶ δακτύλοις ἐπιπάσας ὕδατι πίνειν ἐθέλοι. καὶ τῶν μερῶν δὲ πολλάκις αὐτὰ μόνα τὰ μόρια τινὰ τῶν παθῶν ἰᾶσθαι δύνανται. ὁ γοῦν τῆς καμήλου ἐγκέφαλος ξηρανθεὶς καὶ μετ᾽ ὄξους πινόμενος ἐπιληπτικοὺς ἰᾶται καὶ ὁ τῆς γαλῆς ὁμοίως. ὁ δὲ τῆς χελιδόνος μετὰ μέλιτος πρὸς ὑποχύσεις ποιεῖ. καὶ ὁ τῶν προβάτων σκευασθεὶς ὁμοίως ταῖς τῶν παίδων ὀδοντοφυΐαις ἄκρως βοηθεῖ. τοῦ δὲ ταυρείου κέρατος τὸ ξύσμα μεθ᾽ ὕδατος πινόμενον αἱμοῤῥαγίας ἐπέχει. καὶ οἱ μηροὶ δὲ καιόμενοι ἐπέχουσι τὸ αἷμα. πολλάκις δὲ καὶ τὴν γαστέρα λελυμένην τὸ αὐτὸ τοῦτο ἵστησι. τὸ δὲ τοῦ ἐλάφου κέρατος ῥίνημα καιόμενον

facultate etiam carnibus ipſarum indita; veluti in aliis animantibus pleraſque partes non paucos affectus ſtrenue ſanare novimus. Nonnullis igitur capita murium cremata ex melle illita alopeciam ſanare poſſunt. Et milvi caput ajunt ſimiliter podagricis auxiliari, ſi quis ex eo uſto ſine plumis quantum ſub tribus digitis inſpergere poſſit cum aqua volet bibere. Et partium nonnunquam ſolae particulae aliquos morbos ſanare poſſunt. Itaque cameli cerebrum areſactum potumque ex aceto comitialibus morbis medetur, et muſtelae ſimiliter. Item hirundinis cerebrum ex melle ad ſuffuſiones oculorum facit; et ovillum ſimili modo confectum ad dentitionem infantium eſt utiliſſimum. Taurini cornu raſura cum aqua pota ſanguinis eruptionem cohibet, femoraque uſta ſanguinem ſtringunt et ſaepenumero ſolutam alvum ea ipſa ſiſtunt. Cervini cornu ramentum aduſtum et cum vino tritum, deinde circumlitum, vacillantes dentes confirmat, ſicut et

καὶ μετ᾽ οἴνου λειούμενον, εἶτα περιπλασσόμενον, τοὺς σειομένους ὀδόντας πήγνυσιν, ὥσπερ δὴ καὶ τὸν ἀστράγαλον τῆς βοὸς τοῦτο ποιεῖν δύνασθαι λέγουσιν· ἐξάγει δὲ καὶ στρογγύλην ἕλμινθα μετὰ μέλιτος πινόμενος, καὶ μετ᾽ ὀξυμέλιτος σπλῆνα τήκει, καὶ τὰς λεύκας καταχριόμενος, συμμέτρως δὲ ἀφροδισιαστικός ἐστιν. οἱ δὲ τοῦ κάστορος ὄρχεις ὁμοίως πινόμενοι σπασμοὺς ἰῶνται. πολλὰ δὲ τῶν ζώων καὶ τὰς χολὰς ἑαυτῶν ἔχει βοηθεῖν τῷ ἀνθρώπῳ δυναμένας, καὶ τὰ στέατα, καὶ τοὺς μυελοὺς, καὶ τὸ γάλα, καὶ τὸ δέρμα, καὶ τὸ αἷμα αὐτὸ, καὶ τῶν ὄφεων τὸ γῆρας. ἤδη δὲ καὶ τὰς ἀφόδους αὐτῶν ὠφελούσας τινὰς εἴδομεν. ἡ γοῦν τῆς βοὸς ἄφοδος ξηρὰ κεκαυμένη τρισὶ κοχλιαρίοις ὑδρωπικῷ βοηθεῖ. καὶ ἡ τῶν μυῶν ἄφοδος λεία μετ᾽ ὄξους ἀλωπεκίας θεραπεύει· ἐν ποτῷ δὲ λαμβανομένη τοὺς ἐν κύστει θρύπτει λίθους· τὸ δὲ τοῦ χηνὸς στέαρ τὰς φλεγμονὰς μετὰ ῥοδίνου ἰᾶται· καὶ ὁ τοῦ ἐλάφου μυελὸς παρηγορικώτατόν ἐστι φάρμακον. τὸ δὲ τῆς βοὸς γάλα πινόμενον δυσεντερικοῖς βοηθεῖ. τῆς δὲ ὑαίνης ἡ χολὴ μετὰ μέλιτος πρὸς ὀξυδερκίαν ποιεῖ, καὶ τὰς ὑποχύσεις διαφορεῖ ἐγχριομένη. τοῦ δ᾽ ἱπποποτάμου τὸ δέρμα

bovis talus idem poſſe traditur; idem educit rotundos lumbricos cum lacte potus, ex oxymelite lienem conſumit et leucas tollit illitus; ad haec mediocriter venereus eſt. Et caſtoris teſticuli ſimiliter poti convulſionibus medentur. Multa autem ſunt animalia, quorum fel homines poteſt juvare, adeps, medulla, lac, cutis, ſanguis ipſe et ſerpentis ſenectus; quin et aliquando ſtercora ipſorum quibusdam auxiliata vidimus. Bovis itaque ſtercus aridum uſtum tribus cochleariis hydropicum juvat; murium ſtercus cum aceto tritum alopecias curat; in potu autem ſumptum veſicae calculos comminuit; adeps anſerinus inſlammationibus ex roſaceo medetur; et cervi medulla blandiſſimum eſt medicamentum; vaccini lactis potus dyſentericos adjuvat; fel hyaenae cum melle viſum exacuit, illitum, ſuffuſiones diſcutit; Hippopotami cutis uſta et ex aqua laevigata, ſi corpori admovetur, tubercula diſcutit, quemadmodum et viperae cutis in pulverem redacta, im-

καιόμενον, καὶ μεθ' ὕδατος λεῖον ἐπιτιθέμενον, φυμάτων σκορπιστικὸν γίνεται, ὥσπερ δὴ καὶ τὸ ἔχεως δέρμα, λεῖον ἐπιτιθέμενον ταῖς ἀλωπεκίαις, θαυμαστῶς ἀναφύει τὰς τρίχας. τὸ δὲ τῆς ἀσπίδος γῆρας τριφθὲν μετὰ μέλιτος καὶ ὑπαλειφόμενον ὀξυδερκέστατόν ἐστιν. καὶ ὅλως πολλή τίς ἐστιν ἡ τῶν τοιούτων ὕλη, ἣν οὐκ εὔκαιρον εἶναι νομίζω νῦν ἀναγράφειν, ἵνα μὴ μακρὸς ὑμῖν ὁ λόγος γένηται, ἀρκούντων εἰς τὴν ἀπόδειξιν τοῦ λεγομένου καὶ μόνων μοι τῶν προειρημένων. ἐκεῖνο δὲ ἀναγκαῖόν ἐστιν εἰδέναι, ὅτι τῶν ζώων αὐτῶν ὅλα τὰ σώματα πολλάκις τοῖς ἀνθρώποις βοηθεῖ. καρκίνος γοῦν ὁ ἀπὸ τῶν ποταμῶν λειωθεὶς καὶ καταπλασθεὶς ἀνεκβάλλει τοὺς σκόλοπας καὶ τὰς ἀκίδας. καὶ ἡ καρὶς ὁμοίως λειωθεῖσα μετὰ βρυωνίας ῥίζης πινομένη ἕλμινθας ἐξάγει. ὁ δὲ σκορπίος σὺν ἄρτῳ ἐσθιόμενος ὀπτὸς θρύπτει τοὺς ἐν τῇ κύστει λίθους. ὁμοίως δὲ καὶ τὸ γῆς ἔντερον μετ' οἴνου πινόμενον τὸ αὐτὸ ποιεῖ. εἰ δέ τις αὐτὰ τρίβων ἐν μελικράτῳ λάβοι ἰκτεριῶν εὐθέως καθαρθεὶς ἀπαλλάσσεται. πολλάκις δὲ καὶ σὺν ῥοδίνῃ κηρωτῇ ἐπιτιθέντα τῶν ποδαγρῶν ταῖς φλεγμοναῖς ἥρμοσαν, ὁ δὲ

poſitaque alopeciis, mirifice pilos regenerat; aſpidis ſenile exuvium ex melle tritum et illitum, acutiſſimum viſum conciliat. In ſumma, multa eſt talium materia, quam nunc referibere tempeſtivum non eſſe judico, ne liber vobis fiat prolixior, quum etiam ſola quae nos praediximus ad ſermonis demonſtrationem ſufficiant. Illud vero ſcitu eſt neceſſarium, tota ipſorum animalium corpora frequenter hominibus auxiliari. Cancer enim fluviatilis tritus illitusque ſpicula et ſurculos extrahit. Caris, i. e. ſquilla piſcis, ſimiliter laevigata cum bryoniae radice pota lumbricos educit. Scorpius ſi aſſus cum pane comedatur, conterit veſicae calculos. Terrae quoque inteſtinum ex vino aſſumptum idem facit; ſi autem ea in melicrato contrita quis regio morbo laborans ſumat, ſtatim purgatus liberatur; ſaepe etiam cum roſaceo cerato impoſita podagricorum inflammationibus convenerunt. Accipiter in ſuſino unguento decoctus hebetudini oculorum medetur.

ἱέραξ ἑψηθεὶς μετὰ μύρου [943] σουσίνου ἀμβλυωπίας ἰᾶται. καὶ ὁ κάνθαρος δὲ θεραπεύει τὰς ὠταλγίας ἀποζεσθεὶς ἐλαίῳ καὶ ἐνσταζόμενος εἰς τὸ οὖς. ὁ δὲ κορυδαλὸς ὀπτὸς τρωγόμενος θαυμασίως τοὺς κωλικοὺς πολλάκις ὠφέλησε, καὶ ἵνα μᾶλλον τὴν ἐν τοῖς σώμασιν αὐτῶν δύναμιν θαυμάσῃς, ἐκεῖνό σοι φιλοτιμότερον διηγήσομαι. πολλὰ γὰρ καὶ ὁραθέντα μόνον τὴν ἑαυτῶν ἰσχὺν ἐπιδείκνυνται. ὁ οὖν ἀσκαλαβώτης ὁραθεὶς ὑπὸ τῶν σκορπίων ὑποπήγνυσιν αὐτοὺς, καὶ οὕτως ἀναιρεῖ. ἡ δὲ ἀμφίσβαινα, ἔστι δὲ τὸ ζῶον ἀμφικέφαλον, ὥσπερ δὴ καὶ τῶν πλοίων τὰ ἀμφίπρωρα, τῆς φύσεως τῷ περιττῷ τῆς οὐσίας δύο κεφαλὰς ἔχειν αὐτῇ χαρισαμένης, τοῦτο δή φασι τὸ ζῶον εἰ ὑπερβάλῃ γυνὴ κατὰ γαστρὸς ἔχουσα, ἐκτιτρώσκει τὸ παιδίον κακῶς, ὥστε οὐδὲν θαυμαστὸν, εἰ καὶ τὰ τῶν ἐχιδνῶν σώματα ἀποκοπέντων τοῖς τῶν μερῶν ἐκείνων ὁμοίως ἔτι πρὸς τὸ βοηθεῖν τὴν ἰσχὺν ἔχει. ἐπέδειξα γὰρ, ὡς οἶμαι, φιλοπόνως ὅτι καὶ ὅλα μὲν τὰ ζῶα τοῖς ἀνθρώποις βοηθεῖ ποτε, ἔσθ' (462) ὅτε δὲ καὶ αὐτὰ μόνα τὰ μέρη. ἐνίοτε δὲ καὶ τῶν μερῶν αὐτῶν τὰ οὕτω μικρὰ μόρια.

Scarabaeus in oleo decoctus, ſi in aurem ſtilletur, dolores ipſius medicatur. Alauda uſta ſi edatur, mirifice colicos ſubinde juvat; et quo magis facultatem in ipſorum corporibus admireris, illud tibi ſtudioſius percenſebo; multa namque et viſa ſolum robur ſuum oſtendunt. Stellio ſcorpiones viſos ſuſtringit frigore atque ita perimit. Amphiſbaena (eſt autem animal biceps, quemadmodum ſane et navigia utrinque proram habentia, cui natura ex ſuperſluo ſubſtantiae bina capita eſt largita) hoc inquam animal, ajunt, ſi mulier gravida ſupergreſſa fuerit, male abortum facit. Quare non eſt mirabile, ſi etiam viperarum corpora amputatis illis partibus adhuc auxiliandi robur obtineant. Nam oſtendi, ut puto, diligenter et tota animalium corpora nonnunquam hominibus auxiliari; interdum etiam ſolas ipſas partes; aliquando partium quoque ipſarum particulas minimas.

*Κεφ. ι'.* [*Πῶς τὰ βλαβερὰ ἐνίοτε ἔχουσιν ὠφελεῖν· μίαν τε ἐκ πολλῶν γίγνεσθαι ποιότητα ἐν τοῖς μικτοῖς φαρμάκοις.*] Ἐκεῖνο δὲ ἀναζητῆσαι τῷ λόγῳ μᾶλλόν ἐστιν ἀναγκαῖον, ὅπερ καὶ τοῖς πολλοῖς θαυμασίας ἄξιον εἶναι δοκεῖ. αὐτὰ γὰρ τὰ θηρία ὄντα τοῖς σώμασι πολέμια καὶ οὕτω τὸν ἄνθρωπον ἀναιροῦντα ὀξέως, πῶς πάλιν αὐτὰ τοῖς ὑπ' αὐτῶν γενομένοις δήγμασι βοηθεῖν δύναται, καὶ μόνα διασώζειν ἐκ τοῦ τοιούτου κακοῦ τὸν ἄνθρωπον; καί φησί τις ἀρχαῖος λόγος ὅτι τινὰ τῶν ζώων ὁμιλήσαντα μὲν ἐν τῷ δάκνειν τῷ ἐκ τοῦ δήγματος ἀποκρινομένῳ ἀνθρωπείῳ αἵματι ἀναιρεῖ τοὺς δακνομένους. μὴ γευσάμενα δὲ τοῦ αἵματος, ἀλλ' οὕτως ἐσθιόμενα, τοὺς δηχθέντας διασώζειν πέφυκεν. ὥσπερ καὶ ἐπὶ τοῦ ἑλενίου μὲν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων, ὑπὸ δὲ τῶν ἐπιχωρίων νίκου ἢ νίνου καλουμένου, τὸ αὐτὸ ἱστορεῖσθαι λέγουσι. φασὶ γὰρ τοὺς Δάκας καὶ τοὺς Δαλμάτας περιπάττειν αὐτὸ ταῖς ἀκίσι τῶν βελῶν, καὶ οὕτως ὁμιλῆσαν μὲν τῷ αἵματι τῶν τιτρωσκομένων ἀναιρεῖν δύνασθαι, ἐσθιόμενον δὲ ὑπ' αὐτῶν ἀβλαβὲς εἶναι, καὶ

Cap. X. [*Quomodo noxia interdum prodeſſe queant; unamque in compoſitis medicamentis qualitatem ex omnibus reſultare.*] Illud autem ratione perſcrutari magis eſt neceſſarium, quod et multis admiratione dignum eſſe videtur. Siquidem ipſae ferae quum ſint corporibus inimicae et tam ſubito hominem perimant, quomodo e contrario morſibus ab ipſis factis poſſint ſuccurrere et ſolae hominem ex tali periculo perſervare. Vetus quidam ſermo eſt, quaedam animalia ubi inter mordendum ſanguinem humanum ex vulnere manantem contigerint, commorſos occidere; ubi vero ſanguinem non guſtaverint, ſed ita vorantur, morſos ſervare incolumes poſſe; ſicut etiam de helenio a Graecis quidem, ab indigenis vero nico vel nino appellato, idem memoriae proditum eſſe dicunt. Nam Dacas inquiunt et Dalmatas id telorum cuſpidibus circumſpergere, atque ſic poſtquam ſanguinem vulneratorum attigerit, poſſe necare; eſum vero ab ipſis eſſe innocuum, neque mali quicquam ipſis facere. Ad haec cer-

*μηδὲ κακὸν αὐτοὺς ἐργάζεσθαι, καὶ τὰς ὑπ᾿ αὐτῶν γε ἀναιρουμένας ἐλάφους ἐν τῷ κατατοξεύεσθαι μηδ᾿ αὐτὰς ἐσθιομένας κακόν τι τοὺς ἐσθίοντας διατιθέναι λέγουσιν. ἀλλ᾿ οὗτος ὁ λόγος οὐ δοκεῖ μοι αὐτάρκης εἶναι πρὸς τὴν εὕρεσιν τοῦ ὑφ᾿ ἡμῶν ζητουμένου, ἐμπειρικός τις ὢν καὶ μόνον τὸ γενόμενον διηγούμενος. καὶ γὰρ αὐτοὺς τοὺς ἐμπειρικοὺς οὐκ ἀποδέχομαι, ὅτι καὶ αὐτοὶ, ὥσπερ ἰδιῶται μόνον ὁρῶντες τὸ βλεπόμενον, θαυμάζουσι μὲν τὸ γιγνόμενον, τοῦ δὲ γιγνομένου τὴν αἰτίαν ἀγνοοῦσιν. οἱ μὲν μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἐπιζητοῦντες μαθεῖν, ἀλλ᾿ ἀποκνοῦντες αὐτὴν εὑρεῖν τῷ λόγῳ, καὶ μόνον τῶν γιγνομένων ἀποπειρώμενοι, καὶ τὴν τῶν πολλάκις ὁρωμένων ἐμπειρίαν ἀρκεῖν αὐτοῖς εἰς τὸ ἰατρεύειν λέγοντες, τὸν αὐτὸν ἔχουσιν, ὡς ὁρᾷς, τοῖς ἰδιώταις τοῦ θαύματος τρόπον. οἱ δὲ τούτων φιλοτιμότεροι ὁμολογοῦσι μὲν ὅτι χρή τι ἐπιστημονικώτερον τῶν ἰδιωτῶν εἰς τὰ τοιαῦτα ἔχειν τοὺς ἰατροὺς, εὑρεῖν δὲ ἀδυνατοῦντες, καὶ τὸ ζητεῖν περιττὸν εἶναι νομίζουσιν. ἀλλ᾿ ἡμεῖς πλέον εἶναι τούτων τὸ φιλότιμον εἰς τὴν τέχνην ἔχοντες, καὶ τὰ γιγνό-*

vos ab ipſis ſagittarum ictu trucidatos, neque ipſos comeſtos, mali quid edentibus afferre perhibent. Verum haec ratio non mihi videtur ſufficere, ut quod quaerimus poſſit inveniri, quum experientia nitatur et ſolum quod accidit commemoret. Etenim empiricos non recipio, quoniam et ipſi idiotarum modo propoſitum ſpeculantes rem quidem admirantur, caeterum cauſam ipſius ignorant. Hi neque principium id requirunt diſcere, imo detrectant ipſum ratione invenire, ac ſolum facta probantes experientiam multoties viſorum ſatis eſſe ipſis ad medendum aſſirmant, eundem admirationis modum cum idiotis, uti vides, obtinent. His autem diligentiores fatentur quidem medicos eruditius aliquid idiotis merito habere, ſed nequeunt invenire et inquirere ſupervacuum eſſe arbitrantur. At nos multo accuratius in medicinam incumbentes ac quae fiunt vulgi duntaxat more nolentes inſpicere neque experientiam repudiamus, ſed ei rationem conſociantes,

μενα μόνον βλέπειν ἰδιωτικῶς μὴ θέλοντες, οὔτε τὴν ἐμπειρίαν ἐκβάλλομεν καὶ συναρμόζοντες αὐτῇ τὸν λόγον ὅταν ἐνδέχηται, τελείαν οὕτω καὶ λογικὴν ἀναγκαίως ἔχομεν [944] τὴν τέχνην, οὐχ ἵνα μόνον εὕροιμεν, ὅπως γίνεται φιλοπονοῦντες εὑρεῖν, ἀλλ᾽ ἵνα τι καὶ εἰς τὴν θεραπείαν εὔχρηστον ἐκ τοῦ εὑρεθέντος μάθωμεν. κἀνταῦθα οὖν ἐπαγωνισώμεθα τῷ λόγῳ, ἵνα εὕρωμεν τοῦ γιγνομένου τὴν αἰτίαν. θαυμαστὸν γὰρ ὡς εἴ γε ἐκ τῆς περὶ τὸ ζητεῖν αὐτὸ φιλοτιμίας, ἐξ ἑτοίμου καὶ αὐτὸ, ὥσπερ ἀμειβόμενον, ταχέως εὑρίσκεται· καὶ ἵνα σοι πιστότερον ποιήσω τὸν λόγον, ἀπ᾽ ἄλλων τινῶν ἐν τοῖς ἔργοις σαφῶς ὁρωμένων τὴν ἀπόδειξιν ποιήσομαι καὶ ἔξωθέν γε ἐπιτιθεμένων μόνον καὶ διὰ τοῦ στόματος λαμβανομένων. τοὺς γὰρ ὑπὸ τῶν κροκοδείλων βρωθέντας ὑπ᾽ αὐτοῦ τοῦ στέατος ἐπιτιθεμένου τοῖς τραύμασιν ἄκρως βοηθουμένους οἴδαμεν· καὶ τῆς μυγαλῆς τὰ δήγματα καὶ αὐτὰ ἀναιροῦντα ὑπ᾽ αὐτῆς πάλιν τῆς μυγαλῆς τριβομένης καὶ ἐπιτιθεμένης ἀνωδύνως θεραπεύεται. ὁμοίως δὲ αὐτοὶ οἱ ἐχιόδηκτοι ἀπαλλάττονται τοῦ κινδύνου, εἴ τις αὐτῶν λειώσας τὰ σώματα ἐπιθείη αὐτοῖς τοῖς τραύ-

quum datur occaſio, abſolutam ita et rationalem neceſſario habemus artem, non ut ſolum disquirendi ſtudio quomodo fiat, aſſequamur, verum ut etiam aliquid ad utilem curationem ex invento condiscamus. At hic ideo inſiſtemus rationi, ut rei, quae ſit, cauſam inveniamus. Miraculum enim videri queat, quod ſi ex inquirendi ipſius ſtudio prompte et ipſa tanquam reſpondens ſubito reperiatur. Et ut magis ſermoni fidem adhibeas, ex aliis quibusdam, quae manifeſto ex operibus apparent, demonſtrationem producam; inſuper ex iis quae foris imponuntur duntaxat et per os ſumuntur. Nam a crocodilo laeſis ipſius adipem vulneribus impoſitam ſummo eſſe praeſidio novimus. Item muris aranei morſus aeque letales ab ipſo rurſus in pulverem redacto ſuperpoſitoque citra dolorem curari. Similiter qui a vipera ſunt percuſſi periculum effugiunt, ſi trita ipſarum corpora vulneribus ipſis applicuerint. Nec talia citra rationem in ipſis, ut dixi,

μασιν, οὐκ ἀλόγως καθ᾽ ἡμᾶς, ὡς ἔφην, καὶ τῶν τοιούτων γιγνομένων, μήτε τοσαύτην δύναμιν ἐχόντων, ὡς καὶ ἀποκτεῖναι δύνασθαι, κατὰ διάδοσίν τε τῆς δυνάμεως χωρούσης εἰς βάθος τῶν σωμάτων. ὥσπερ δὴ καὶ ἐπὶ τῶν καταπλασμάτων καὶ αὐτὸ γιγνόμενον ὁρῶμεν, τῆς ἐν τοῖς σώμασιν αὐτῶν δυνάμεως συμμέτρου γιγνομένης καὶ θεραπεύειν λοιπὸν, ἀλλ᾽ οὐκ ἀναιρεῖν δυναμένης. τὸ δὲ ἐπὶ τῆς θηριακῆς γιγνόμενον φανερώτερον ἔχει τὸν λογισμόν. φημὶ γὰρ ὅτι διὰ τοῦτο ταῦτα ἀναιροῦντα τὰ θηρία βοηθεῖ τοῖς ὑπ᾽ αὐτῶν δακνομένοις, ἐπειδὴ πλείων ἐν τούτοις ἐνοῦσα ἡ φθοροποιὸς δύναμις, ταῖς κεφαλαῖς ἀφαιρουμέναις συναποκόπτεται. καὶ ἐπεὶ τὴν ἐν τοῖς ἄλλοις μέρεσιν αὐτῶν ὑπολειπομένην δύναμιν ταῖς σκευασίαις ἡμεῖς ἀπαμβλύνομεν ἕψοντες αὐτὰς, καὶ τῶν ἁλῶν καὶ τοῦ ἀνήθου οὐκ ὀλίγα τῷ ὕδατι μιγνύντες, οὐχ ἡδύσματος μόνου χάριν τὴν μίξιν τῶν τοιούτων ποιούμενοι, ἀλλ᾽ ἵνα ἐκτήξωμεν τὰ σώματα, καὶ οὕτως αὐτὰ ὀλίγον τὸν ἰὸν, ἢ μηδ᾽ ὅλως ἔχειν ἐργασώμεθα. τὸ δὲ πλεῖστον αὐτῇ τῆς δυνάμεως εἰς τὸ βοηθεῖν ἡ σκευασία παρέχεται. τοσούτοις οὖν καὶ τοιούτοις μιγνύμενα φαρμά-

eveniunt, nec tantam obtinent facultatem, ut poſſint perimere, ſi reſpicias diſtributionem facultatis in altum corporum penetrantis; quemadmodum ſane in cataplasmatis idem quoque fieri cernimus, facultate in corporibus ipſorum moderata, quae mederi deinceps queat, non autem occidere. Verum quod in theriaca accidit, manifeſtiorem habet rationem. Dico enim, propterea feras has noxias ab ipſis commorſos juvare, quod copioſior vis tabifica quae in illis eſt, ſimul cum capitibus amputatis tollatur. Ad haec vim in aliis partibus reliquam confectionibus nos obtundimus, dum ipſas coquimus, et ſalis anethique non parum aquae miſcentes, nec condimenti ſolius gratia talia contemperantes, ſed ut corpora eliqueſcant; atque hoc modo ipſa paucum virus, aut nullum prorſus habere facimus; plurimum autem facultatis auxiliatricis praeparatio exhibet. Quomodo igitur ferae tot et talibus miſtae medicamentis amplius queant perimere,

κοις τὰ θηρία, πῶς ἂν ἔτι καὶ ἀναιρεῖν δύναιτο, ἐκλυομένης τῆς οὔσης ἐν αὐτοῖς πρὸς τὸ διαφθεῖραι πονηρίας; ἔτι δὲ καὶ ἀληθέστερος ὁ λόγος φανήσεται, εἰ καὶ ἐπί τινων ὁμοίων τὴν ἀπόδειξιν αὐτοῦ ποιησόμεθα. ἡ γάρ τοι κανθαρὶς μόνη μὲν διδομένη τὴν κύστιν ἑλκοῖ, καὶ πολέμιον αὐτῆς ἐστι τὸ φάρμακον, καὶ ἀναιρεῖ τῇ ἰσχυρᾷ δυνάμει τὸν ἄνθρωπον πολλάκις. μιχθεῖσα δ' ἄλλοις τισὶ πάλιν αὐτῆς τῆς κύστεως γίνεται βοήθημα, καὶ ἔστι διουρητικὴ πάνυ. ὁ δὲ ὀπὸς τῆς μήκωνος ὅτι μέν ἐστιν ἀναιρετικὸς μόνος ποθεὶς οὐδεὶς ἀγνοεῖν μοι δοκεῖ. οὗτος δὲ μετ' ἄλλων τινῶν σκευασθεὶς τοῖς νοσοῦσι βοηθεῖ πολλάκις, ὡς σωτηριωδέστατον αὐτοῖς εἶναι φάρμακον. τὰς γοῦν τῶν νεφριτικῶν παρακοπὰς οὐκ ὀλιγάκις ἀγωνιστικῶς ἰάσατο, καὶ τοὺς ἐξ ἀγρυπνιῶν τὴν δύναμιν ἀφῃρημένους, ὕπνον ἐργασάμενον, θαυμασίως ἀνεκτήσατο. τοῖς δὲ φαλαγγιοδήκτοις αὐτὰ τὰ φαλάγγια λειωθέντα καὶ μετ' οἴνου πινόμενα ἀπαλλακτικὰ τοῦ κακοῦ γίνεται, ὡς ἐκ τούτου μάλιστά σε πιστεύειν δύνασθαι τῷ ὑπ' ἐμοῦ λεγομένῳ. εἰ γὰρ καὶ μόνος

quum malitia ipſorum corruptrix ſit exoluta? Inſuper verior ratio videbitur, ſi in quibusdam quoque ſimilibus hujus rei demonſtrationem afferamus. Cantharis namque ſola exhibita veſicam ulcerat et inimicum eſt ipſi medicamentum et valida ſaepenumero facultate hominem jugulat; mixta vero aliis quibusdam e contrario, ipſius veſicae fit auxilium et vehementer urinam provocat. Succus autem papaveris quod per ſe potus exitialis ſit neminem latere exiſtimo; hic autem cum aliis nonnullis praeparatus aegrotos ita ſaepe juvat ut maxime ſalutiferum ipſis medicamentum eſſe videatur; itaque phreniticorum deliria haud raro ſtrenue curavit, ex pervigiliis viribus privatos ſomno reconciliato mirifice reſtituit. Jam ab araneis commorſos ipſi aranei triti et cum vino poti malo liberant; ut hinc maxime poſſis quod a me dicitur credere. Si namque vel ſolum vinum feris mixtum a periculo reddit ſecuros, nimirum et theriaca ex tot tali-

ὁ οἶνος μιχθεὶς τοῖς θηρίοις τὸν ἀπ᾽ αὐτῶν τῶν θηρίων κίνδυνον ἐκφεύγειν ποιεῖ, δηλονότι καὶ ἡ θηριακὴ ἐκ τοσούτων καὶ τοιούτων τὴν σκευασίαν ἔχουσα παιώνιόν τι φάρμακον μᾶλλον, ἀλλ᾽ οὐκ ἀναιρετικὸν τῶν ἀνθρώπων γίνεται. ἐκεῖνο γὰρ ἐν ταῖς μίξεσι τῶν φαρμάκων γιγνόμενον εἰδέναι χρὴ, ὅτι μηκέτι ἀποσώζεται ἡ ἑκάστου τῶν μιγνυμένων δύναμις, ἡ αὐτὴ μένουσα καὶ ἄτρεπτος, εἰς τὸ μηδὲν ἀλλοιουμένη, ἀλλ᾽ ἕνωσίς τις ἀποτελεῖται τῶν ἁπάντων, ὅλης δι᾽ ὅλων τῆς κράσεως αὐτῶν μιγνυμένης [945] καὶ μιᾶς τινος δυνάμεως ἄλλης ἐξ αὐτῶν γινομένης, ὅνπερ τρόπον ἐστὶν ἰδεῖν καὶ ἐπὶ τοῦ οἰνομέλιτος γιγνόμενον. ὅταν γὰρ ἡ κρᾶσις ἀμφοῖν ἀκριβὴς γένηται, οὔτε τὴν τοῦ μέλιτος γεῦσιν τὸ μέλι μιχθὲν ὅλως ἔχει καὶ ὁ οἶνος οὐκέτ᾽ ὢν οἶνος ἐν τῇ μίξει φαίνεται, ἀλλὰ παρ᾽ ἑκάτερον τῶν συνελθόντων ἄλλο τι, αὐτὸ δὴ τοῦτο οἰνόμελι, γιγνόμενον ἐκ τῆς κράσεως ἀποτελεῖται. τὸ αὐτὸ δή μοι νόμιζε γίγνεσθαι ἐπὶ τῶν ἄλλων μὲν ἁπάντων φαρμάκων, καὶ ἐπὶ τῆς θηριακῆς δὲ μάλιστα αὐτῆς, μηκέτι τὴν ἑνὸς ἑκάστου τῶν μιγνυμένων δύναμίν τε καὶ ποιότητα αὐτὴν μένειν, ἀλλὰ συγκριναμένων

busque confecta ſalutiferum quoddam medicamentum potius quam hominibus exitiale redditur. Illud enim in medicamentorum mixtionibus fieri ſciendum eſt, puta ſingulorum quae miſcentur facultatem non magis conſervari, ita ut eadem maneat, nec mutetur, nec in ullam qualitatem tranſeat, ſed aliquam omnium unionem effici, tota ipſorum temperie per tota mixta et una quadam alia ex illis facultate profecta, quomodo etiam in mulſo fieri conſpicimus. Quum enim exacta utriusque temperatura facta fuerit, neque mellis guſtum, mel mixtum omnino repraeſentat; neque vinum amplius vinum eſſe in mixtura apparet; verum ſtatim duobus congreſſis diverſum quiddam, id jam ipſum mulſi naturam induens ex temperatura perficitur. Hoc utique cum in aliis omnibus medicamentis tum maxime in ipſa theriaca fieri arbitrator; non adhuc uniuscujusque mixtorum facultatem et qualitatem eandem manere, ſed univerſis omnibus confuſis

Ed. Chart. XIII. [945.] Ed. Baſ. II. (462. 463.)

πᾶσι πάντων καὶ ἕνωσίν τινα φυσικὴν λαμβανόντων μίαν μὲν καὶ λοιπὴν ἄλλην ἐξ ἁπάντων τῶν μιγνυμένων τοῦ φαρμάκου γίνεσθαι τὴν φύσιν.

πεπέρεως, καλαμίνθης ἀνὰ < β΄. πετροσελίνου < α΄. μέλιτος λίτρ. α΄.

[β΄. Πρὸς τοὺς ἤδη πνιγομένους.] Ἀνθρωπείαν κόπρον εἰς ῥάκος ἐνδήσας καὶ καύσας δίδου πιεῖν· τοῦτο τοῖς ἤδη πνιγομένοις βοηθεῖ. ἄλλο. ποιεῖ δὲ καὶ κόπρος αἰγεία σὺν μέλιτι καὶ πίσσῃ ὑγρᾷ διαχριομένη ἐπὶ τῆς συναγχικῆς ἄκρως. ἢ πηγάνου χυλῷ καὶ γάλακτι κλύζε διὰ κλυστῆρος τὸν φάρυγγα τοῦ συναγχικοῦ· κατασπᾷ γὰρ δάκρυον πολὺ καὶ κουφίζει. ἄλλο. οὖρον συνεχῶς ἀναγαργαριζόμενον ὑγιάζει· δεῖ δὲ συναναγαργαρίζεσθαι καὶ χυλὸν κράμβης.

[γ΄. Πρὸς τὰς τῶν παίδων ἐσχάρας.] Τὰς ἐν τῷ φάρυγγι γιγνομένας διάχριε· εἶτα δίδου ἀριστολοχίαν ἐν οἴνῳ ἑψήσας ἀναγαργαρίζεσθαι. τάχιστα θεραπεύει.

[δ΄. Πρὸς ὀστᾶ ἀκαφθέντα καὶ πάντα ἐκ τοῦ βρόγχου ἐκβαλεῖν.] Ὕδατος καὶ ἐλαίου τὸ ἴσον εἰς τὸ στόμα ἐγχέας κατεχέτω ἕως ἐκβάλῃ τὸ καταποθέν. ἐάν τις ἐσθίων καὶ καταπίνει καὶ πνίγεται, ἐκ τοῦ αὐτοῦ οὗ τρώγει εἰς ἑκάτερον

legii drach. iv, ſeminis lini, piperis, calaminthi ana drach. ij, petroſelini drachmam j, mellis libram j.

[2. *Ad eos qui prope ſuffocantur.*] Humanum ſtercus in panniculo deligatum et crematum potui dato; hoc his qui jam ſtrangulantur opem fert. *Aliud.* Et caprinum ſtercus cum melle et liquida pice illitum angina laborantibus ſumme prodeſt. Aut rutae ſucco et lacte per clyſterem transmiſſo laborantis fauces collue; multam enim lacrimam detrahit et malum levat. *Aliud.* Urina aſſidue gargarizata ſanitatem reſtituit; una vero et ſuccum braſſicae gargarizare oportet.

[3. *Ad puerorum cruſtas in faucibus.*] Cruſtas in faucibus factas prius inungito; deinde vinum, in quo ariſtolochia decocta fuerit, gargarizetur; citiſſime curabitur.

[4. *Ad oſſa devorata aliaque omnia ex gutture excutienda.*] Aquae et olei parem modum in os fundens contineto, quo ad rem devoratam ejiciat. Si quis comedens aliquid devoraverit et ſuffocetur, ex eadem re, quam

Ed. Chart. X. [619. 620.]
ὠτίων ἐπάνω ἐπιτιθέτω καὶ ἐπὶ τὴν κεφαλήν· ὑποβιβάζεται γὰρ τὸ καταποθὲν καὶ πνῖγον.

[ε΄. Πρὸς βδέλλας ἐκ βρόγχου ἐκβαλεῖν.] Ἀναγαργαριζέσθω θαλασσίαν ἅλμην. ἄλλο. ἐλαίου ἢ ὀποῦ Κυρηναϊκοῦ τὸ μέγεθος ὀρόβου τρίψας μετὰ ἀκράτου δίδου πιεῖν θερμόν. ἢ χυλὸν ἀναγαλλίδος πότιζε ἢ ὄξος μετὰ θύμου δριμύ· μετὰ δὲ ταῦτα ἀναγαργαριζέσθω θερμῷ ὕδατι.

Κεφ. ιγ΄. [Πρὸς τὰ τοῦ θώρακός τε καὶ πνευμόνων πάθη καὶ πρῶτον πρὸς κατάῤῥους.] Τυρὸς παλαιὸς λαμβανόμενος ὠφελεῖ, ἀναξηραίνει γὰρ αὐτούς. ἐν ἐλαίῳ παλαιῷ διάχριε τοὺς μυκτῆρας συνεχῶς, ἢ θείῳ καὶ σμύρνῃ τετριμμένῃ μετ᾽ οἴνου καὶ μέλιτος καὶ ἐλαίου.

[Πρὸς βῆχας.] Σῦκα βαπτόμενα εἰς ἄκρατον καὶ λαμβανόμενα ὠφελεῖ. ἄλλο. ῥητίνην τερεβινθίνην σὺν μέλιτι ἑψῶν δίδου ἐκλείχειν· καὶ οἶνον κεκραμένον γλυκεῖ δίδου ἐπιῤῥοφεῖν.

[620] [Ἄλλο παιδίοις μᾶλλον ἁρμόζον.] Πητυὰν καθαρὰν ἀναλάμβανε μέλιτι ἑψηθέντι καὶ δίδου. ἄλλο. λυ-

comedebat particulam utrique auri ſuperimponat ac ſuper caput; res enim devorata ſtrangulansque deſcendet.

[5. *Ad hirudines ex gutture ejiciendas.*] Marina aqua gargarizetur. *Aliud.* Oleum aut ſuccus Cyrenaïcus ad magnitudinem ervi ex vino puro calidus potui detur. Aut ſuccum anagallidis aut acetum acre cum thymo propina; poſtea calenti aqua gargarizetur.

Cap. XIII. [*Ad thoracis ac pulmonum affectus, primumque ad defluxiones.*] Caſeus antiquus in cibum ſumptus juvat; ipſas enim reſiccat. Oleo veteri nares aſſidue perunge; aut ſulſure et myrrha contrita cum vino et melle et oleo.

[*Ad tuſſes.*] Fici puro vino madefacti et in cibum ſumpti bene faciunt. *Aliud.* Reſina terebinthina in melle cocta linctui detur; poſtea vinum dilutum dulci ſorbendum exhibeatur.

[*Aliud pueris magis commodum*] Coagulum purum cocto melle comprehende et exhibe. *Aliud.* Canem licur-

Ed. Chart. X. [620.]

κοῦργον τὸν λεγόμενον κυνὰ ψιλὸν δίδου φαγεῖν. ἄλλο. σκόροδα ἑφθὰ μετὰ μέλιτος ὠφελεῖ. ἄλλο. σκίλλαν λαβὼν περιόρυξον αὐτῆς τὴν κεφαλὴν καὶ βαλὼν ἐκεῖ ὠὸν, περιπήλωσον τὸν τόπον καὶ ὀπτήσας δὸς φαγεῖν.

[Πρὸς τοὺς διηνεκῶς πυρέσσοντας.] Ὑσσώπου δεσμίδιον μετὰ ὕδατος εἰς τρίτον ἐκζέσας δὸς πιεῖν νήστει ἐπὶ ἡμέρας λ'. εἰς θερμὸν, παιδίοις δὲ καὶ μετὰ ἰσχάδων. ἄλλο. πτερίνην κόψας καὶ σήσας ἐπίπασον ὡς ἄλφιτα εἰς τὸν τόπον. ποιεῖ δὲ τοῦτο καὶ πρὸς αἱμοπτοϊκοὺς καλῶς. ἄλλο. σίνηπι κόψας καὶ λειοτριβήσας δίδου κοχλιάριον α'. μετὰ οἴνου κυάθων β'. πίνειν ἑξῆς ἐπὶ ἡμέρας γ'.

[Πρὸς τὰς νυκτερινὰς βῆχας.] Ἡδύοσμον τρίψας βάλε εἰς ὄξος καὶ δίδου ῥοφεῖν.

[Ὑποκαπνισμὸς πρὸς τὴν βῆχα.] Στύρακος, μαστίχης, πεπέρεως, πετροσελίνου ἀνὰ < α'. σανδαράχης < στ'. ἀκρόδρυον τῆς δάφνης α'. τοῖς ἄνθραξιν ἐναπτομένοις ἐπιθὲς καὶ καλάμῳ τὸν καπνὸν ἐν τῷ στόματι δέχηται ὁ πάσχων.

gum vocatum excoriatum epulandum appone. *Aliud.* Allium ex melle decoctum ſuccurrit tuſſientibus. *Aliud.* Scillam accipito et ejus ſummum exacuato; in cavo conjice ovum locumque creta obtege et toſtum edendum exhibe.

[*Ad tuſſientes aſſidue.*] Hyſſopi fasciculum in aqua ad tertias decoquens jejuno per triginta dies calidam potui dato; pueris vero etiam cum caricis. *Aliud.* Pernam contundens et inſtar farinae in potione ſpargens juvat. Hoc idem et ſanguinis ex ore ejectioni ſuccurrit egregie. *Aliud.* Sinapi tuſum tritumque cochlearii menſura cum vini cyathis duobus deinceps per dies tres bibendum dato.

[*Ad nocturnas tuſſes.*] Mentham tritam in acetum conjice et ſorbendum praebe.

[*Suffitus ad tuſſim.*] Styracis, maſtiches, piperis, petroſelini, ana drach. j, ſandarachae drach. vj, baccam lauri unam impone carbonibus accenſis et per calamum aeger fumum excipiat.

Ed. Chart. X. [620.]

[*Πρὸς ἀσθματικούς.*] *Σκίλλαν ἑψήσας ἐν οἴνῳ ἢ μελικράτῳ πίνειν δίδου. ποιεῖ καὶ πνεύμων ἀλώπεκος ξηρὸς καταξυόμενος εἰς οἶνον μέλανα καὶ πινόμενος. ἄλλο. κάρδαμον λευκὸν κόψας καὶ μίξας μέλιτι δὸς ἐκλείχειν.*

[*Πρὸς δυσπνοοῦντας.*] *Λαβὼν προβάτων τὰς κατὰ τὸν δακτύλιον τρίχας καὶ καύσας καὶ τρίψας ἐν γλυκεῖ δὸς πιεῖν. ἄλλο. θεῖον ἄπυρον δὸς πιεῖν μετὰ οἴνου κοχλιάρια δ'.*

[*Πρὸς ὀρθοπνοϊκούς.*] *Στρούθιον ἐν ὕδατι θερμῷ δὸς πιεῖν. ἄλλο. ἀείζωον μετὰ μέλιτος δίδου λεῖον ἐκλείχειν ἢ βολβὸν ἢ ἀβρότονον, ὡς χόνδρον δίδου μεθ' ὑδρομέλιτος ἢ ὑσσώπου ἑφθῶν δίδου σὺν ὑδρομέλιτι, ἢ στοιχάδα τὴν βοτάνην, ἢ καστόριον μετὰ γλυκέος πινόμενον, ἢ σκίλλης τὸ ἐντὸς μετὰ ὀξυμέλιτος.*

[*Πρὸς αἱμοπτοϊκούς.*] *Συμφύτου ῥίζαν δὸς φαγεῖν ὅσον δύναται καὶ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ὄξος μὴ ἁπτέσθω. ἄλλο. Σαμίας γῆς ἀστέρα δίδου, ὁτὲ μὲν μετὰ πολυγόνου χυλοῦ, ὁτὲ δὲ καθ' ἑαυτό. ἔλεγε δὲ Ἱππίων ὁ Κενταύριος πρὸς*

[*Ad aſthmaticos i. e. ſuſpirioſos.*] Vinum aut mulſam, ubi ſcilla decocta fuerit, propinato. Facit et pulmo vulpis ſiccatus et inciſus ex vino nigro potui datus. *Aliud.* Naſturtium album tuſum et melli mixtum lingendum exhibeto.

[*Ad ſpiritus difficultatem.*] Ovium pilos qui circum anum ſunt accipe, hosque uſtos ac tritos in paſſo propinato. *Aliud.* Sulfur ignem non expertum ex vini cyathis quatuor potui dato.

[*Ad recta cervice ſpirantes.*] Struthium ex aqua calida propinato. *Aliud.* Sedum ex melle tritum linctui dato; aut bulbum aut abrotonum aut halicam ex mulſa aut hyſſopum in mulſa coctum aut herbam ſtoechada aut caſtoreum ex dulci vino aut ſcillae intranea ex aceto mulſo.

[*Ad ſanguinem ſpuentes.*] Symphyti radici quanta poteſt veſcatur, eodemque die acetum ne guſtato. *Aliud.* Terram Samiam dato interdum cum ſucco ſanguinalis. interdum per ſe. Dicebat autem Hippio Centaurius: ad

αἱμοπτοϊκούς· καλῶς ποιεῖ κνίδης χυλὸς διδόμενος σὺν οἴνῳ κυάθων γ΄. ποιεῖ δ' ἐπὶ τούτῳ καὶ ὄξος ῥοφόμενον καὶ μάλιστα ὁ σκιλλίτης. ἔτι δὲ χυλὸς ἡδυόσμου καὶ τραγακάνθης ὑπὸ τὴν γλῶσσαν κατεχόμενος.

[*Πρὸς τοὺς ἔκ τινος βίας εἰς τὰ ἔνδον αἱμοῤῥαγοῦντας.*] *Λαβὼν* ἀμπελίνην σποδὸν ὄξει κατάσβεσον καὶ ἐπιχέας πλεῖον ὄξος δεῦσον καὶ διήθησον διὰ ῥάκους, καὶ μίξας ὕδατι ὀλίγῳ δὸς πιεῖν ὅσον κοχλιάρια στ΄. τοῦτο καὶ στύφει τὸν αἱμοῤῥαγήσαντα τόπον καὶ τὸ πηχθὲν αἷμα καὶ βρωθὲν ἐκκρίνει καὶ ἵστησι τὴν αἱμοῤῥαγίαν. ἴσχαιμον γάρ ἐστι τῶν ἐντὸς αἱμοῤῥαγιῶν.

[*Πρὸς πᾶσαν αἱμοῤῥαγίαν.*] *Συμφύτῳ* μετ' ὄξους κατάπλασσε τὸ πρόσωπον, ἐὰν μὲν ἀπὸ μυκτῆρος ᾖ· ἐὰν δὲ ἀπὸ θώρακος τὸ στέρνον· ἐὰν δὲ ἀπὸ κύστεως ἢ μήτρας ἢ νεφρῶν καὶ τὰ ἰσχία κατάπλασσε.

[621] [*Πρὸς ἀναφορικοὺς καὶ φθισικούς.*] *Κόμμεως* τὸ μέλαν καθεψήσας διὰ γλυκέος δίδου ὑπὸ γλῶσσαν

ſanguinem ſpuentes magniſice proficit urticae ſuccus ex vini cyathis tribus epotus. Juvat praeterea acetum abſorptum praecipue ſcillinum, item et menthae ſuccus et tragacanthae ſub lingua contentus.

[*Ad eos quibus ex aliqua vi interior ſanguis erupit.*] Accipe vitis cinerem aceto exſtinctum plusque aceti ſuperſundens madefacito et per panniculum excola; id modica aqua temperatum propina cochleariorum ſex menſura; hoc et locum ſanguinem fundentem aſtringit et concretum ſanguinem devoratum excernit et cruoris profluvium compescit; nam ſanguinis in interioribus locis exitum coërcet.

[*Ad omne ſanguinis profluvium.*] Symphyton ex aceto faciei ſuperdato, ſi ex naribus ſanguis decurrat; ſi ex thorace feratur, oſſi pectoris; ſi ex veſica aut utero aut renibus, coxendicibus imponito.

[*Ad ſanguineum ſputum et tabem vel phthiſim.*] Gummi partem nigram paſſo elixam exhibe ſub lingua

Ed. Chart. X. [621.]

κατέχειν καὶ καταπίνειν· ποιεῖ γὰρ πρὸς ἀναφορικοὺς κόμμεως τὸ μέλαν καὶ πρὸς βῆχα καλῶς.

[Φθίσιν μὴ τελείαν παῦσαι.] Πνεύμονα ἐλάφου καλάμῳ ἐξελὼν καὶ ξηράνας λειοτρίβησον καὶ δίδου κοχλιάρια γ'. μετὰ μέλιτος κυάθων γ'. εἶτα διασιτήσας ὀλίγας ἡμέρας δὸς πάλιν πιεῖν.

[Ἐπὶ τῶν φθισικῶν καὶ τῶν ἀγόντων αἱμόπυα.] Χρώμεθα τῷ ταρίχῳ μετ' ἄρτου διδόντες ἐσθίειν, οὕτως βρέχοντες αὐτὸ εἰς ὕδωρ τρὶς ἢ τετράκις, ἕως οὗ πλυνόμενον τὸ ὕδωρ μὴ ἐνδιδοῖ ἅλμην εἰς αὐτὸ, ἐνδεσμεύοντες αὐτὸν εἰς χάρτην ὀπτῶμεν καὶ δίδομεν χωρὶς οἰνομέλιτος ὀλίγον ἐπιχέοντες. Ἡρόφιλος δὲ ἐπ' αὐτῷ χωρὶς τινὸς δίδωσι ταρίχους σὺν ἄρτῳ καὶ ἐπιπίνειν ὕδωρ κελεύει, λέγων ὅτι ἐπείπερ ἅλες ἐπὶ ταρίχῳ συστρέφουσι τὴν κοιλίαν, οἶνος δὲ δοθεὶς λύει. χρώμεθα δὲ καὶ σκίλλῃ ὀπτῇ καὶ μετὰ ταρίχου ἐν αὐτῇ καὶ ἀνακαθαίρονται ἰσχυρῶς. καὶ πράσοις δὲ μετὰ ἄρτου. εἶτα ὅταν δόξωσιν ἀνακεκάρθαι ἐπιμελῶς καὶ εἰ ἀσθενέστεροι ὦσιν, ἀνατρέφομεν αὐτοὺς κρέασι καὶ τοῖς

continendam ac devorandam; ad ſputum enim ſanguinis et tuſſim gummi nigra pars vehementer facit.

[*Ad phthiſim non perfectam ſanandam.*] Pulmo cervi calamo extractus et areſactus conteratur; ipſius cochlearia tria ex mellis cyathis tribus exhibeantur; deinde paucis diebus interpoſitis iterum propinetur.

[*Ad phthiſicos et purulenta ſanguineaque ſputa rejicientes.*] Utimur ſalſamento cum pane eſui dantes, ipſum ita colluentes aqua ter et quater, donec aqua ſalſa non reddatur; ipſum deinde charta involventes cremamus, damusque ſine oleo exiguum mulſi infundentes. Herophilus autem ſalſamentum cum pane exhibet; poſtea vero aquam potare jubet, dicens, quum ſal in ſalſamento alvum perturbat, vinum quidem datum ſolvit. Utimur et ſcilla toſta cum ſalſamento in ipſa et vehementer purgantur; item et porro cum pane. Poſtea quum diligenter purgati eſſe videbuntur, ſi infirmiores fuerint, ipſos carnibus et aliis id genus reficimus. Eadem ratione utimur

Ed. Chart. X. [621.]
ὁμοίοις, τῇ αὐτῇ δ' ἀγωγῇ χρώμεθα καὶ ἐπὶ τῶν συῤῥαγέντων ἀποστημάτων ἐν τοῖς πρὸς κάθαρσιν. καὶ ἰχθὺς δὲ ἡ βοτάνη μετὰ ἀξουγγίου ἀνάλου διδομένη τρώγειν τοὺς ἀναφορικοὺς καὶ βήσσοντας ποιεῖ καλῶς.

[Πρὸς τὴν αἵματος πτύσιν ἢ ἀναγωγήν.] Ποιεῖ καὶ γῆ σφραγὶς καὶ οἱ τροχίσκοι ἐκ τοῦ ἠλέκτρου καὶ τροχίσκοι ἐκ κοραλλίου καὶ ἡ θηριακὴ ἐν κλίνῃ διδομένη.

Κεφ. ιδ'. [α'. Πρὸς πλευριτικούς.] Φλοιοῦ ῥίζης δίδου πίνειν. κυμίνου ἐπὶ τὰ ὄψα ἐπίπασον ὕδατι καὶ δὸς πιεῖν. ἄλλο. πηγάνου κλωνία ε'. δίδου λειάνας καθ' ἡμέραν. ἢ στοιχάδος βοτάνης τρισὶ δακτύλοις δίδου. τριφύλλου σπέρμα πότιζε. πάνακος ῥίζαν πότιζε. χαμαιπίτυν ὁμοίως.

[β'. Πρὸς πλευρίτιδα.] Εἰ μὲν οὖν ἄχρι κλειδὸς ἡ ὀδύνη διατείνῃ, φλεβοτομητέον αὐτούς. εἰ δὲ εἰς ὑποχόνδριον κάτω, καθαρτέον καὶ κλυσμοῖς δριμέσι χρηστέον. καὶ εἰ μὲν μέτριον ᾖ τὸ ἄλγημα, μετὰ τὸ κλύσμα δοτέον αὐτοῖς μελίκρατον καὶ τὸν πτισάνης ἢ τοῦ χόνδρου χυλόν· παρα-

in iis, quae ad purgationem attinent, ubi abſceſſus eruperint. Herba quoque piſcis vocata cum axungia non ſalita eſui data ſanguinem rejicientes ac tuſſientes mirifice adjuvat.

[*Ad ſputum ſanguinis.*] Juvat etiam terra ſigillata et trochiſci ex electro et trochiſci ex corallo et theriaca data in lecto.

Cap. XIV. [1. *Ad pleuriticos.*] Radicis corticem in potum exhibe. Cuminum, in obſoniis utimur, in aquam injice et bibendum praebe. *Aliud.* Rutae coliculos quinque contritos quotidie dato; aut herbae ſtoechadis quantum tribus digitis capi poteſt. Item trifolii ſemen aut panacis radicem aut ajugam ſimiliter potui dato.

[2. *Ad pleuritidem.*] Si quidem usque ad claviculam pervenerit dolor ipſis mittendus, ſanguis eſt; ſi vero ad hypochondrium deſcendat, corpus eſt purgandum et utendum clyſteribus valentibus. Si dolor fuerit moderatus, poſt clyſteres danda eſt aqua mulſa et ptiſanae cre-

Ed. Chart. X. [621. 622.]
κμάσαντος δὲ τοῦ πάθους, ἐμβλητέον τοῖς χυλοῖς καλαμίνθην ἢ πράσιον. ποιεῖ καὶ τῆς κνίδης σπέρμα σὺν μέλιτι. πρὸς τὰ δὲ σφοδρὰ τῶν ἀλγημάτων μετὰ τὴν κένωσιν παρηγορητέον, ὡς ταῖς διὰ κέγχρου καὶ πιτύρων ἐν μαρσίππῳ πυρίαις ἢ διὰ θερμοῦ ὕδατος ἢ ἐλαίου ἐν κύστῃ ἢ διὰ ἐρίου οἰσυπηροῦ σὺν ἐλαίῳ καὶ οἴνῳ τεθαλασμένῳ ἐπιτιθεμέναις. περὶ δὲ τὴν τετάρτην ἡμέραν θρέψον τοῖς ῥοφήμασι σὺν ὀλίγῳ μέλιτι. μετὰ δὲ τὴν ἑβδόμην καὶ τῇ πηγανερᾷ ἐμπλάστρῳ κατὰ τῶν ὀδυνωμένων χρησώμεθα τόπων. καὶ βολβοὶ δὲ σὺν ὀξυγγίᾳ τεθέντες πολλάκις ἤρκεσαν. δοτέον ἔκλεγμα διὰ στροβιλίων καὶ ἀμυγδάλων πικρῶν καὶ λινοσπέρμου καὶ ἀμύλου.

[γ'. Τὸ χρίσμα καλόν.] Λαβὼν βδέλλιον, κόστον, κράμβης καυλοὺς καυθέντας τῇ τέφρᾳ καὶ στέατι μιγισμένα. διαφορητικὸν καὶ ἰσχυρῶς ἐστὶ τὸ φάρμακον.

[622] Κεφ. ιε'. [Πρὸς τὰ μαστῶν πάθη.] [α'. Πρὸς τοὺς μαστοὺς κεκλιμένους ὀρθῶσαι.] Λαβὼν γῆν γραφικὴν, μετὰ μέλιτος ἑψήσας εἰς ῥάκος ἐπιτίθει ἀπὸ

mor aut chondri; in proceſſu vero morbi permiſcendum ſorbitioni calamentum, vel marrubium; confert etiam ſemen urticae cum melle. Ad fortiores autem dolores poſt vacuationem lenientibus utendum eſt, ſacculis e milio et furſure vel fomentis ex aqua calida aut oleo in veſica poſito vel lana ſuccida perfuſa oleo et vino habente ſal. Circa vero quartum diem ſorbitionibus cum pauco melle nutrito. Poſt ſeptimum vero diem et emplaſtro dicto rutaceo ad locos dolentes utemur. Multoties autem bulbi cum axungia ſuffecerunt. Dandum eſt et eclegma, quod fit ex nucleis pineis et amygdalis amaris et ſemine lini et amylo.

[3. *Unguentum bonum.*] Accipe bdellium, coſtum, cauliculos braſſicae uſtos et redactos in cinerem, permiſce cum adipe; hoc enim medicamentum praeclare diſcutit.

Cap. XV. [*Ad mammarum affectus.*] [1. *Ad extollendas diſtendendasque mammas pendulas ac flaccidas.*] Recipe terram pictorum et cum melle elixam panniculo illitam imponito a ſummo mane usque ad veſpe-

Ed. Chart. X. [622.]

ὄρθρου ἕως ἑσπέρας. εἶτα σπόγγον ἐκ χύτρας ἐπιτίθει, ἕως ἀποσπάσῃς τὸ κατάπλασμα. ποιεῖ δὲ τοῦτο καὶ ὀρθοὺς καὶ τεταμένους. κατάπλασσε δὲ ἐπὶ πάχος, ἐὰν θέλῃς ἐνεργότερον αὐτὸ ποιῆσαι κηκίδος ὀμφακίτιδος γο. ί.

[β'. Μαστοὺς μένειν ἁπαλοὺς ἐπὶ πολλὰ ἔτη.] Κωνείῳ κατάπλασσε καρυϊστίῳ.

[γ'. Μαστοὺς μείζονας μὴ γίνεσθαι.] Χοῖρον ἐκτεμὼν τῷ αἵματι κατάχριε τοὺς μαστοὺς καὶ οὐκ αὔξονται.

[δ'. Πρὸς τὸ ξηραίνειν τὸ γάλα.] Κρητάριον λειωθὲν ὄξει καὶ καταχρισθὲν καὶ ἐπιτιθέμενα τὸ γάλα ἵστησι.

[ε'. Πρὸς φλεγμονὴν ἢ ἀπόστημα τῶν μαστῶν.] Κιμωλίαν, λίβανον καὶ ἔλαιον ῥόδινον διαμίξας ἐπιτίθει. ἄλλο. κατ' ἀρχὰς μὲν σπόγγον ἁπαλὸν ὀξυκράτῳ χλιαρῷ βρέξας καὶ ἐκπιάσας ἐπιτίθει καὶ ἐπιδέσμει. ἄλλο. φοίνικας καὶ ἄρτου ψίχιον συντρίψας ὀξυκράτῳ καὶ χλιαρὸν ἐπιτίθει. ἄλλο. κορίαννον, στυπτηρίαν καὶ ψύλλιον μετὰ κηρωτῆς ἐπιτίθει. ἄλλο. ἄρτον μετὰ περδικιάδος χλωρᾶς ἅμα κηρωτῇ ἐπιτίθετι τὴν ἡμέραν. ἄλλο. ἄρτον σὺν μελικράτῳ ἢ μέλιτι ἢ οἴνῳ

ram; deinde ſpongiam ex olla ſuperpone, quoad cataplasma abduxeris; hoc autem et erectas et turgidas mammas facit; craſſius autem cataplasma imponas, ſi vis ipſum efficacius reddere, gallae acerbae uncia una misceatur.

[2. *Ut mammae plures annos molles ſint.*] Ex cicuta cariſtia cataplasma facito.

[3. *Ut mammae majores non fiant.*] Porcellum diſſecans cruore mammas obline; amplius non augeſcent.

[4. *Ad lac ſiccandum.*] Cretarium aceto maceratum, illitum et impoſitum lac arefacit.

[5. *Ad phlegmonem ſeu abſceſſum mammarum.*] Cimoliam, thus et oleum roſatum permiſce et appone. *Aliud.* Principio inſunde ſpongiam mollem in poſca tepida et exprime et appone et ſuperliga. *Aliud.* Palmulas et micam panis tere, permisce cum posca et appone tepidum. *Aliud.* Coriandrum, alumen et pſyllium cum cerato appone. *Aliud.* Panem et herbam muralem viridem cum cerato imponito per diem. *Aliud.* Panem cum aqua mulſa

Ed. Chart. X. [622.]

καταπλασσε. εἰ δὲ μὴ φέροιεν τὸ βάρος καταβροχῇ διὰ γλυκέος ἐλαίου χρηστέον θερμοῦ δι᾽ ἐρίων τρυφερῶν. πυριατέον δὲ αὐτοὺς ἀτμῷ θερμοῦ ὕδατος ἢ ἀφεψήματι τήλεως ἢ ἀλθαίας ἢ σελινοσπέρμου.

[στ΄. *Πρὸς ἐφέλκειν τὸ γάλα.*] Ῥάφανον σὺν πιτύροις ἐν οἴνῳ ἑψήσας καὶ ἠθήσας δίδου πίνειν. ἄλλο. σήσαμον σὺν οἴνῳ γλυκεῖ δίδου πίνειν. ἄλλο. ἄνητον ἢ αὐτοῦ σπέρμα ἑψήσας σὺν σαρξὶ ἢ τοῖς τὴν γάλακτος εὐπορίαν ποιοῦσιν. ἄλλο. πίτυρα σὺν ῥίζαις τοῦ μαράθρου ἑψήσας ἐν ὕδατι δίδου πίνειν. ἄλλο. μελανθίνου < α΄. τίθετι ἐν μελικράτῳ καὶ δίδου. ἄλλο. πράσον ἑψήσας ἐν ὕδατι καὶ δίδου πίνειν αὐτοῦ ἀφέψημα. ἢ πράσον τρίψας καὶ ἠθήσας δίδωτι τὸ ὕδωρ πίνειν. ἄλλο. χυλὸν μαράθρου δίδου πίνειν. ἄλλο. ῥίζαν μαράθρου καὶ ῥηθὴν κεκαυμένην ἑψήσας ἐν ὕδατι καὶ τὸ βούτυρον διαμίξας δίδου πίνειν. ἄλλο. ἀφέψημα ἱππομαράθρου δίδου πίνειν. ἢ δίδου καὶ κατεσθίειν αὐτὸν ἱππομάραθρον. ἄλλο. καρδάμωμον σὺν οἴνῳ δίδου πίνειν. ἄλλο. σπέρμα τοῦ ἄγνου δίδου σὺν οἴνῳ

vel melle et vino admoveto; ſi vero non tolerant gravitatem mammae, perfunde oleo calido et lana ſuccida molli, fovendum vero ipſas decoctione foenigraeci vel althaeae vel ſeminis lini.

[6. *Ad attrahendum lac.*] Raphanum cum furfuribus in vino coque, cola et propina. *Aliud.* Seſamum ex vino dulci da potui. *Aliud.* Anethum vel ſemen ejus coque cum carnibus vel cum facientibus lactis copiam. *Aliud.* Furfures cum radicibus foeniculi coque in aqua et da potui. *Aliud.* Nigellae drach. j, pone in mulſa et propina. *Aliud.* Porrum coque in aqua et da bibendum ejus decoctum. Vel porrum tere et cola et da aquam potui. *Aliud.* Succum foeniculi da bibendum. *Aliud.* Radicem foeniculi et hordeum aſſum coque in aqua et permiſce butyrum et da bibendum. *Aliud.* Decoctum erratici foeniculi da bibendum: da etiam eſui ipſum foeniculum. *Aliud.* Cardamomum cum vino da potui. *Aliud.* Semen viticis da cum vino bibendum. *Aliud.* Succum

Ed. Chart. X. [622. 623.]
πίνειν. ἄλλο. χυλὸν τεύτλου δίδου πινόμενον. δεῖ δὲ τοῖς δριμέσι καὶ ἁλμυροῖς καὶ ὀξέσι καὶ λαχάνοις ἀπέπτοις ἀπέχεσθαι.

[ζ'. Πρὸς κωλύειν τὸ γάλα.] Μαστοὺς τῷ ὕδατι θαλασσίῳ πυριάσας καὶ αὐτοῖς τὰ στυπτικά τε καὶ ξηραντικὰ πρόσθες.

[η'. Διαφυλακτικὰ μαστῶν, οἷς αὐταὶ διὰ πολλοῦ τεταμέναι καταμένουσι.] Κιόνιον λεάνας μαστῷ ἐπιτίθει ἐπὶ ἡμέρας θ'. καὶ τὸ σπόγγον ἔξωθεν τῷ ὀξυκράτῳ βρεχόμενον. ἄλλο. κύμινον σὺν ὕδατι τρίψας κατάπλαττε τοὺς τιτθοὺς, εἶτα ἔξωθεν ἐπιθεὶς σπόγγον ἀπὸ ὀξυκράτου σφίγγε τὸ στῆθος δεσμίδι· μετὰ δὲ τρεῖς ἡμέρας τὸ κύμινον ἄρας κατάπλαττε τοὺς τιτθοὺς κρίνου βολβῶν μετὰ μέλιτος· καὶ δήσας πάλιν ἔα τρεῖς ἡμέρας. καὶ τοῦτο ποίει τρεῖς τοῦ μηνός.

[623] Κεφ. ιστ'. [Πρὸς δυσώδεις ἱδρῶτας καὶ μασχάλας.] Ἀσάρῳ χρῖε τὰς μασχάλας ἀπὸ βαλανείου καὶ πρωῒ καθ' ἡμέραν. ἢ στυπτηρίαν ὑγρὰν κατάχριε καθ' ἡμέραν. ἢ ὠκίμου σπέρμα δι' οἴνου καὶ μέλιτος κατάχριε· τοῦτο αἴρει τὰς δυσωδίας τῶν μασχαλῶν. ἢ κονίαν πρόσπλασσε λεπτήν. ἄλλο. μολύβδαινον καύσας καὶ οἴνῳ εὐώδει κατα-

betae da bibendum. Oportet autem abſtinere ab acribus et ſalſis et acidis et oleribus crudis.

[7. *Ad prohibendum lac.*] Fove mammas ex aqua marina et eis admove aſtringentia et ſiccantia.

[8. *Mammas conſervantia, quibus hae remanent tenſae diu.*] Cicutam mammae imponito per dies novem ſpongiamque posca madentem ſuperdato. *Aliud.* Cuminum terens impone cum aqua, deinde ſpongiam perſuſam posca ſuperappone et liga; poſt tres autem dies aufer cuminum et tege mammillas cum radice lilii et melle et dimitte tribus diebus et hoc fac ter in menſe.

Cap. XVI. [*Ad foetidos ſudores et axillarum tetros odores.*] Aſaro axillas ſubline a balneo et ſummo mane quotidie. Aut alumine liquido perunge quotidie. Aut ocimi ſemine ex vino et melle illinito; hoc odores foedos axillarum discutit. Aut pulverem tenuem admove. *Aliud.* Plumbaginem uſtam et vino odoro extinctam cum

Ed. Chart. X. [623.]
σβέσας τρῖβε μετ' οἴνου ὀλίγον σμύρνης ἐπιβάλλων ἄχρι γλοιοῦ πάχους καὶ χρῶ.

Κεφ. ιζ'. [α'. Πρὸς στομαχικούς.] Κεδρίας κοχλιάρια δύο, ἐλαίου ὠμοτριβοῦς κύαθον ἴσα μίξας δὸς ῥοφῆσαι. τοῦτο πάντα πόνον παντελῶς ἀποθεραπεύει. ἔστι δὲ τοῦ Σεραπίωνος ἀπαράβατον. ἄλλο. ἄνισον εἰς ὀθόνιον ἐνδήσας κάθυγρον καὶ ἀποβρέξας εἰς ὕδωρ θερμὸν δίδου καταῤῥοφεῖν.

[β'. Πρὸς ἀτόνους καὶ ναυτιῶντας.] Ἡδυόσμου κλῶνας β'. ἢ γ'. ῥοᾶς γλυκείας χυλῷ καὶ ὄξει ἀναζέσας δὸς καταῤῥοφεῖν. ἄλλο. ἀκτέος τὰ ἁπαλὰ φύλλα καθαρίως διὰ ὕδατος δίδου πιεῖν, ἀπαράβατόν ἐστι.

[γ'. Πρὸς δηγμοὺς ἄνευ τοῦ ἀναχεῖσθαί τι χολῶδες.] Τραγορίγανον λεάνας ἐν ὕδατι ἴσα δίδου καταῤῥοφεῖν γαλακτῶδες ποιῶν τὸ κρᾶμα.

[δ'. Πρὸς τὰς τοῦ στομάχου ἀτονίας.] Σίνηπι πεφρυγμένον λεῖον μετὰ ὕδατος δίδου πίνειν.

[ε'. Ἐπίθεμα πρὸς στομαχικοὺς καὶ ὑποχονδριακούς.]

extinctam cum vino terito, modica myrrha adjecta, donec ſtrigmentitia fiat craſſitudo, et utitor.

Cap. XVII. [1. *Ad vitio ſtomachi laborantes.*] Cedri liquoris cochlearia duo, olei immaturi cyathum in unum miſcens ſorbendum dato; id omnem dolorem funditus tollit: eſt autem id Serapionis exploratiſſimum. *Aliud.* Aniſum in panniculo ſucci plenum deligato et in aquam calidam conjicito et ſorbere jubeto.

[2. *Ad imbecillos et nauſeantes.*] Menthae coliculos duos aut tres mali punici dulcis ſucco, atque aceto infervefaciens ſorptui dato. *Aliud.* Sambuci tenera folia ex munda aqua bibantur, probatiſſimum eſt.

[3. *Ad morſus ventriculi ſine bilis vomitu.*] Tragoriganum in aqua pari pondere macerans ſorbendum exhibeto, lactis faciens temperaturam.

[4. *Ad ſtomachi imbecillitates.*] Sinapi frictum ex aqua tritum potui dato.

[5. *Epithema ad ſtomachi hypochondriorumque vitio*

Ed. Chart. X. [623.]
Τρύγα ξηρὰν ἀναλάμβανε κηρωτῇ ἢ μυρσίνῃ ἢ ῥοδίνῃ, καὶ χρῶ.

[στ΄. Πρὸς λυγμόν.] Ἐὰν ἅπαξ ἐπαίσθῃ τοῦ λυγμοῦ, τὸν δάκτυλόν σου τῆς ἀριστερᾶς χειρὸς τὸν ἀσπαστικὸν τρὶς κράτησον, ἢ ὄξος ἐπιῤῥοφησάτω, ὥστε καὶ κύμινον καὶ χόνδρον· ἢ ἐμεσάτω καὶ παύσεται· ἢ πνεύματος κατοχὴν ποιείτω· ἢ πταρμοῖς χρήσθω· ἢ πήγανον μετὰ οἴνου πινέτω· ψωμὸν ἐν ὄξει δεύσας καταπινέτω· ἢ ὀστάριον χοίρειον τῇ χειρὶ ἀνατριβέτω. παύει δὲ τοὺς λυγμοὺς καὶ ἔκπληξις.

[ζ΄. Πρὸς τὴν τοῦ στομάχου ὀδύνην.] Καστόριον δίδου πίνειν δι᾽ ὀξυκράτου· καὶ εἰ μὲν φύσημα τὸ αἴτιον ᾖ, ἑψήσας ἐν ἐλαίῳ κύμινον, δαύκου σπέρμα καὶ πετροσέλινον κατάχριε· εἰ δὲ τὸ ψῦχος, ἕψε τὰς ἐν ἐλαίῳ δαφνίδας καὶ πήγανον καὶ μελάνθιον καὶ μαράθρου σπέρμα. ἐπὶ δὲ τῆς μέσης ὀδύνης ποίει τὰ πυρία διὰ κέγχρων. ὠφελεῖ σικύα εὐμεγέθης περιλαμβάνουσα τὸν ὀμφαλόν.

[η΄. Πρὸς ἀτονίαν στομάχου.] Ὠφελεῖ ἔλαιον μήλινον ἢ διὰ χυλοῦ τῶν ῥόδων. ἄλλο. τὸ σινήπεως σπέρμα κεκαυ-

*laborantes.*] Faecem aridam cerato myrteo aut roſaceo excipe et utere.

[6. *Ad ſingultum.*] Quum ſemel ſingultum ſenſit, digitum tuum ſiniſtrae manus ſalutatorium ter ore contineto; aut acetum ei ſorbendum dato aut cuminum et alicam; aut vomat; et ſingultus ſedabitur; aut ſpiritum contineat; aut ſternutatione utatur, aut rutam ex vino bibat; aut micam panis aceto madentem bibito; aut porcelli oſſiculum manu atterito. Singultus quoque terror incuſſus finit.

[7. *Ad dolorem ſtomachi.*] Caſtoreum da bibendum cum posca et ſi eſt ſtatus cauſa, coque in oleo cuminum et ſemen dauci et petroſelinum et unge, et ſi eſt frigus, coque in oleo baccas lauri et rutam et nigellam et ſemen foeniculi. In moderatis autem doloribus fac fomentum cum milio. Confert etiam cucurbitula magna umbilico impoſita.

[8. *Ad debilitatem ſtomachi.*] Confert oleum de ſucco cotoneorum. *Aliud.* Semen ſinapis uſtulatum tere

μένον τρίψας καὶ σὺν ὕδατι δίδου πίνειν. ἄλλο. λαβὼν μαστίχης, ἀλόης, στύρακος ἀνὰ μέρη β'. ἀψινθίου, οἰνάνθης ἀνὰ μέρη γ'. μηλίνου μέρη δ'. οἴνου τὸ ἀρκοῦν, ῥόδων μέρη β'. ταῦτα λειούμενα ἀναλαμβάνεται πορφύρᾳ ἢ ἐρίῳ καὶ ἐπιτίθεται τῷ στομάχῳ. τινὲς καὶ κῦφι καλούμενον, τινὲς δὲ καὶ κηρὸν προσπλέξαντες κηρωτὴν ποιοῦσιν. ἄλλο. ἡδυόσμου κλῶνας β'. ἢ γ'. ἐν τῷ ῥοιᾶς γλυκείας χυλῷ καὶ τῷ ὄξει δίδου πίνειν.

[624] Κεφ. ιη'. [α'. Πρὸς χολέραν καὶ ἔμετον καὶ εἰλεὸν καὶ κόπρον ἐμοῦντας.] Ὀλβῖνος οἶνος ἐπὶ τῶν χολερικῶν εὔθετός ἐστι· καὶ γὰρ εὐστόμαχος καὶ πρὸς κοιλίαν ποιῶν.

[β'. Ἔμετον παῦσαι.] Πολυγόνου χυλῷ χρῖε τὰ ἐσθιόμενα. ἄλλο. ἀψίνθιον ἑψήσας ἐν ὕδατι, εἰς τρίτον μέρος καθεψηθέντος πιεῖν, πρὸς τὴν ἕξιν ἀποβλέπων. ἢ κενταυρίου ἢ θύμου ἢ μυρτίδας μελαίνας.

[γ'. Ὥστε ἐμέσαι ἀλύπως.] Σαμψύχου φύλλα δὸς φαγεῖν. ἄλλο. στακτῇ κονίᾳ χρῖε τὸ ἔσχατον ποτήριον.

et ex aqua propina. *Aliud.* Recipe maſtiches, aloes, ſtyracis ana partes ij, abſinthii, oenanthes ana partes tres, olei melini partes quatuor, vini quod ſufficit, roſarum partes duas; haec trita et mixta aſſume ex purpura aut lana et appone ſtomacho. Quidam addunt cyphi vocatum; quidam apponunt ceram et ceratum faciunt. *Aliud.* Menthae ramos duos vel tres coque in ſucco punici dulcis et aceto ac potui dato.

Cap. XVIII. [*Ad choleram et vomitum et volvulum et vomitum ſtercoris.*] Vinum olbinum in cholera ex uſu eſt; ſtomacho enim commodat et ad ventrem bene facit.

[2. *Ad vomitum ſedandum.*] Sanguinalis ſucco cibos inficito. *Aliud.* Abſinthium in aqua ad tertias decoctum potui dato, habitum aegroti conſiderans. Centaurium praeterea aut thymum aut nigras myrti baccas ſimiliter exhibeto.

[3. *Ut facilis ſit vomitus.*] Sampſuci folia eſui dato. *Aliud.* Lixivio percolato oras poculi oblinito.

Ed. Chart. X. [624.]

[δ'. *Πρὸς εἰλεὸν θαυμαστὸν καὶ κόπρον ἐμοῦσι.*] Ποίησον οὕτω. ἑψήσας ἔλαιον ἐξ ἀνήθου δὸς πιεῖν· ἕως δὲ τοῦτο ἑψηθῇ, αὐτὸν εἰς θερμὸν καχλάζον ἔμβαλε καὶ μετὰ τὸ πιεῖν τὸ ἔλαιον θερμοὺς τοὺς ψωμοὺς δὸς φαγεῖν. σωθήσεται καὶ ἐὰν ἤδη πνίγεται. τούτῳ ἔσωσα ἡγεμόνα κατὰ τὴν ἡμετέραν Ἀσίαν.

[ε'. *Πρὸς τοὺς πυκνὰ ἐμοῦντας.*] Ῥοῦν καὶ κύμινον τρίψας ἐν τῷ αὐτῷ δὸς πίνειν ὀξυμέλιτι κυάθων στ'. οὐγγίαν α'.

[στ'. *Πρὸς χολερικοὺς λίαν καλόν.*] Ἡδύοσμον ἐν οἴνῳ δὸς πιεῖν, ἐὰν ἀπύρετος ᾖ. καὶ βοτάνην πενταδάκτυλον ξηράνας δὸς πιεῖν. λειάνας ἐν οἴνῳ διὰ κυάθων ζ'. ἢ διὰ ὕδατος θερμοῦ κυάθων β'. εὐθέως ἄπονος ἔσται. ἄλλο. κοχλίαν τρίψας σὺν τῷ κελύφει δίδου πιεῖν.

[ζ'. *Πρὸς τὴν τῶν ἐμέτων ἐποχήν.*] Ἀμπέλων φύλλα καὶ ἕλικας χυλίσας μετὰ ἀλφίτων δίδου πιεῖν νήστει ἐν ὕδατι κοχλιάριον ἕν. ἄλλο. πάνακος ὀβολὸν ἐν οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ θερμῷ πότιζε.

[4. *Ad volvulum mirum auxilium et ad ſtercus vomentes.*] Ita facito. Oleum, in quo anethum decoctum ſit, propinato; quoad autem elixetur, aegrotum in calidam aquam demitte et ab olei potu calidas micas eſui concedito; ſervabitur enim etiamſi jam ſtranguletur. Hoc ego principem in noſtra Aſia ſervavi.

[5. *Ad eos qui crebro vomunt.*] Rhun et cuminum in unum contundens da ex aceti mulſi cyathis ſex unciam j, in potum.

[6. *Ad cholera vexatos valde efficax.*] Mentha ex vino ſumpta, ſi febris abſit, herba quinquefolia arida trita ex vini cyathis ſeptem aut ex aquae calentis cyathis duobus pota ſtatim dolorem levat. *Aliud.* Cochlea cum teſta contuſa potui danda eſt.

[7. *Ad ſupprimendum vomitum.*] Foliorum et capreolorum vitis ſuccus cum polenta jejuno in potum detur ex aqua cochlearii menſura. *Aliud.* Panacis obolum ex vino et oleo calido propinato.

Ed. Chart. X. [624.]

Κεφ. ιθʹ. [Πρὸς ἡπατικούς.] Πετροσελίνου σπέρματος κοχλιάριον αʹ. ἡδύοσμον πασσόμενον καὶ πινόμενον ὠφελεῖ. ἄλλο. ἡ καλουμένη ἄκαπνος βοτάνη κλυσθεῖσα καὶ εἰς τροχίσκους ἀναπλασθεῖσα καὶ ξηρανθεῖσα ἀπονίαν παρέχει· τρίτον δὲ ποθεῖσα μεθ' ὕδατος ἀπαλλάσσει. ἄλλο. λύκου ἧπαρ διδόμενον ὠφελεῖ ὁλκῇ δηναρίου διὰ γλυκέος ξέστου. ἄλλο. πεπέρεως λευκοῦ κόκκους θʹ. καὶ σμύρνης μέγεθος καρύου Ποντικοῦ, τρίψας πάντα ὁμοῦ, αἰθρίου ὄντος παρὰ μίαν ποιήσεις ἡμέραν ἢ τρεῖς. ἄλλο. ἧπαρ ἵππου ἀπόθου ἐν κεδρίνῳ γλωσσοκόμῳ. καὶ ἀπὸ τούτου δίδου μετὰ οἴνου Χίου καὶ ὕδατος. οἷς τὸ ἧπαρ ἥλκωται καὶ νομὴν ἴσχει. ἄλλο. μαλάχης χύλισμα πινόμενον μετὰ μέλιτος ἡπατικοὺς ἰᾶται. ἄλλο. ἀσφοδέλου ῥίζα πινομένη ἰᾶται πόνους ἥπατος. ἄλλο. λευκόϊον πινόμενον ἐπὶ ἡπατικῶν ἔξεστιν εὐθὺς ἀπόνους ποιεῖν.

[Ἐπίθεμα πρὸς ἡπατικούς.] Σίλφιον κόψας ἀνολάμβανε ἀξουγγίῳ παλαιῷ καὶ ἐμπλάσας εἰς ὀθόνην ἐπιτίθει. ἄλλο. σῦκον ἐν μελικράτῳ ἑψήσας καὶ λειάνας μίσγε. ἀψίν-

Cap. XIX. [*Ad hepaticos.*] Petroſelini ſeminis cochleario mentha inſperſa et epota proficit. *Aliud.* Herba fumaria vocata in ſuccum ſoluta et in paſtillos redacta aridaque indolentiam praebet; ter autem ex aqua pota liberat. *Aliud.* Lupi jecur denarii pondere ex paſſi ſextario exhibitum bene facit. *Aliud.* Piperis albi grana novem et myrrhae quod avellanae magnitudinem aequat, omnia una contuſa ſereno caelo alternis exhibeto ter aut quater. *Aliud.* Equi jecur penu cedrino reponito; deinde Chio vino et aqua dilutum exhibeto; quibus enim jecur ulceratum eſt, ne amplius exedatur, efficitur. *Aliud.* Malvae ſuccus ex melle potus hepaticis medetur. *Aliud.* Haſtulae regiae radix pota jecinoris dolores levat. *Aliud.* Alba viola pota conſeſtim hepaticos dolore liberat.

[*Epithema hepaticis commodum.*] Laſerpitium contuſum veteri axungia comprehende et linteolo illitum ſuperimpone. *Aliud.* Fico in mulſa decocto et trito abſin-

θιον λεῖον εἰς πλεῖστον καὶ χρῶ. [625] ἄλλο. κράμβη ὠμὴ καταπλασσομένη ὠφελεῖ ἡπατικοὺς ἐν τάχει.

Κεφ. κ'. [Πρὸς ἰκτερικοὺς καὶ νεφριτικοὺς καὶ λιθάρια μικρὰ ἐξουροῦντας.] Ἀκάνθου ῥίζας ὃ καλεῖται Ῥωμαϊστὶ τρικαρδουμαίας χλωρὰς γ'. ἐὰν δὲ μὴ, ξηρὰς δ'. μεθ' ὕδατος ἕψει ἕως ἥμισυ λειφθῇ καὶ τὴν ῥίζαν ἐκθλίψας δίδου τὸ ὕδωρ πιεῖν.

[Πρὸς ἴκτερον καλὸν λίαν καὶ ἐπὶ πολλῶν πεπειραμένον.] Ῥαφάνους χλωροὺς σὺν τοῖς φύλλοις λειώσας, τοῦ χυλοῦ μετὰ οἴνου κυάθου α'. ἢ δύο, πότιζε δὲ πρὸ τοῦ βαλανείου, ἐὰν νῆστις ᾖ. καὶ εἰς τὸ θερμὸν ἐμβαίνειν ποίει. ὄψει γὰρ τὸν ἴκτερον εἰς τὸ ὕδωρ ἐπιπλέοντα. ἐὰν δὲ πλείονα νόσον ἔχῃ, τοῦ χυλοῦ δίδου πιεῖν ἢ ἀγχούσης τῆς ῥίζης ξηρᾶς κοχλιάρια β'. λαβὼν μεθ' ὕδατος κυάθων γ'. δίδου πίνειν· ἢ θείου ἀπύρου κοχλιάρια δ'. δίδου ἐν οἴνῳ ἢ βράθυος γο. α'. μετὰ οἰνομέλιτος δίδου πίνειν. ἐγὼ μέντοι καὶ τοιούτῳ χρῶμαι ἐναργῶς ποιοῦντι. ἀφρονί-

thium contuſum quamplurimum admiſceto et utitor. *Aliud.* Braſſica cruda ſuperdata hepaticis celeriter opitulatur.

Cap. XX. [*Ad arquatos.*] Radices acanthi, quod Romani tricardumaeam vocant, virides tres aut aridas quatuor in aqua decoquito, donec dimidium relictum ſit et expreſſis radicibus aquam potui dato.

[*Ad auriginem valde efficax medicamentum et longa experientia comprobatum.*] Raphanos virides cum foliis contunde et unius duorumve ſuccum ex vini cyatho uno exhibeto, ante balneum vero, ſi jejunus fuerit, propinato et in calidum ſolium deſcendere jubeto, videbis enim auriginem aquae ſupernatantem. Quod ſi contumacior morbus fuerit, ſuccum propina. Aut anchuſae radicis aridae cochlearia duo accipiens ex aquae cyathis tribus potandam dato. Aut ſulfuris ignem non experti cochlearia quatuor ex vino. Aut herbae ſabinae unciam ex mulſo. Ego ſane et hoc utor vehementer faciente. Recipe aphronitri uncias ij, in vini Aminaei cyathis duo-

Ed. Chart. X. [625.]

τρου γο. β'. βρέχων ἐν οἴνῳ Ἀμιναίῳ κυάθων β'. καὶ ἐξαιθριάσας τὴν νύκτα ὅλην δίδωμι νήστει πιεῖν· ποιῶ δὲ τοῦτο τριῶν ἡμερῶν ἢ δ'. ἐφεξῆς καὶ ἰῶμαι. ἄλλο. βοτάνην ὑπερικὸν καὶ ἀδίαντον ἐν ὕδατι ἑψήσας δὸς πιεῖν. ἄλλο. μυρίκην μετ' ὄξους τρίψας δὸς πιεῖν, ἴαται ἰκτερικούς. ἀπάγων εἰς βαλανεῖον τὸν ἰκτερικὸν καὶ ἐμβιβάσας εἰς τὴν ἐμβατὴν δίδου σχοίνου ἄνθος γο. ιβ'. μετ' οἰνομέλιτος κυάθων γ'. πιεῖν, βάψει τὴν μακρὰν καὶ ἀπαλλαγήσεται. ἄλλο. βοτάνῃ ῥυβίᾳ χρώμενος τῇ καθημερινῇ διαίτῃ χωρὶς χοιρείου κρέως, κόψας ταύτην καὶ σήσας, δίδου ἐπὶ ἡμέρας στ'. τῇ α'. κοχλιάριον μετὰ κοχλιαρίων δ'. οἴνου. εἶτα προσαφαιρῶν τοῦ οἴνου δὸς κοχλιάρια θ'. εἶτα η'. εἶτα ζ'. εἶτα στ'. εἶτα ε'. εἶτα δ'. εἶτα γ'. ἐὰν δὲ τῇ λ'. εἴη κατάλειμμα, δίδου τὰ αὐτὰ ὁμοίως ποιῶν. ἄλλο. ἀνθεμὶς σὺν ὕδατι πινομένη ἴκτερον ἀποκαταστήσει καὶ ἡπατικοῖς ἄκρως ποιεῖ. ἄλλο. στρούθιον μετὰ μέλιτος καὶ γάλακτος ἴαται πινόμενον. ἄλλο. ὀνίσκοι οἱ ὑπὸ τῆς ὑδρίας γεννώμενοι, λεῖοι δι' οἰνομέλιτος πινόμενοι ἰῶνται ἴκτερον. ἄλλο. ἕρπυλλον ἑφθὸν σὺν ὕδατι

bus macerans ſub dioque noctem integram exponens do jejuno potandum; idque facio per tres aut quatuor continuos dies et ſanitatem reſtituo. *Aliud.* Herbam hypericon et adianton aquae incoctam potandam offeras. *Aliud.* Myricam ex aceto tritam potui da, arquatos curat. Icterum in balneum abducens et in folium deſcendere jubens junci odorati uncias duas ex vini mulſi cyathis tribus potui exhibe; diſcutiet longam auriginem et liberabit. *Aliud.* Herba rubia utere in quotidiano victu absque carne ſuilla; ipſam contundens et cribrans da usque in ſextum diem cochlearium unum ex vini iv, cochleariis; deinde ſemper ſubtrahens dato vini cochlearia novem, deinde octo, deinde ſeptem, poſtea ſex, poſtea quinque, deinde quatuor, deinde tria: quod ſi trigeſimo die fuerint aliquae morbi reliquiae, eandem exhibeto ſimilem ordinem ſervans. *Aliud.* Chamaemelum ex aqua potum icterum pellit et jecinoroſis vehementer auxiliatur. *Aliud.* Radicula ex melle et lacte pota medetur. *Aliud.* Aſelli ſub

πινόμενον ἀποκαταστήσει ἰκτερικούς. ἄλλο. θεῖον ἄπυρον δι᾽ οἴνου πινόμενον θεραπεύει ἴκτερον, ὅσον κοχλιάριον α′. καὶ β′. λαμβανόμενον τοῦ σιδήρου ἰὸς καταστήσει ἐν τάχει. ἄλλο. αἰγὸς βοσκάδος ἄφοδον ξηράνας, κόψας σῆσον, δὸς νήστει λουσαμένῳ, οἴνῳ εὐώδει κυάθους δ′. κοχλιάριον μὴ δειπνήσαντος· πυρέσσουσι δὲ δι᾽ ὕδατος τὸ αὐτὸ πλῆθος. ἄλλο. χολῆς ἀρκείας ὅσον κύαμον Ἑλληνικὸν δίδου, εἶτα ὕδωρ ἐπιπινέτω. ἄλλο. βράθυος κύαθον α′. μετ᾽ οἰνομέλιτος πινόμενον ἶαται ἴκτερον. ἄλλο. λίβανον ἀφέψων τῷ ὕδατι πότιζε. ἄλλο. γῆς ἔντερον λειοτριβήσας δίδου πιεῖν. ἄλλο. ἀριστολοχίας δι᾽ ὑδρομέλιτος πότιζε. ἄλλο. κιχωρίου χυλοῦ κυάθους δ′. δὸς πιεῖν καὶ ἰαθήσεται. ἄλλο. εἰς τὸν μέσον οἶκον τοι βαλανείου ἱδρώσειν ἐμβίβασον καὶ ἐξελθὼν ἀπο- [626] θήσει. ἄλλο. κυνείας λευκῆς τῆς καλουμένης γενούβεως κοχλιάριον α′. μετ᾽ οἴνου καλοῦ κυάθων γ′. δίδου πιεῖν ἐπὶ ἡμέρας ι′. ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς κωλικοὺς καὶ πνευματώσεις ὁμοίως.

aquariis vaſis reperti, triti, ex mulſo poti regio morbo liberant. *Aliud.* Serpillum aquae incoctum et potui datum auriginem ſubmovet. *Aliud.* Sulfur ignem non expertum menſura unius cochlearii aut duorum ex vino potum arquatum curat. *Aliud.* Ferri aerugo cito liberat. *Aliud.* Capreae ſtercus aridum tritum cribratum cochlearii menſura ex vini odorati cyathis quatuor jejuno et loto exhibe; febricitantibus autem ex aqua eandem portionem. *Aliud.* Urſini fellis quantum Graecam fabam aequat, exhibeto, deinde aquam ſuperbibito. *Aliud.* Sabinae cyathus ex mulſo potus hoc morbo liberat. *Aliud.* Thus aquae incoctum propinato. *Aliud.* Terreſtrem lumbricum tritum potui dato. *Aliud.* Ariſtolochiam ea aqua mulſa exhibeto. *Aliud.* Cichorii ſucci cyathos quatuor ſi biberit, ſanabitur. *Aliud.* In medium balnei conclave deſcendere jubeto, ut ſudet, et egreſſus ſanus erit. *Aliud.* Stercoris canini albi, quod genubeos vocant, cochlearium ex vini optimi cyathis tribus per dies decem propinato. Hoc idem ad colicos dolores et inflationes pariter proficit.

Ed. Chart. X. [626.]

[*Ἔῤῥινον πρὸς ἰκτερικούς.*] *Ἐλατήριον ὅσον κύαμον Ἑλληνικὸν διεὶς γάλακτι γυναικείῳ εἰς τοὺς μυκτῆρας ἔγχει. ἄλλο. μελάνθιον ἑψήσας ἐγχυμάτιζε τοὺς μυκτῆρας ἐν βαλανείῳ, ἐκχεῖ τὸν ἴκτερον.*

*Κεφ. κα'.* [*Πρὸς σπληνικούς.*] *Λαπάθου ἀγρίου ῥίζαν κόψας ἐν ὅλμῳ καὶ τρίψας τὸν χυλὸν δίδου πιεῖν ἐπὶ ἡμέρας γ'. ἀνὰ κύαθον α'. ἄλλο. πάνακος ῥίζαν κόψας δὸς νήστει ἐν ὕδατι θερμῷ κυάθων γ'. κοχλιάριον α'.*

[*Πρὸς σπληνικοὺς, κᾂν ὦσιν ἐσκιῤῥωμένοι.*] *Λαβὼν καππάρεως ῥίζης τοῦ φλοιοῦ γο. β'. ὄξους κοτύλης τὸ ἥμισυ, ὕδατος κοτύλην α'. ἕψει ἕως εἰς τρίτον κατέλθῃ μέρος καὶ δίδου εὐπέπτῳ ὄντι κύαθον α'. ἢ β'. καὶ τοῦτο ποίει ἐκ διαστημάτων. ἄλλο. κισσοῦ φύλλα ἑψήσας ἐν ὄξει καὶ κόψας, ἔκθλιψον τὸ ὑγρὸν, κᾂν ἰσχυρὸς ᾖ, ἄκρατον αὐτῷ δίδου πιεῖν. τοῖς δὲ τῶν τρυφερωτέρων ὕδωρ ἐπιμίσγων τῷ χυλῷ. δεῖ μὲν πρὸ τοῦ πίνειν αὐτοὺς ἀναγκάζειν συχνῶς περιπατεῖν. ἄλλο. κενταυρίου λεπτοῦ γεγηρακότος, κοπτο-*

[*Medicamentum ad morbum regium, quod in nares fundi debet.*] Elaterii quantum fabae Graecae amplitudinem aequat muliebri lacte liquatum in nares fundatur. *Aliud.* Nigella aquae incocta in nares conjecta in balneo auriginem detrahit.

Cap. XXI. [*Ad lienoſos.*] Rumicis agreſtis radix tundatur in pila et tritae ſuccus exprimatur et per tres dies ſinguli cyathi bibantur. *Aliud.* Panacis radix contuſa cochlearii menſura jejuno ex aqua calidae cyathis tribus exhibeatur.

[*Ad lienoſos cum praeduro tumore.*] Capparis radicis corticis unc. ij, accipe, aceti ſextarium ſemis, aquae ſextarium j, decoque ad tertias; propina a cibi perfecta concoctione cyathum unum duosve et hoc per intervalla facito. *Aliud.* Hederae foliorum aceto incoctorum et contuſorum ſuccus expreſſus robuſtis purus potui detur; ſed delicatioribus aqua dilutus; antequam bibant autem, ipſos concitatius ambulare cogito. *Aliud.* Centauri tenuioris, quod jam conſenuerit, in pila contuſi cochlearium ſebre

Ed. Chart. X. [626.]

μένου ἐν ὅλμῳ δίδου κοχλιαρίου τὸ πλῆθος ἀπυρέτοις. ἄλλο. λαγωοῦ σπλὴν πρόσφατος καταπινόμενος, ὥστε τοῖς ὀδοῦσι μὴ ἅπτεσθαι, ὑγιάζει τοὺς σπληνικούς. ἀγνοείτω δὲ ὁ πάσχων ὅ τι κατέπιεν ἐνδεδεμένος τοὺς ὀφθαλμοὺς, ποιεῖ δὲ καὶ ὁ τῶν μήπω βλεπόντων κυνιδίων σπλὴν ὡσαύτως καταπινόμενος. ἄλλο. κυνηγετικοῦ κυνὸς σκυλάκιον λεῖον ξηρὸν δίδου νήστει προσβαλὼν νάρδου ὀλίγης. ἔλεγε δὲ Μάρκελλος ποιεῖν καλῶς πρὸς σπληνικοὺς καρδαμώμου κοχλιάριον α'. ἢ β'. μετὰ ὄξους σκιλλητικοῦ κυάθου α'. ἢ β'. διδόμενον πιεῖν ἐπὶ ἡμέρας β'. νήστει δίδου. ἄλλο. κισσοῦ ῥίζας ἁπαλὰς ἑψήσας δι' οἴνου πότιζε. ἢ ὠμὰς κόψας πότιζε δι' οἴνου. ἄλλο. ὀνίδας ξηρὰς διάλυσον ὄξει καὶ διηθήσας δι' ὀθόνης δίδου πιεῖν. ἄλλο. ῥαφάνου χυλὸν λειοτριβήσας δι' ὀξυμέλιτος δὸς ἐπὶ ἡμέρας γ'. τῆς ἡμέρας ἀνὰ κυάθους β'. πιεῖν. τήκει τὸν σπλῆνα. ἄλλο. σκωρίαν σιδήρου δίδου πιεῖν, ὅσον κοχλιάριον μετὰ ὀξυκράτου. ἄλλο. ἶριν μακρὰν ἑψήσας διὰ ὄξους δίδου πιεῖν τὸ ὄξους ἀπόζεμα. ἄλλο. ἑλκοροδάνου καρδίαν δίδου πιεῖν καὶ ἐσθίειν.

carentibus dato. *Aliud.* Leporinus lien recens ita devoratus, ut ne dentibus attingatur, lienoſos ſanat; ignoret autem laborans quid devoraverit, oculis faſcia velatis. Idem facit et catellorum nondum viſum adeptorum lien ſimiliter in ventriculum transmiſſus. *Aliud.* Venatorii canis catulum aridum tritum modico nardo adjecto, jejuno exhibe. Dicebat autem Marcellus id quoque ad lienoſos vehementer facere, ſi cardamomi cochlearium unum aut duo ex aceti ſcillini cyatho uno duobusve jejuno dentur; idque per ij, dies continuos facito. *Aliud.* Radices hederae molles elixae ex vino bibantur: aut crudae contuſae ex vino itidem. *Aliud.* Aſini ſtercus aridum aceto diſſolve et per linteolum excolatum potui dato. *Aliud.* Raphani ſuccus ex oxymelite maceratus per tres dies accipiatur, ſingulis diebus cyathi bini; lienem attenuat. *Aliud.* Ferri recrementi cochlearium ex posca potui dato. *Aliud.* Irin longam aceto incoque et acetum propinato. *Aliud.* Elcorodani cor potui eſuique exhibeto. *Aliud.* Muxin ex aqua

ἄλλο. μοῦξιν καθεψήσας δι' ὕδατος, ἐὰν ᾖ ξηρὸς, δὸς πιεῖν τὸν χυλόν· μοῦξιν δὲ λέγεται Καππαδοκιστί. ἄλλο. στοιχάδος κοχλιάριον μετὰ οἴνου σχοινίνου κύαθον α'. λειοτριβήσας δὸς πιεῖν. ἄλλο. ἀμμωνιακοῦ θυμιάματος λειοτριβήσας μετ' ὄξους δίδου πιεῖν κύαθον νήστει. ἄλλο. μυὸς σπλῆνα καὶ πεπέρεως κόκκους ζ'. εἰς σῦκον ὀπτήσας δὸς λεληθότως φαγεῖν.

[Ἐπίθεμα πρὸς σπληνικούς.] Λίθον ἄσιον ἐμβαλὼν εἰς κύστιν βοείαν καὶ ὄξος δριμὺ ἀποδήσας ἐπιτίθει κατὰ τοῦ σπληνὸς καὶ καταδιέλης. ἄλλο. μυροβάλανον μετ' ὄξους λειοτριβήσας καὶ ποιήσας κηρωτῆς πάχος ἐπιτίθει. ἄλλο. ἀλώπεκος σπλὴν ἐπι- [627] δεσμούμενος ἰᾶται σπληνικούς. ἄλλο. ἐρίφου σπλὴν ἐπιτιθέμενος τήκει σπλῆνα. ἄλλο. ἀγρία κράμβη καταπλασσομένη ἰᾶται σπληνικούς. ἄλλο. Περσικῆς φύλλα καταπλασσόμενα ποιεῖ καλῶς. ἄλλο. μυρίκης καρπὸν ἐν ὄξει καθεψήσας, λεῖον ἑλκύσας ἐπιτίθει. ἄλλο. ἀμμωνιακὸν θυμίασμα λειοτριβήσας μετ' ὄξους ἔνελκε καὶ ἐπιτίθει. ἄλλο. κροκόμαγμα ἐν ὄξει λειοτριβήσας καὶ ποιήσας κηρω-

elixum ſi aridum ſit, ſuccum propinato; muxin vero dicitur lingua Cappadocica. *Aliud.* Stoechadis triti cochlearium ex vini lentiſcini cyatho bibatur. *Aliud.* Ammoniacam guttam ex aceto tritam jejuno exhibe cyathi menſura. *Aliud.* Muris lienem et piperis grana ſeptem in ſico torreas et clam epulanda exhibe.

[*Epithema ad lienoſos.*] Lapidem aſium in veſicam bubulam conjicito et aceto acri madefactam lieni ſuperimponito; ipſum comminues. *Aliud.* Myrobalanum ex aceto maceratum et ad cerati craſſitudinem redactum imponito. *Aliud.* Vulpis lienis ſuper locum alligatus lienoſos morbo liberat. *Aliud.* Hoedi lienis impoſitus lienem digerit. *Aliud.* Silveſtris braſſica ſi ex ea cataplasma ſiat, lienoſis medetur. *Aliud.* Perſici arboris folia eodem modo impoſita bene faciunt. *Aliud.* Myricae ſemen aceto incoctum, tritum atque ſuperdatum juvat. *Aliud.* Ammoniacam guttam aceto maceratam linteolo illitam impone. *Aliud.* Crocomagma aceto maceratum et ad cerati craſſi-

Ed. Chart. X. [627.]
τῆς πάχος ἐπίθες. οὐκ ἀφίσταται μέχρις οὗ ἀποθεραπεύσεται. ἄλλο. καππάρεως ῥίζαν κόψας ἐπιμελῶς εἰς ὀθόνην ἐπιτίθει, αὐθήμερον ἐπιτιθέμενον ὠφελήσει.

[Πρὸς σπληνικούς.] Καππάρεως ῥίζης φλοιοῦ μεθ' ὕδατος λίτραν α'. καὶ ὄξους λίτραν S''. ἕψει ἕως ἂν ἀποτριτωθῇ καὶ δίδου γο. α'. S''. ἄλλο. φύλλα κισσοῦ ἑψήσας σὺν ὄξει καὶ κοπανίσας ἐκπίασον τὸ ὑγρὸν καὶ τοῖς μὲν ἰσχυροτέροις δίδου ἐξ αὐτοῦ, τοῖς δὲ τρυφεροῖς ὕδωρ μιγνύων, περιπατείτω δὲ καὶ οὕτως πότιζε. ἄλλο. καππάρεως ῥίζαν κοπανήσας καὶ ζέσας μετ' ὄξους καὶ μέλιτος δίδου πιεῖν νήστει.

[Πρὸς σπλῆνα.] Λαβὼν κυπαρίσσου κώνους κόψον εὐτόνως καὶ ἄλευρον ὀρόβινον λεπτότατον βάλε εἰς ὄξος καὶ ἕψε ἕως γένηται ὡς ἔμπλαστρον. ἐπιτίθει εἰς τὸν σπλῆνα ἕως ἡμερῶν γ'. καὶ μετὰ γ'. ἡμέρας λῦσον καὶ εὑρήσεις τὸ ἔμπλαστρον πεπληρωμένον. ἄλλο. Ἀμμωνιακοῦ θυμιάματος ἐναποβρέξας ὄξει σκιλλητικῷ ἐπὶ ἡμέρας γ'. καὶ λειώσας εἰς ῥάκος ἐπιθὲς καὶ μὴ λύσῃς, ἕως τὸ ἔμπλαστρον ἀποπέσῃ.

tudinem redactum imponito; non amovetur, quoad ex toto ſanaverit. *Aliud.* Capparis radix curioſe trita et linteolo illita ac loco impoſita eodem die opem tulit.

[*Ad lienoſos.*] Radicis capparis corticem in aquae libra et aceti ſemilibra incoquito usque ad tertias et potandam praebe ſesquiunciam. *Aliud.* Hederacea folia aceto infervefacta contunde et humorem exprime ac robuſtioribus ipſum praebeto; delicatioribus autem aquam admisceto; ſed prius ipſe ambulato atque ita bibito. *Aliud.* Capparis radicem tuſam et aceto mulſo incoctam jejuno potandam praebeto.

[*Ad ſplenem.*] Accipe cypreſſi baccas et valde conteras; et ervi farinam quam tenuiſſimam in acetum mitte et usque ad emplaſtri conſiſtentiam decoque; lienique per triduum impone; poſt tertium diem ſolve et emplaſtrum aquae plenum invenies. *Aliud.* Ammoniacam guttam in ſcillino aceto per triduum demerſam ac laevigatam panniculo illine atque impone, neque amove, quoad emplaſtrum

*ἄλλο. φύλλα συκαμίνου χλωρὰ ψύξας ἐν σκιᾷ καὶ τρίψας ποίησον ξηρίων γραμμάρια δ'. καὶ μετὰ ὀλίγου πεπέρεως καὶ καρυοφύλλων μετὰ οἴνου ἀκράτου θερμοῦ εἰς ἔμβασιν δίδου πιεῖν.*

*Κεφ. κβ'. [Πρὸς ὑδρωπικοὺς πόμα ὥστε ἐξουρεῖν τὸ παρακείμενον ὑγρόν.] Χαλκοῦ κεκαυμένου ὅσον κυάμου Αἰγυπτίου, κόπρου περιστερᾶς γο. α'. οἴνου κυάθους γ'. δίδου. ἔστω δὲ μία πόσις. ἄλλο πεπειραμένον ἡμῖν ἐπὶ πολλῶν. τιθυμάλλου χαρακίου τὴν ῥίζαν δίδου ἐσθίειν πρὸς δύναμιν καὶ παραχρῆμα κενοῖ. ἄλλο. κόκκον Κνίδιον κεκομμένον καὶ σεσησμένον ἀναλάμβανε μέλιτι, ποιῶν πάχος γλοιοῦ καὶ δίδου κοχλιάριον α'. πλῆρες δ' οἰνομέλιτος κυάθων γ'. καὶ ὀλίγου θερμοῦ ὕδατος, ὡς εἶναι γαλακτῶδες ἢ διὰ ὠοῦ ῥοφήτου. ὑδραγωγὸν κάλλιστον πάνυ. χαμαιάκτης τὸν χυλὸν τὸν ἐκ τῆς ῥίζης κυάθων β'. καὶ οἴνου κυάθους β'. ἀπαλλάσσει δίχα τοῦ τὸν στόμαχον ἀνατρέπειν. ἄλλο. ἀγρώστεως ἀφέψημα πινόμενον ἔστι διουρητικόν. ἄλλο. στρύχνου*

decidat. *Aliud.* Folia ſycamini mori viridia refrigerata et areſacta in umbra terito, et aridum medicamentum facito ſcrupulorum quatuor pondere et cum pauco pipere et cariophyllis et ex vino mero calido, quum deſcendit in balneum, potui praebeto.

Cap. XXII. [*Ad hydropicos potio, ut humor incluſus per lotium ejiciatur.*] Recipe aeris uſti quantum fabam Aegyptiam aequat, ſimi columbini unc. j, vini cyathos iij, exhibe; eſto autem una potio. *Aliud* nobis in multis uſu comprobatum. Tithymalli characiae radicem pro aegroti viribus eſui dato; ſtatim enim evacuat. *Aliud.* Granum Cnidium tuſum et cribratum melle comprehende, ut ſordium craſſitudo fiat, et cochlearium plenum ex vini mulſi cyathis tribus et modico aquae calidae ad lactis conſiſtentiam aut ex ovo ſorbili propinato; plurimum enim aquae dejicit. *Aliud.* Hebuli radicum ſucci cyathi duo, vini cyathi duo in unum mixti et exhibiti liberant absque ſtomachi ſubverſione. *Aliud.* Graminis decoctum potui datum urinam citat. *Aliud.* Solani ſucci cyathi

χυλοῦ κυάθους δ'. μέλιτος κυάθους ιστ'. δὸς πιεῖν. ἄλλο. ὕσσωπον καὶ γλυκεῖ τράγου οὖρον ποτιζόμενον διουρητικόν ἐστιν. ὁμοίως ἐὰν αἴγειον ἔχῃς.

[Ἐπίθεμα πρὸς ὑδρωπικούς.] Κισσὸν κεκαυμένον ἐπιμελῶς κατάπλασσε. ἄλλο. ῥαφάνους καθεψήσας δι' ὕδατος ἕως τακεραὶ γένωνται, κομισάμενος κρίθινον ἄλευρον μίξας ἕψει καὶ κατάπλασσε.

[628] Κεφ. κγ'. [Πρὸς πρόπτωσιν ὀμφαλοῦ.] Τινὲς διὰ φαρμακείας εἰς τὸ κατὰ φύσιν ἐπανῆλθον οὕτως. κηκίδας καύσας ἢ τρίψας καὶ διαμίξας σὺν φλοιῷ λιβάνου καὶ ᾠοῦ λευκῷ κατάπλασσε. ἄλλο. στυπτηρίας σχιστῆς < ε'. τρυγὸς οἴνου Ῥοδίνου < ι'. κηκίδων ὀμφακίνων < β'. οἴνου διεὶς καὶ μέλιτος ποιήσας πάχος ἐπίβρεχε, ἔξωθεν ἐπιῤῥίπτων σπογγάριον ὀξυκράτῳ δεδευμένον καὶ ταινιδίῳ καταλάμβανε. ἄλλο. ἐρεγμοῦ λεπύρων καὶ κηκίδων καὶ βαλαυστίου τὸ ἴσον· ἕψε ἐν ὕδατι. ὅταν δὲ διαλυθῇ τρίψας ἐπιμελῶς ἐπιτίθει σὺν τῷ σπόγγῳ, καθάπερ προείρηται.

quatuor, mellis cyathi ſexdecim in potum ſumpti benefaciunt. *Aliud.* Hyſſopum et hirci lotium ex paſſo potum urinam movet; perinde et ſi caprini copiam habueris.

[*Epithema ad hydropicos.*] Hederam crematam diligenter in modum cataplasmatis impone. *Aliud.* Raphanos aquae incoctos quoad teneritate flaccescant, accipe; deinde hordeacea ſarina adjecta misce, decoque et cataplasma facito.

Cap. XXIII. [*Ad umbilici prolapſum.*] Quidam medicamentis ad naturalem ſtatum ita reverſi ſunt. Gallas ure vel tere et permisce cum cortice thuris et albo ovi et appone. *Aliud.* Recipe aluminis ſciſſi drach. v, faecis vini Rhodii drach. x, gallarum omphacinarum drach ij, vino diluta et ad mellis craſſitudinem redacta impone, extrinſecusque ſpongiolam posca imbutam ſuperpone et fascia deliga. *Aliud.* Recipe corticum fabae freſae, gallarum, balauſtii ana aequales partes in aqua coquito. Ubi vero diſſoluta fuerint, diligenter trita imponito cum ſpon-

Ed. Chart. X. [628.]

*ἄλλο. μολίβδου ῥινήματος < ιστ΄. κωνίου, μάννης, ψιμυθίου ὑποκυστίδος χυλοῦ ἀνὰ < α΄. οἴνῳ διαλύσας χρῶ καθὼς προείρηται.*

*Κεφ. κδ΄. [Πρὸς τὰ γαστρὸς πάθη καὶ πρῶτον πρὸς στρόφον καὶ ὀδύνην γαστρός.] Ἀριστολοχίας ῥίζαν ἐν οἴνῳ δὸς πιεῖν. πρὸς στρόφον καὶ λυγμὸν καὶ κεφαλαλγίαν καὶ δυστοκίας καλῶς ποιεῖ. ἁρμόζει πταρμὸς πρὸς στρόφον καὶ πάντα τὰ ἐντὸς πάθη. ἄλλο. τῆς λυχνίτιδος ἡ ῥίζα πλυθεῖσα καὶ ἑψηθεῖσα μετὰ γλυκέος, εἶτα διυλισθεῖσα καὶ ποθεῖσα ποιεῖ καλῶς. εἰ δὲ μὴ, βρώματι σεαυτοῦ πρόσβαλλε ὀλίγην κασσίαν καὶ ὀλυρίδα μὴ κόψας.*

*[Πρὸς στρόφον ἐντέρων καὶ κοιλίας.] Κυμίνου πεφρυγμένου καὶ κεκομμένου κοχλιάριον α΄. ἢ β΄. μεθ᾽ ὕδατος κυάθων τριῶν δίδου πιεῖν· καὶ πρὸς ἐμπνευματώσεις ὄξος ζέσας καὶ ψύξας. ἔπειτα σελίνου σπέρματος τρῖβε, παραζέων τὸ ὄξος καὶ ἐκ τοῦ αὐτοῦ δίδου πιεῖν. ἄλλο. ἐρύσιμον βοτάνην μετὰ ὕδατος τρίψας δίδου πίνειν. ἄλλο. ἐκ τοῦ λαμπροῦ τὸ ἀρκοῦν τρίψας μετ᾽ ὄξους δίδου πίνειν νήστει.*

gia, ut dictum eſt. Recipe ramenti plumbi drach. xvj, cicutae, mannae thuris, ceruſae, ſucci hypocyſtidis ana drach. j, vino diſſoluta utere ut dictum eſt.

Cap. XXIV. [*Ad ventris affectus ac primum ad tormina et ventris dolores.*] Ariſtolochiae radicem in vino potui dato: ad tormina, ſingultum, capitis dolorem et partus difficultatem bene facit. Sternutatio ad tormina et omnes internas affectiones proficit. *Aliud.* Lychnitidis radix lota, dulci vino incocta, deinde percolata et pota magnifice prodeſt; ſin minus autem, cibis tuis adjice modicum caſſiae et olyrae non contuſae.

[*Ad tormina inteſtinorum et ventris.*] Cumini fricti et contriti cochlearium unum, duove ex aquae cyathis tribus potandum eſt. Et adverſus inflationes acetum fervefacito ac refrigerato; poſtea apii ſemen tuſum admiſceto ac iterum acetum fervefacito, ex eoque potionem dato. *Aliud.* Irionem herbam ex aqua tritam potandam dato. *Aliud.* Ex lampro quod ſatis eſt tritum ex aceto jejuno

Ed. Chart. X. [628.]

ἄλλο. δάφνην μασησάμενος νῆστις τὸν χυλὸν καταπινέτω. καὶ τὸ μάσημα ἐπιτιθέτω ἐπὶ τὸν ὀμφαλὸν καὶ παραχρῆμα παύσεται.

[Πρὸς κάθετον δακτύλιον καθαρτικὸν κοιλίας.] Εἰς χολὴν ταύρου κροκίδα βρέξας ἐντίθει εἰς τὸν δακτύλιον. ἄλλο. σαπῶνα Γαλλικὸν εἰς ἔριον ἐνδύσας ὑπόθου ἢ μάλιστα στυπτηρίαν ὑγράν.

[Πρὸς δυσεντερικούς.] Φακὸν ἑψήσας σὺν βάτου ῥίζῃ τρυφερὸν κεκομμένον ἐπίβαλε καὶ δὸς φαγεῖν. ἄλλο. κυτίνους καθεψήσας, εἰς ὀξύγαλα λειοτριβήσας ἔμβαλλε ἔλαιον τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ δίδου φαγεῖν. ἄλλο. κέγχρον κεκομμένον ἑψήσας βάλε στέαρ μόσχειον. καὶ ποιήσας λιπαρώτατον δὸς ῥοφῆσαι θερμότατον, εἶτα ψυχρότατον τὸ ὕδωρ ἐπιῤῥοφείτω καὶ παραχρῆμα ὑγιὴς ἔσται. ἄλλο. κηκίδος τὸ ἐντὸς λαβὼν τρῖψον λεῖον καὶ μίξας ἄλευρον καὶ ὠοῦ τὸ λευκὸν φυράσας ποίησον ἀρτίσκον καὶ ὀπτήσας κατάκλα καὶ ἔγχει εἰς οἶνον ἀπαράχυτον καὶ δὸς φαγεῖν.

exhibe. *Aliud.* Laurum commanducans jejunus ſuccum devorato; partem commanducatam umbilico imponito; illico tormina finientur.

[*Medicamentum ano immittendum alvi purgatorium.*] In fel tauri lanae hapſum intingito anoque immittito. *Aliud.* Gallicum ſaponem lana involutum ſubmittito, aut liquidum alumen potiſſimum.

[*Ad inflationem ventriculi.*] Recipe piper, baccas lauri, cuminum, aniſum paribus portionibus, eaque trita et creta ex vino temperato dato ad unum cochlearium per tres dies. Aut aniſum commanducato jejunus.

[*Ad oculos fluxione laborantes.*] Foeniculi ſuccus per tres dies impoſitus confert. Aut thus ex melle et

Ed. Chart. X. [648.]
γάλακτι ἐπιχριόμενον, ἢ κενταυρίου χυλὸς σὺν μέλιτι ἐπιχριόμενος, ἢ πενταδακτύλου φύλλα σὺν μέλιτι ἐπιτιθέμενα.

[Πρὸς ἀχλὺν ὀφθαλμῶν.] Κολοκύνθης ξυσμάτων ὁ χυλὸς ἐπιπλασσόμενος.

[Πρὸς λεύκωμα.] Ὑοσκυάμου φύλλα μετὰ ἀλφίτου καταπλασσόμενα, ἢ ξυλοβάλσαμον σὺν γυναικείῳ γάλακτι ἐπιχριόμενα, ἢ πήγανον χλωρὸν καταπλασσόμενον, ἢ ψύλλιον σὺν γάλακτι γυναικείῳ ἐπιχριόμενον, ἢ καλάμων χλωρῶν τῶν φύλλων ὁ χυλὸς ἐπιχριόμενος.

[Πρὸς ὀφθαλμῶν ἀπόκρουσμα περίδνωμα.] Λαβὼν φύλλα ἐλαίας, κόψον καὶ ἐκπιάσας τὸν χυλὸν ἐπίχριε καὶ θαυμάσεις.

[Πρὸς ῥεῖμα κατάπλασμα.] Ἀνδράχνην λείωσον μετὰ κρόκου καὶ στέατος χηνείου, ἢ σελίνου φύλλα μετὰ ἀλφίτων· ἐπὶ δὲ τῶν μεγάλων ῥευμάτων ῥόδα καὶ μελίλωτα ἑφθὰ μετὰ ἀμύλου τοὺς ὀφθαλμοὺς κατάπλασον.

[Πρὸς ὀδονταλγίαν.] Μελάνθιον σὺν ὄξει διακλυζόμενον, ἢ κηκίδες σὺν ὀμφακίνῳ διακλυζόμεναι, ἢ πλατάνου

lacte illitus. Aut centaurii ſuccus ex melle illitus. Aut quinquefolii herbae folia trita ex melle appoſita.

[*Ad caliginem oculorum.*] Ramentorum cucurbitae ſuccus appoſitus valet.

[*Ad albuginem.*] Alterci folia cum polenta imponito. Aut lignum balſami ex muliebri lacte illitum. Aut ruta viridis in modum cataplasmatis impoſita. Aut pulicaris herba ex muliebri lacte illita. Aut connarum foliorum ſuccus illitus.

[*Ad oculorum vertiginem tollendam.*] Accipe folia olivae et contunde, ſuccoque ex eis expreſſo inunge et miraberis.

[*Ad oculorum fluxionem cataplasma.*] Portulacam cum croco terito et anſerino adipe. Aut folia apii cum polenta. In magnis autem fluxionibus cataplasma ex roſis et meliloto elixis cum amylo oculis apponito.

[*Ad dolorem dentium.*] Nigella ex aceto, ſi os colluatur, juvat. Aut gallae in oleo immaturo incoctae.

Ed. Chart. X. [648.]
σφαιρία σὺν ὄξει ἑψηθέντα καὶ διακλυζόμενα, ἢ πενταφύλλου ῥίζα σὺν ὄξει διακλυζομένη, ἢ πευκεδάνου ῥίζα λεία καυθεῖσα ἐπιπλασσομένη, ἢ σίδια καὶ ῥόδα ἑψήσας τὸ ἀφέψημα διακλυζόμενον.

[Πρὸς ὀδόντων τραῦμα.] Λαβὼν νίτρον, σηπέας ὄστρακον, σμύρναν, ἀνὰ γο. α'. λειώσας χρῶ.

[Ξηρίον πρὸς ὀδόντας, πλαδαρὸν στόμα καὶ αἱμῶδες σμῆξαι καὶ οὖλα σαρκῶσαι καὶ ὀδόντας λευκᾶναι.] Λαβὼν νίτρου κεκαυμένου γο. α'. σμύρνης τρογλιτίδος γο. α'. σηπέας ὀστράκου γο. α'. ῥόδων ξηρῶν γο. δ'.. κόψας καὶ σήσας χρῶ. πρόσβαλλε δὲ καὶ ἴρεως γο. α'. τούτῳ χρώμενος θαυμάσεις.

[Πρὸς πόνον πλευροῦ.] Κράμβης χλωρᾶς καυλοὺς σὺν ταῖς ῥίζαις κατακαύσας ἀναλάμβανε στέατι χοιρείῳ καὶ χρῶ· θαυμάσιον τὸ βοήθημα. ἢ σελίνου σπέρμα ἀποτριτώσας πότιζον, πάνυ γὰρ ὠφελεῖ.

[Πρὸς ἐσωχάδας.] Ἀμάραντον ἀποβρέξας ὀψὲ καὶ πρωῒ πότιζον.

Aut platani fructus aceto incocti, ſi eo os colluatur. Aut decoctum radicis quinquefolii ex aceto, ſi os colluatur. Aut radix peucedani uſta et trita impoſita. Aut malicorii roſarumque decocto fiat collutio.

[*Ad dentium vulnus.*] Recipe nitri, teſtae ſepiae, myrrhae ſingulorum drachmam j, tritis utere.

[*Aridum medicamentum ad humidum cruentumque os detergendum, carnem gingivarum inſtaurandam et dentes dealbandos.*] Recipe nitri uſti unc. j, myrrhae troglodyticae unc. j, teſtae ſepiae unc. j, roſarum aridarum drach. iv, his tritis et cretis utitor; ſed ſi addideris unciam iridis, miraberis.

[*Ad lateris dolorem.*] Viridis braſſicae caulem cum radicibus uſtum excipe adipe ſuillo et utere; id remedium mirabile eſt. Aut ſemen apii ad tertias decocti in potum exhibeto; efficax remedium eſt.

[*Ad internos ani tumores.*] Amarantum aqua madefactum bibendum dato mane et vesperi.

[*Εἰς σπλῆνα κατάπλασμα πάνυ καλόν.*] *Σελίνου, σινήπεως δαφνίδων κατὰ λόγον κοπανήσας, εἶτα ἐξελὼν φλοῖν καρύας, νέας, κόψον μικρὰ καὶ βαλὼν ἐν ὅλμῳ, κόψον ἰσχυρῶς καὶ ἐκβαλὼν ἀπόβρεξον ἐν ὄξει δριμεῖ ἡμέρας γ΄. καὶ ἑνώσας ἀμ-* [649] *φότερα μετὰ χυλοῦ τιβεριάδος ἕψει ἕως γένηται κατάπλασμα καὶ τίθει ἐπάνω τοῦ σπληνὸς ἀπὸ πρωῒ ἕως ὥρας η΄. προῤῥήξας τὴν γαστέρα καὶ θαυμάσεις.*

[*Ἄλλο σπληνικὸν διὰ πείρας.*] *Φλοῦν συκέας ἐκδείρας χλωρὰν νέου δένδρου τάραξον σὺν σποδιᾷ θερμαίνων.*

[*Πρὸς τριταῖον.*] *Μέλι μετὰ σκαμμωνίας πινόμενον ἅπαξ ἰᾶται.*

[*Περὶ τεταρταίου.*] *Πέπερι τετριμμένον, δαφνόκοκκα καὶ κύμινον καὶ μαστίχην καὶ σμύρναν καὶ λίβανον καθαρὸν κοπανήσας καθ' ἓν ἕκαστον καὶ ἕνωσον αὐτὰ καὶ βάλλε μέλι καλὸν τὸ ἀρκοῦν καὶ ἐπίθες ἕως ἡμέρας τέσσαρας.*

[*Πρὸς αἷμα ῥέον ἐκ μυκτήρων.*] *Ὠοῦ φλοῦν ἀκέραιον*

[*Cataplasma ad lienem praeſtans admodum.*] Accipe apium, ſinapi, lauri baccas bene contritas; deinde nuces novas dempto cortice parum tundito, poſtea ea omnia in pilam conjecta valide contundito et extracta in acetum acre demergito per tres dies, quae ubi in unum redacta fuerint, ſucco tiberiadis incoquito, donec factum ſit cataplasma, quod lieni ſuperpoſitum a ſummo mane usque ad horam octavam, prius tamen alvus excernat: effectum miraberis.

[*Aliud ad lienem experientia probatum.*] Corticem ficus viridem a nova arbore decorticatum cum cinere miſceto et calefacito.

[*Ad febrem tertianam.*] Mel ſemel cum ſcammonio potum ſanat.

[*Ad quartanam.*] Accipe tritum piper, lauri baccas, cuminum, maſtichem, myrrham, thus purum, ſingula ſeparatim terito et in unum deinde redigito mellisque quod ſatis ſit adjicito ac per quatriduum imponito.

[*Ad ſanguinem e naribus profluentem.*] Ovi puta-

Ed. Chart. X. [649.]
καύσας καὶ ποιήσας στακτὴν μῖξον σὺν σχιστῷ ἀρσενικῷ καὶ βάλλε εἰς τὰς ῥῖνας τοῦ πάσχοντος· εἰ δὲ οὐκ ἔστιν ἀρσενικὸν, ἔστω ἡ στακτὴ μόνη τοῦ ᾠοῦ. ἄλλο. τρίχας αἰγὸς θηλείας καύσας καὶ τρίψας, ὁμοίως καὶ σμύρναν τρίψας καὶ μίξας τὰ ἀμφότερα ἐμφύσησον εἰς τὰς ῥῖνας, εἰ μὲν ἀνδρὸς εἴη μετὰ χάρτου, εἰ δὲ γυναικὸς εἴη, μετὰ ἄλλου τινός. οἷον δὲ μέρος ἐκβάλει τὸ αἷμα, τὸ βυζὶν δῆσον.

[Πρὸς βιασμοὺς καὶ αἱμοῤῥοίας.] Κηκίδας ἀλέσας καὶ ῥοιᾶς φλοιὸν, τοὺς δὲ κόκκους κοπανήσας καὶ μίξας ἐλαίῳ σχιστῷ καὶ μέλιτι καὶ φυράσας, δὸς πρωῒ καὶ ὀψὲ ὡς κηκίδων μέλιτος.

[Πρὸς κοιλίας στρόφους καὶ ἐμπνευματώσεις.] Λαβὼν πηγάνου, πεπέρεως, ζιγγιβέρεως, ἴσα λειώσας μεθ᾽ ὕδατος θερμοῦ δίδου, ἢ ἀρτεμισίαν κόψας καὶ σήσας δίδου, ἢ νίτρον καύσας καὶ λειώσας ἐγχυμάτισον.

[Εἰς τὸ μὴ νοσεῖν βόας.] Ἐλάφου κέρας θὲς ἐπάνω πανίου καὶ ἐπάνω ἅψον κανδήλαν καὶ μὴ ἐπιλάθου τὴν

men integrum urito, liquorem facito et cum arſenico ſciſſili mixtum in nares aegrotantis injicito; quod ſi arſenicum non ſit, ſolo liquore ex ovi confecto utitor. *Aliud.* Caprae foeminae villos uſtos terito pariterque et myrrham tritam et cum pilis caprinis miſtam naribus inſufflato; ſi viri fuerit, cum charta, ſi foemellae, cum alio quopiam; qua autem parte ſanguis effluit, ſtrictiſſime ligato.

[*Ad ſanguinis violentas eruptiones.*] Gallas in mola tuſas, corticem mali punici ejusdemque grana tuſa et miſta cum oleo ſciſſili, melle ſubacta, exhibe mane et vesperi, ut mel gallarum.

[*Ad ventris tormina et inflationes.*] Recipe rutae, piperis, zingiberis pares portiones, terito et ex aqua calida propinato. Aut artemiſiam tuſam et cretam exhibeto. Aut nitrum uſtum et tritum ex humore aliquo praebeto.

[*Ut ne boves aegrotent.*] Cornu cervi ſuper panis dei ſacellum imponito et deſuper candelam accendito et

ἡμέραν καὶ κατὰ χρόνον ἐπικαλοῦ τὸν ἅγιον Δημούσαριν καὶ Ἄρσον, φυλάξοντας τὰ κτήνη καὶ τὸν βίον σοῦ.

[Εἰς τὸ μὴ νοσεῖν χοίρους.] Ῥάσδου ῥίζαν κοπανήσας βάλλε εἰς τὸ πλύμμα αὐτῶν.

[Εἰς τὸ ποιῆσαι σαρκόκολλαν.] Τρίψας σκώληκας ἐκ γῆς, μετὰ τὸ φρύξαι ἐπίπασον.

[Θεραπεία πληγῶν.] Σμύρναν καὶ ἀλόην τρίψας ἐπίπασον, ἢ ῥητίνην πεύκης, ἢ καὶ μαστίχην καὶ κισσοῦ δάκρυον ποιήσας ἔμπλαστρον ἐπίθες, ἢ τράγειον ἀξούγγιον ἄλειφε τὴν πληγὴν καὶ κέρας αἰγὸς μελαίνης ἐπίπασον. ἄλλο. κόστον στάχυν, κιννάμωμον, ζιγγίβερ, κύμινον ἐξ ἴσου τρίψας καὶ πίσσῃ φυράσας ἐπίθες, ἢ ὄψιν ἄρτου ξηρὰν τρίψας καὶ σὺν οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ φυράσας ἐπίθες ἐπὶ ἡμέρας καθ' ἑκάστην ἀλλάσσων.

[Εἰς ψώραν ἵππου.] Σχίσας ὄφιν καὶ λαβὼν τὸ στέαρ αὐτοῦ ἄλειψον μετὰ ξύλου τὸ στεφάνιον τῶν ὀνύχων αὐτοῦ.

[Εἰς τὸ κοιμηθῆναι τὸν ἀγρυπνοῦντα.] Γράψον εἰς

ne interdiu illam accenſam oblivioni tradito et in tempore ſanctum Demuſarim invocato et Arſum; armenta et tuam cuſtodient vitam.

[*Ut porci non aegrotent.*] Rhamni radicem tritam in aquam ubi ſe proluunt, projicito.

[*Ad carnem conglutinandam.*] Vermes terrae frixos et tritos inſpergito.

[*Curatio plagarum.*] Myrrham et aloën tritas inſpergito. Aut reſinam piceam vel maſtichen et hederae lacrimam emplaſtro ex his facto imponito. Aut hircina axungia plagam illinito cornuque caprae nigrae inſpergito. *Aliud.* Coſtum, ſpicam, cinnamomum, zingiber, cuminum ſingulorum parem portionem terito et pice ſubactam imponito. Aut aridam cruſtam panis vino oleoque ſubactam imponito, eam quotidie per vices immutato.

[*Ad ſcabiem equorum.*] Anguem diſcindito et adipe ejus oras ungularum ligno inungito.

[*Ad ſomnum conciliandum.*] Foliis lauri infra ſcri-

Ed. Chart. X. [649. 650.]
φύλλα δάφνης τὰ στοιχεῖα ταῦτα καὶ θὲς ὑποκάτω τῶν σαγιῶν αὐτοῦ μὴ νοοῦντος τοῦ ἀνακειμένου. ξστ΄. χστστ΄. φθ΄.

[Εἰς τὸ μὴ φαντάζεσθαι ἄνθρωπον τὴν νύκτα.] Πηγάνου σπέρμα κρέμασον εἰς τὸ προσκεφάλαιον αὐτοῦ μὴ νοοῦντος καὶ οὐ φαντάζεται.

[650] [Πρὸς θώρακα.] Ὠῷ ἀρσενικὸν μίξας σχιστὸν καὶ πέπερι, κριθάλευρον καὶ δαφνόκοκκα καὶ κωνάρια καὶ δίδου. ἄλλο. σκόροδος κοκκία ζ΄. ἀρσενικοῦ σχιστοῦ καὶ πεπέρεως ἀνὰ κοκκία ιγ΄. βάμβικα, κωνάριον, κηρὸν ὀλίγον μίξας μετὰ κρόκου ὠοῦ λάβε συχνόν.

[Πρὸς ὀδόντας βεβρωμένους.] Ἀρσενικὸν, πέπερι, τυρὸν, ἄσβεστον ζῶσαν ζυμώσας μετ᾽ ὄξους πρόπλασον.

[Ἐργαλεῖον νεφριτικόν.] Γλήχωνος, ὀριγάνου, σαμψύχου, ἑρπύλλου, χαμαιμήλου, ἀψινθίου, κενταυρίου, δάφνης φύλλων, συκῆς ἀγρίας, πέπονος ὁμοῦ ἑψήσας μέλιτι σὺν ὕδατι, προανακόψας μέλιτι σὺν ἐλαίῳ καὶ ἅλατι ἐπίβαλλε ἐκ τοῦ ἀποζέματος τὸ ἀρκοῦν.

pta elementa inſcribito et cubantis ſtragulis eo ignorante ſupponito. ξστ. χστστ. φθ.

[*Ut noctu homo non ſomniet.*] Rutae ſemen cervicali ipſo neſciente ſuſpendito, nec dormiens ullas videbit imagines.

[*Ad pectus.*] Ovo arſenicum ſciſſile miſceto et piper et farinam hordeaceam et lauri baccas nucleosque pineos adhibeto. *Aliud.* Allii nucleos ſeptem, arſenici ſciſſilis, piperis utriusque grana xiij, bambacem, pineos nucleos, cerae parum miſce et ſaepe cum ovi luteo accipe.

[*Ad corroſos dentes.*] Arſenicum, piper, caſeum, calcem vivam cum aceto fermentata apponito.

[*Ad renum affectus clyſter.*] Accipe pulegium, origanum, ſampſuchum, ſerpillum, chamaemelum, abſinthium, centaurium et lauri folia, cucumerem ſilveſtrem, peponem, prius contuſa ſimul decoquito ex aqua et melle et hujus decocti quantum ſatis ſit cum oleo et ſale injicito.

Ed. Chart. X. [650.]

[*Ἐργαλεῖον ἰσχιαδικόν.*] *Σικύου ἀγρίου ῥίζας, δάφνης φύλλα, πηγάνου φύλλα, ἀψινθίου, πενταπεύρου, χαμαίδρυος, πρασίου, καλαμίνθης, γλήχωνος, ὀριγάνου, θύμου, θρίδακος, εὐφορβίου, ἀνήθου, πυρέθρου, σταφίδος ἀγρίας· ταῦτα πάντα ἑψήσας ἐν ὕδατι καὶ μίξας μετὰ μέλιτος, ἐλαίου καὶ ἅλατος δίδου εἰς ἐργαλεῖον.*

[*Εἰς τὸ λευκᾶναι ὀδόντας σαθροὺς καὶ μέλανας.*] *Λαβὼν ἅλατος λείου μέρος α'. ῥύπου μέρος α'. σηπίας ὀστράκου μέρος α'. λειώσας ὁμοῦ ἀνάτριβε, προδιακλύσας ὄξει καθαρῷ.*

[*Κατάπλασμα εἰς ῥευματιζομένην κεφαλήν· τοῦτο τὸ σμῆγμα οὐκ ἐᾷ κεφαλὴν ῥευματισθῆναι οὔτε ὀφθαλμὸν ἀδικηθῆναι ποτέ.*] *Λαβὼν μαστίχης γο. α'. σμύρνης γο. α'. σαρκοκόλλης γο. α'. λιβάνου γο. α'. λαδάνου γο. α'. νίτρου γο. α'. ψιμυθίου γο. α'. κιμωλίας γο. α'. στύρακος γο. α'. ῥόδων γο. α'. σάπωνος σάγκου λίτρ. α'. μέλιτος λίτρ. α'. θέρμων πικρῶν ἀπόζεμα τὸ ἀρκοῦν, ἑνώσας ἀντὶ σάπωνος ἐν λουτρῷ.*

[*Clyſter qui benefacit coxendicis doloribus.*] Cucumeris ſilveſtris radices, folia lauri, rutae folia, abſinthium, plantaginem, triſſaginem, marrubium, calamintham, pulegium, origanum, thymum, lactucam, euphorbium, anethum, pyrethrum, uvam taminiam; haec omnia ex aqua decoquito et cum melle, oleo et ſale miſceto, in clyſterem adhibeto.

[*Ad dentes putridos et nigros dealbandos.*] Recipe ſalis triti partem j, ropi partem j, teſtae ſepiae partem j, his ſimul tritis frica dentes, ſed collue prius aceto puro.

[*Cataplasma ad capitis fluxionem; idem etiam praeſtat, ne caput a fluxione unquam tentetur oculumque ab omni injuria tuetur.*] Recipe maſtiches unc. j, myrrhae unc. j, ſarcocollae unc. j, thuris unc. j, ladani unc. j, nitri unc. j, ceruſſae unc. j, cimoliae unc. j, ſtyracis unc. j, roſarum aridarum unc. j, ſaponis ſanci lib. j, mellis lib. j, decocti amarorum lupinorum quod ſit ſatis; his in unum mixtis pro ſapone in balneo utitor.

[Τροχίσκος ὁ διὰ σπερμάτων εἰς βηχικούς.] Λαβὼν ἀνίσου πικροῦ γο. α'. μαράθρου σπέρμα, ὑοσκυάμου σπέρμα, ἄμμεως ἀνὰ < α'. σελίνου σπέρμα < γ'. ὀπίου < α'. λειοτρίβει ἕκαστον καὶ παράχεε ὕδωρ χλιαρὸν μέχρις ἂν γένηται γλοιῶδες καὶ ποίει τροχίσκους, κυάμου τὸ μέγεθος ἡ δόσις α'. ὠφελεῖ γὰρ τοῖς βήσσουσιν.

[Ἡπατικὰ ἐκλελεγμένα διὰ πείρας.] Κηκῖδας ἑψήσας κατὰ λόγον τὸν ζωμὸν δὸς πιεῖν μετὰ κωδείας, ἐν βαλανείῳ σκεπαζόμενος καὶ πίπτων ἐπὶ τὸ πάσχον μέρος· ἢ κισσοῦ ῥίζαν ἑψήσας μετὰ οἴνου δὸς πιεῖν. ἄλλο. δάφνης κόκκους ζ'. πεπέρεως κόκκους κ'. λειώσας μετὰ οἴνου δίδου πιεῖν. ἄλλο. ἀλόης < δ'. ἀσάρου, κόστου, εὐπατορίου, ἡδυσάρου, μελιλώτου, μαστίχης, κρόκου, ὠκίμου σπέρμα ἀνὰ < β'. κόψας καὶ σήσας δίδου μετὰ εὐκράτου.

[Ἄλλο εἰς ἧπαρ ἐνεργὲς καὶ εὐστόμαχον.] Δαφνίδων, κινναμώμου καλοῦ, καρυοφύλλου, ἀλόης, ἡδυσάρου, κόστου ἀνὰ < α'. κόψας καὶ μέλιτι ἑνώσας μετὰ οἴνου παλαιοῦ

[*Paſtillus ex ſeminibus ad tuſſientes.*] Recipe aniſorum amarorum unc. j, ſeminum foeniculi, ſeminis ammeos, ſeminis alterci, ſingulorum drach. j, ſeminis apii drach. iij, opii drach. j, omnia terito, paulatim tepidam aquam inſtillando donec ſordium ſpiſſitudinem aſſequatur, paſtillosque conficito fabae magnitudine, unum exhibeto, tuſſientibus confert.

[*Medicamenta experientia ſelecta ad jecoris affectus.*] Gallarum elixatarum cum capitibus papaveris jus in balneo bibendum dato, et ſit tectus ac in affectum latus decumbat. Aut decoctum radicis hederae ex vino elixatae potui dato. *Aliud.* Lauri baccas vij, piperis grana xx, trita in potum ex vino praebeto. *Aliud.* Recipe aloës drach. iv, aſari, coſti, eupatorii, edyſari, meliloti, maſtiches, croci, ſeminis ocimi, ſingulorum drach. ij, omnia tuſa et creta exhibe ex vino temperato.

[*Aliud ad jecur efficax et ventriculo commodum.*] Recipe baccarum lauri, cinnamomi optimi, caryophyllorum, aloës, hedyſari, coſti, ſingulorum drach. j, haec omnia

Ed. Chart. X. [650. 651.]

πότισον. ἄλλο. ἀκόρου < α΄. λινοσπέρμου < α΄. ζιγγιβέρεως < α΄. ἀνίσου < δ΄. πηγάνου φύλλων τῶν ἁπαλῶν < α΄. σὺν μελικράτῳ δίδου. ἄλλο. ἀρτόμελι κατάπλαττε θερμὸν ὡς ἔμπλαστρον, ἢ ἀψινθίου κοχλιάριον α΄. μίξας [651] σὺν εὐκράτῳ μέλιτι, δὸς πιεῖν καὶ ἀναπαυθήτω ἐπάνω τοῦ ἥπατος.

[*Πρὸς γλῶσσαν ῥευματιζομένην.*] Φύλλα κυνάρων τρίψας μετὰ μέλιτος, ἄλειφε τὴν γλῶσσαν, ἢ φλεβοτόμησον τὴν φλέβα τοῦ μέρους, οὗ ῥέῃ, καὶ ὠφεληθήσεται.

[*Πρὸς ξηρότητα στόματος.*] Σῦκα ἑψήσας ἐν ἑψήματι φοινίκων πτερῷ διάχριε καὶ διακρατείτω.

[*Πρὸς χείλη ῥηγνύμενα.*] Λινόσπερμα κοπανήσας μετὰ μέλιτος ἐπίθες.

[*Πρὸς τοὺς λιποτριχοῦντας τὸ γένειον, οὓς καλοῦσι σπανοπώγωνας.*] Πεπέρεως, εὐφορβίου, πυρέθρου ἀνὰ γο. α΄. καλάμων φύλλων ἁπαλῶν χυλὸν, μυοχόδου, ἐλαίου ἐξ ἀποκαύματος λειώσας πρόστριβε καὶ συνεχῶς ἐπιξύρα.

trita melleque excepta in potum ex veteri vino dato. *Aliud.* Acori drach. j, ſeminis lini drach. j, zingiberis drach. j, aniſi drach. iv, rutae mollium foliorum drach. j ex mulſa bibendum praebeto. *Aliud.* Ex melle et pane cataplasma imponito in modum emplaſtri. Aut abſinthii cochlearium j mixtum cum melle temperato potui detur; deinde ſuper jecur aegrotus decumbat.

[*Ad fluxionem linguae.*] Foliis cinarae ex melle tritis linguam illine. Aut vena ejus partis unde fluit humor ſecetur; conferet.

[*Ad oris ariditatem.*] Ficus in palmularum decocto elixato et penna illinito et contineto in ore.

[*Ad labia ſciſſa.*] Lini ſemen cum melle tritum imponito.

[*Ad eos quibus menti pili decidunt, quos ſpanopogonas vocant.*] Recipe piperis, euphorbii, pyrethri, ana unc. j, ſuccum foliorum tenerorum cannarum, ſtercoris muris, oleum per combuſtionem expreſſum; ea omnia ſimul trita affrica et aſſidue rade.

Ed. Chart. X. [651.]

[Ἐμετικὸν ὃ παρείληφα ὡς μύστρον.] Ἀφρόνιτρον λευκὸν βάλλε εἰς χλιαρὸν ὕδωρ, ἕως οὗ λυθῇ, καὶ βραχύ τι ἐλαίου ἐπίβαλλε καὶ παράσχου πιεῖν.

[Σταλτικὰ ἐμέτων.] Ἡδύοσμον κόψας καὶ σήσας καὶ μίξας ἐλαίῳ ῥοδίνῳ χρῖε τὰς ῥῖνας καὶ τὸ στῆθος. ἄλλο. φοίνικας Θηβαϊκὰς καὶ ἡδυόσμου κλῶνας ἑψήσας μεθ᾽ ὕδατος ὡσεὶ ποτηρίων β'. μέχρι γλοιώδους συστάσεως, τὸ ἥμισυ πότισον. ἄλλο. φοινίκων βαλάνων λειῶν τὸ αὔταρκες κατ᾽ ὀλίγον παράσταξον οἴνου μυρτίνου καὶ ἀναλαβὼν δίδου μετ᾽ οἰνομέλιτος καὶ ὕδατος κοτύλης μιᾶς.

[Πρὸς τοὺς ἐμοῦντας αἷμα.] Σχοίνου ἄνθος ἑψήσας μεθ᾽ ὕδατος πότισον.

[Ἐμετικὰ φλέγματος.] Ἡδύοσμον χλωρὸν, ἢ ξηρὸν μετὰ εὐκράτου πινέτω. πρὸς δὲ τὸ ἀλύπως σαμψύχου φύλλα δὸς πιεῖν καὶ ῥαφάνου σπέρμα δὸς φαγεῖν. ἐμέσει δὲ πλῆθος φλέγματος.

[Σύνθεσις κοκκίων καθαρτικῶν κενούντων φλέγμα.]

[*Medicamentum vomitorium, quod myſtri menſura accipitur.*] Aphronitrum album in aquam tepidam injectum donec fuerit diſſolutum, adjecto aliquantulum olei, bibendum exhibeatur.

[*Reprimentia vomitum.*] Menta trita et creta roſaceoque miſta nares et pectus inungito. *Aliud.* Palmulas Thebaïcas et menthae ramulos duobus aquae ſcyphis incoquito quoad ſordium ſpiſſitudinem habeat; hujus partem mediam bibendam dato. *Aliud.* Palmulas quod ſatis ſit tundito, paulatim vinum myrteum inſtillans, deinde exceptas ex mulſo et aquae hemina praebeto.

[*Ad ſanguinem vomentes.*] Florem junci odorati aquae incoctum potui dato.

[*Vomitorium pituitam detrahens.*] Mentha viridis vel arida ex aqua temperata bibatur. Ut facile autem vomat, ſampſuchi folia bibat, ſemen vero raphani comedat; multam evomet pituitam.

[*Compoſitio granorum purgantium pituitam vacuan-*

Ed. Chart. X. [651.]

Λαβὼν ἀλόης γο. στ΄. μαστίχης γο. β΄. ἀψινθίου χυλοῦ γο. β΄. κολοκυνθίδος γο. δ΄. ἡ δόσις κοκκία κθ΄.

[*Πρὸς καρδιακούς.*] Φακὴν σὺν σπατητοῖς φοίνιξι καὶ οἴνῳ Μενδησίῳ πότισον ἑψητόν.

[*Πρὸς δὲ τοὺς ὀδυνωμένους τὴν καρδίαν.*] Πολύγονον λειώσας εὖ μάλα, ἢ μῆλα, ἢ κυδώνια σὺν ὄξει ἑψηθέντα καὶ λειωθέντα μετὰ κηρωτῆς ῥοδίνης ἀναλαβὼν κατάπλασσε, ἢ ἀνδράχνην μετὰ κηρωτῆς ῥοδίνης ἀναλαβὼν, ἢ μυρσινίνης ἐπίθες.

[*Ἕτερον θαυμάσιον διὰ πείρας.*] Λινοσπέρμου κοτύλας δ΄. ὕδατος κοτύλας ζ΄. ἑψήσας χρῶ, τοῦτο δὲ τὸ φάρμακον ποιεῖ ὑγείαν. οὐδὲν γὰρ ὁ ἀσθενὴς ἐπὶ τὸ χεῖρον ἀπέλθοι, ἀλλὰ ἐπὶ τὸ κρεῖττον.

[*Τροχίσκος δυσπνοϊκοῖς καὶ τοῖς βήσσουσι πολλοῦ χρόνου εἰς κάπνισμα.*] Καρδάμου γο. α΄. σινήπεως γο. α΄. ἀβροτόνου γο. α΄. πηγάνου ἀγρίου γο. α΄. σανδαράχης γο. α΄. λειώσας ὕδατι ποίει τροχίσκους καὶ χρῶ σπουδαίως.

[*Πρὸς δύσπνοιαν καὶ αἵματος ἀναγωγάς.*] Θύμον

*tium.*] Recipe aloës unc. vj, maſtiches unc. ij, abſinthii ſucci unc. ij, colocynthidis unc. iv, dentur xxix grana.

[*Ad cardiacos.*] Lentem cum paſſis palmulis vino Mendeſio incoctam potui dato.

[*Ad eos autem qui dolent cor.*] Sanguinariam probe tritam vel mala vel cotonea ex aceto cocta tritaque et cerato roſaceo excepta ponantur in modum cataplasmatis. Aut portulacam cerato roſaceo vel myrteo exceptam imponito.

[*Aliud admirabile experientia probatum.*] Recipe lini ſeminis heminas iv, aquae heminas vij, ſimul coquito et utere. Medicamentum hoc ſanitatem facit; non enim aegrotus in deterius labetur, ſed in melius mutabitur.

[*Paſtillus dyſpnoea laborantibus diuque tuſſientibus ſuffitus prodeſt.*] Recipe naſturtii unc. j, ſinapis unc. j, abrotoni unc. j, rutae ſilveſtris unc. j, ſandarachae unc. j, terito et ex aqua in paſtillos redigito; eis ſedulo utitor.

[*Ad difficilem reſpirationem et ſanguinis rejectionem.*]

μετὰ πεπέρεως κόψας καὶ λειώσας μέλιτι ποίει ἔκλειγμα καὶ χρῶ σπουδαίως. πάνυ γὰρ κα- [652] λόν ἐστι. ἄλλο. πράσων κεφαλὰς μέλιτι συνεψήσας δίδου νήστει ἐσθίειν, ἢ πηγάνου ξηροῦ γο. δ'. ἡδυόσμου ξηροῦ γο. δ'. λῦσον μετὰ μέλιτος καὶ λάμβανε κεράτια β'. εἰς κοίτην μετὰ εὐκράτου· ὠφελεῖ δὲ δυσπνοϊκοὺς καὶ πιστάκια ἐσθιόμενα.

[*Πρὸς αἱμοπτοϊκούς.*] Λαβὼν συμφύτου < δ'. μαστίχης κιῤῥᾶς < δ'. λημνίας σφραγῖδος < β'. βαλαυστίων < β'· κόψας καὶ σήσας δίδου κοχλιάριον ἓν σὺν ὀξυμέλιτι πίνειν.

[*Ἄλλο διὰ πείρας.*] Λαβὼν λημνίας σφραγῖδος γο. α'. γῆς ἀστέρος γο. β'. κοραλλίου γο. β'. δίδου μετὰ ὀξυμέλιτος ἀκράτου κοτύλην α'. πρωῒ καὶ ἑσπέρας τοῦτο χρῶ. ἄλλο. ἀκακίας κιῤῥᾶς, ἀμύλου ἰατρικοῦ ἴσα λειώσας δίδου πιεῖν μετὰ εὐκράτου κοχλιάρια ε'.

[*Ληξοπύρετον τοῖς ἐκ πυρετοῦ καυσουμένοις.*] Λαβὼν ἀειζώου καὶ ἀνίσου φύλλα ε'. ἢ ζ'. ἀπόζεσον ἐλαίῳ ῥοδίνῳ καὶ χρῖε ἀπὸ κεφαλῆς ἕως πέλματος καὶ θαυμάσεις· ἢ πυ-

Thymum cum pipere tuſum et tritum, in eclegma cum melle redactum, ſedulo delingendum offerto; praeſtans remedium eſt. *Aliud.* Porrorum capita melli incocta dentur jejuno comedenda. Aut rutae ſiccae unc. iv, menthae unc. iv, ex melle terito, hujus duo ceratia accipiat iturus cubitum ex aqua temperata. Spirantes aegre juvant et piſtacia ſi edantur.

[*Ad eos qui ſanguinem ſpuunt.*] Recipe ſymphyti drach. iv, maſtiches ruſſae drach. iv, ſigilli lemnii drach. iv, balauſtiorum drach. ij, trita et creta da bibendum ad cochlearium unum ex aceto mulſo.

[*Aliud experientia probatum.*] Recipe ſigilli lemnii unc. j, terrae ſtellaris unc. ij, corallii unc. ij, ex his dato heminam ex aceto mulſo puro mane et veſpere, hoc utere. *Aliud.* Acaciae ruſſae, amyli medicinalis pares portiones terito et potui dato cochlearia v ex aqua temperata.

[*Ad eos qui ardente febre tenentur.*] Recipe ſempervivi et aniſi folia v vel vij, et ea fac ut in oleo roſaceo ferveant, ac deinde a capite usque ad pedis veſtigium

Ed. Chart. X. [652.]
*ρέθρου ῥίζαν λεάνας σὺν ἐλαίῳ σύγχρισον. τοῦτο γὰρ ἱδρῶτας κινεῖ καὶ τὰ χρόνια ῥίγη παύει καὶ τὰ κατεψυγμένα μέρη τοῦ σώματος, ἢ παρειμένα ἰᾶται. ἄλλο. δαφνίδας καὶ θύμον ἐν οἴνῳ τὰ ἀμφότερα λειώσας ἐπίχρισον καὶ περίβαλλε ἱματίοις καὶ ἱδρώσει.*

[*Πρὸς ἰσχὺν αἰδοίων καὶ χρονίας διαθέσεις.*] *Λαβὼν καλαμίνθην καὶ κόψας καὶ σήσας ἐπίβαλλε ἐν τρυβλίῳ καὶ ἀναλαβὼν μέλιτι ἕψει ἕως δίκην καταπλάσματος καὶ ἐπιπλάσας λεπτῇ ὀθόνῃ ἐπίθες φασκιῶν, πεπείραται γὰρ παρὰ πολλοῖς.*

[*Ἄλλο πρὸς ἰσχὺν αἰδοίων καὶ νεφρῶν· μὴ γοῦν τινὰ θεραπεύσεις πρὸ τοῦ τὸν μισθὸν ἆραι, πεπείραται γὰρ παρὰ πολλοῖς.*] *Ζιγγιβέρεως < δʹ. βράθυος < αʹ. πεπέρεως λευκοῦ < αʹ. δίδου μετ᾽ οἰνομέλιτος. ἄλλο. πίσσης ξηρᾶς, τηλεφίου, κολοφωνίας, μαστίχης, ὑέλου λευκοῦ ἴσα λείου καὶ ποίει ξηρίον καὶ προλούσας ἔτι θερμῶς ἔχοντος τοῦ χρωμένου ἐπιχρίσας ὑγρᾷ πίσσῃ, ἐπίπασον τὸ ξηρίον καὶ ἄνωθεν ἐπίθες καὶ δέσμει καλῶς.*

inungito et mirabere. Aut radice pyrethri trita ex oleo inunge. Hoc medicamentum ſudores excitat, veteres rigores tollit, partes corporis refrigeratas reſolutasve ſanat. *Aliud.* Lauri baccas et thymum ex vino terito et illinito veſtibusque contegito, quia ſudabit.

[*Ad vim genitalium et veteres affectus.*] Recipe calaminthaın eamque tuſam et cretam projice in pilam, melleque exceptam dicoque ad conſiſtentiam cataplasmatis, id linteolo illitum tenui imponito et faſcia deligato; hoc a multis expertum eſt.

[*Aliud ad robur genitalium et renum; ſed neminem curato, niſi prius mercede accepta; expertum enim eſt in quamplurimis.*] Recipe zingiberis drach. iv, herbae ſabinae, piperis albi drach. j, exhibe cum mulſo. *Aliud.* Recipe picis aridae, telephii, colophoniae, maſtiches, nitri albi, portiones pares, laeviga et effice aridum medicamentum; locum prius lavato et calido adhuc permanente inunge liquida pice; deinde aridum medicamentum inſpergito ſuperque imponito et probe obligato.

Ed. Chart. X. [652.]

[*Εἰς τὸ σκορπίσαι τὰ ἐν τοῖς γόνασι ῥεύματα.*] Ἀγριοσύκην κοπανήσας ἐκ τοῦ χυλοῦ τριβέσθω ἢ τῆς ῥίζης τὸν χυλὸν ἀνατριβέσθω ἐν βαλανείῳ. καὶ ἅλας καὶ περιστερᾶς κόπρον λειώσας μετ᾽ ἐλαίου ἐπίχριε.

[*Κατάπλασμα πρὸς πόνον ποδῶν ἀπὸ προσκρούσματος ἢ ἀπὸ καταπτώσεως, ἢ ἄλλης τινὸς δριμείας ὀδύνης.*] Ἅλατος ὀπτοῦ, ὀριγάνου. σποδὸν κληματίδων ἴσα λεκίθους ὠῶν β΄. ἢ γ΄. σὺν οἴνῳ μίξας κατάπλασον.

[*Πρὸς λεπριῶντας ὄνυχας θειότατον βοήθημα.*] Ὄνυξιν ἀποσπασθεῖσιν ἀπὸ προπτώματος καὶ εἰς παρωνυχίαν ὄχαρ λειώσας καὶ ξηρίον ποιήσας ἐπίπασον. ὄνυχας δὲ λεπρώδεις καθαρίσεις, εἰ θεῖον ἄπυρον καὶ κρόκον ὠοῦ ἴσα μίξας μετ᾽ ὄξους καὶ ἐπιθήσεις.

[*Πρὸς πυρίκαυστα.*] Λιθαργύρου γο. β΄. κρόκου γο. β΄. ὠῶν ὀπτῶν λεκίθους γο. δ΄. ῥοδίνου τὸ ἀρκοῦν. ἄλλο. ὀθόνιον καύσας τὴν σποδιὰν ῥοδίνῳ μίξας καὶ κηρῷ καὶ ἀγχούσῃ ἑνώσας χρῶ.

[*Πρὸς αἱμοῤῥοίας ἐκ παντὸς φερομένας.*] Σώρεως,

[*Ad diſcutiendas genuum fluxiones.*] Caprifici tritae ſucco fricetur aut ejus radicis ſucco perfricetur in balneo. Aut ſal et fimum columbinum tritum ex oleo illine.

[*Cataplasma ad pedum laborem ex offenſione vel ex caſu vel aliquo alio acri dolore.*] Recipe ſalis toſti, origani, cineris ſarmentorum vitis pares portiones, ovorum vitellos ij aut iij, omnia cum vino mixta imponito.

[*Ad ſcabros ungues remedium diviniſſimum.*] Unguibus ex caſu revulſis et in reduviam delapſis ſachar laevigatum et in aridum medicamentum redactum inſpergito. Scabros vero ungues mundabis, impoſito ſulfure ignem non experto et croco aequis partibus, idque cum vitello ovi mixtis ex aceto impones.

[*Ad ambuſta.*] Recipe argenti ſpumae unc. ij, croci unc. ij, ovorum toſtorum vitellos ponderis unc. iv, roſacei quantum ſatis ſit. *Aliud.* Cinere uſti linteoli oleo mixto, addita cera et anchuſa utere.

[*Ad ſanguinis eruptionem undecunque fluat.*] Re-

Ed. Chart. X. [652. 653.]

χαλκάνθου, στυπτηρίας, χαλκίτεως, μίσυος, γύψου [653] κόμμεως, ἀνὰ < η'. λειώσας χρῶ. πάνυ γὰρ καλόν ἐστι καὶ πεπείραται. ἄλλο. χαλκίτεως < στ'. ῥητίνης φρυκτῆς < δ'. μάννης < β'. ξηρῷ χρῶ.

[Πρὸς λειχῆνας δόκιμον.] Λιβάνου ἄῤῥενος, ζιγγιβέρεως, ἀλόης, θείου ἀπύρου, ἀνὰ < β'. ὄξει ἀναλαβὼν χρῖε πτερῷ, προτρίψας ῥάκει ἐξ ἐρίου. ἄλλο. ἀμμωνιακοῦ θυμιάματος, ἀλκυονίου, θείου ἀπύρου ἴσα λειώσας χρῶ.

[Εἰς τὸ λευκᾶναι πρόσωπον.] Ἀλκυονίου κεκαυμένου καὶ λειωθέντος σὺν μέλιτι καὶ ἀλεύρῳ μίξας σμῆχου. ἄλλο. λυσσομούμουδον λειώσας μετ' ὄξους χρῖε ἐν ἡλίῳ, ἢ ἄνθος κεράμων λειοτριβήσας μετ' ὄξους, εἶτα τρίψας τὸν τόπον ῥάκει, ἕως ἐρυθρὸν γένηται, χρῖε ἐν ἡλίῳ.

[Εἰς τὸ καθᾶραι πρόσωπον.] Βούτυρον σαπωνίῳ μίξας κατάχριε.

[Πρὸς πόνον μήτρας τῶν ἁγίων ἀναργύρων.] Λαβὼν ἄσαρον μετὰ γλήχωνος δὸς πιεῖν.

cipe ſorcos, atramenti ſutorii, aluminis, chalcitidis, miſyos, gypſi, gummi, ſingulorum drach. viij, tritis utere; praeſtans remedium eſt, experientia probatum. *Aliud.* Chalcitidis drach. vj, reſinae frictae drach. iv, mannae drach. ij, arido utere.

[*Ad impetiginem probatum.*] Recipe thuris masculi, zingiberis, aloës, ſulſuris ignem inexperti, ana drach. ij, aceto excipito et loco prius panniculo perfricato illine. *Aliud.* Guttae ammoniaci, alcyonii, ſulfuris ignem non experti pares portiones tere et utere.

[*Ad dealbandam faciem.*] Alcyonio uſto et trito cum melle et farina mixto faciem deterge. *Aliud.* Lyſſomumudon tere ex aceto et illine in ſole. *Aliud.* Florem ollarum ex aceto terito locumque panno prius donec rubeſcat affricato, deinde in ſole illinito.

[*Ad faciem mundam efficiendam.*] Illine butyro cum ſapone mixto.

[*Ad dolorem uteri remedium ſanctorum argentum non deferentium.*] Aſarum cum pulegio potui dato.

Ed. Chart. X. [653.]

[*Παξαμάδων καθαρτικά.*] *Λαβὼν σκαμμωνίας < β'. ἢ τρία, μαστίχης < γ'. σελίνου σπέρμα < β'. πολυποδίου < δ'. κινναμώμου < α'. ζύμης καθαρᾶς λίτραν μίαν, τὰ ξηρία ἐπίβαλλε καὶ μάλασσε ἐπιμελῶς.*

[*Εἰς τὸ ἀποκτεῖναι κώνωπας.*] *Μελάνθιον καὶ χάλκανθον θυμίασον.*

[*Εἰς τὸ διῶξαι ὄφεις.*] *Χαλβάνην καὶ κέρας ἐλάφου καὶ ὄνυχας αἰγὸς καὶ ῥίζαν κρίνου θυμίασον· ἐπὶ δὲ τοῦ δήγματος τοῦ ὄφεως ἅλας καὶ πράσον κατάπλασον.*

[*Εἰς τὸ διῶξαι ψύλλας.*] *Σικύου ἀγρίου φύλλα ζέσας ῥαῖνε εἰς τὴν οἰκίαν.*

[*Πρὸς δυσουρίαν κτηνῶν.*] *Ὄστρεα κολυμβάδων ἐλαιῶν θλάσας περιϊστάμενος κάπνιζε ἐπὶ ἡμέρας ε'.*

[*Πρὸς πληγὴν καλάμου.*] *Καλάμου ῥίζαν παύσας τὴν τέφραν ἐπίθες.*

[*Πρὸς ἐπιληπτικοὺς πάνυ καλόν.*] *Ὀρτύγων ἐγκέφαλον μετὰ μυρσίνου μύρου λειώσας ἀπόθου ἐν ἀγγείῳ κασσι-*

[*Biſcoctus panis purgatorius.*] Recipe ſcammoniae drach. ij aut iij, maſtiches drach. iv, ſeminis apii drach. ij, polypodii drach. iv, cinnamomi drach. j, fermenti mundi libram j, arida permiſce et curioſe ſubige.

[*Ad necandos culices.*] Suffito nigellam cum atramento ſutorio.

[*Ad fugandos ſerpentes.*] Galbanum, cervi cornu, ungulas caprae et lilii radicem ſuffito. Ad ſerpentis vero morſus benefacit cataplasma ex porro et ſale.

[*Ad fugandos pulices.*] Folia cucumeris ſilveſtris coquito et domum conſpergito.

[*Ad 'difficultatem urinae jumentorum.*] Salſarum olivarum interior pars lignea conteratur et per quinque dies tecta ſuffumigetur.

[*Ad ictum calami.*] Radicis cannae uſtae cinerem ſuperapponito.

[*Ad comitiales praeſtantiſſimum remedium.*] Coturnicum cerebrum ex myrteo unguento tritum repone in

Ed. Chart. X. [653.]
τερινῷ, καὶ ὅταν ἴδῃς πεσόντα ἀπὸ τῆς ἐπιληψίας, περίχριε τὸ πρόσωπον, καὶ θαυμάσεις τὴν ἐνέργειαν τοῦ φυσικοῦ τούτου βοηθήματος· καὶ γὰρ ἀναστήσεται ὁ νοσῶν παραυτίκα.

[Πρὸς ἀνορεκτοῦντας.] Σμύρναν, λίβανον, ἀμμωνιακὸν, μαστίχην μετὰ λευκοῦ ὠοῦ λειώσας ἐπὶ πλείστην ὥραν περίχριε τὸ στῆθος καὶ τὰ σπλάγχνα καὶ ἐπίθες στυππεῖα.

[Περὶ βδελλῶν.] Τοὺς βδέλλας καταπιόντας χρὴ στῆσαι πρὸς τὸν ἥλιον καὶ κατανοῆσαι ἐν ποίῳ τόπῳ κρέμανται καὶ ἐπιστάξαι αὐταῖς γάρος καὶ εὐθέως ἀφίστανται τοῦ τόπου καὶ ἀποπτύονται· ἢ ὄξος καὶ βούτυρον μίξας καὶ πυρώσας σίδηρον καὶ σβέσας ἐν αὐτοῖς δὸς πιεῖν καὶ βάλλει τὰς βδέλλας, ἢ βάλλε τὸν καταπιόντα τὴν βδέλλαν εἰς θερμὸν ὕδωρ ἕως τοῦ πώγωνος καὶ γεμώσας φιάλην ὕδατος ψυχροῦ στόματι πρόσαγε ταῖς χερσὶν αὐτοῦ, μὴ δὸς δὲ πιεῖν καὶ εὐθέως ἡ βδέλλα ἐξελεύσεται. ἄλλο. βδέλλας καταποθείσας ἀνάγει ὄξος θερμὸν καταῤῥοφούμενον, ἢ ὀπὸς συριακὸς καταῤῥοφούμενος, ἢ κόριδες ὑποθυμιώμεναι.

vas ſtanneum et quum videris cadentem aliquem ex comitiali morbo, faciem oblinito, miraberisque hujus naturalis remedii efficaciam; nam ſtatim aegrotus aſſurget.

[*Ad eos qui cibum non appetunt.*] Myrrham, thus, ammoniacum, maſtichem cum albumine ovi terito diutius, pectusque et viscera illinito, ſtupam ſupra addito.

[*Ad devoratas hirudines.*] Qui hirudines devoraverit, ad ſolem conſtituatur locumque ubi affixae ſunt animadvertito garumque inſtillato, nam ſtatim ab eo loco cadent et expuentur. Aut in butyrum aceto mixtum candens ex igne ferrum exſtinguito et potui dato; ille enim hirudines rejiciet. Aut eum qui hirudines devoraverit, in aquam calidam mento tenus demergito, phialam vero frigidae ori admove ejus manibus nec illi potui dato; egredietur namque hirudo. *Aliud.* Acetum calidum abſorptum hirudines educit. Aut ſuccus ſyriacus bibitus. Aut ſuffiti cimices.

Ed. Chart. X. [653. 654.]

[*Περὶ μελισσῶν δήγματος.*] *Χυλὸς μαλάχης τοὺς ὑπὸ μελισσῶν πληγέντας ἀπόνους ποιεῖ.*

[*Πρὸς ὀφίτην.*] *Κέρας αἴγειον καύσας καὶ μετὰ ὄξους λειώσας κατάπλασον, ἢ* [654] *καπνέαν φούρνου μετὰ μέλιτος κατάχριε, ἢ καλάμου ῥίζας καὶ ἐρεβίνθην καὶ σφαιρία κυπαρίσσου καὶ κέρας ἐλάφου, κεκαυμένα τὰ πάντα λειώσας καὶ κενώσας πότισον σὺν ὄξει καὶ πράσῳ.*

[*Πρὸς τὰς ἀπὸ φλεβοτόμου γινομένας φλεγμονὰς καὶ σκληρίας τῶν βραχιόνων καὶ πυρακτώσεις καὶ θρομβώσεις.*] *Ζύμην σιτίνην μετὰ ἀξουγγίου μαλάξας ἐπιμελῶς χρῶ, δόκιμον γάρ ἐστι.*

[*Πρὸς ὑδρωπικούς.*] *Λαβὼν βόλβιτον, ἐὰν ἀνὴρ πάσχῃ, ἄῤῥενος· εἰ δὲ θήλεια, θηλείας καὶ βαλὼν εἰς χύτραν καινὴν καὶ πωμάσας περίπλασον πηλὸν τῷ πόματι, ὥστε μὴ διαπνεῖν, εἶτα λαβὼν τὴν χύτραν θὲς ἐπὶ τέφραν ἀσβέστου ἐπὶ ἡμέρας ζ'. περὶ δὲ τὴν ὀγδόην ἀνοίξας ἔξελε τὸν βόλβιτον καὶ ποιήσας ξηρίον ἀπόθου ἐν ὑελίνῳ ἀγγείῳ, ἐπὶ δὲ τῆς χρείας δίδου κοχλιάρια γ'. μετ' οἴνου ἐπὶ ἡμέρας*

[*Ad ictus apum.*] Malvae ſuccus ictos ab apibus a dolore liberat.

[*Ad ictus ſerpentum.*] Cornu caprinum uſtum ex aceto terito et in modum cataplasmatis imponito. Aut furni fuliginem ex melle illinito. Aut radices cannarum, cicer, baccas cupreſſi et cornu cervi, omnia uſta et trita ſimulque miſta, bibenda dato cum aceto et porro.

[*Ad inflammationes a ſectore venae factas humerorumque durities et ſanguinis grumos.*] Fermentum triticeum cum axungia diligenter ſubige ac utere, probatum remedium eſt.

[*Ad hydropicos.*] Recipe ſtercus bovis et ſiquidem vir ſit qui laboret, masculi, ſin foemina, foeminae et in ollam injice, atque operi, luto illinens operculum, ne perſpiret; ollam autem imponito ſuper cinerem non exſtinctam per dies ſeptem, octava vero olla aperta exime ſtercus et ex eo facto arido medicamento ſerva in vitreo vaſe; quum vero uſurus es, da tria cochlearia ex vino

ζ'. δέον δὲ τὸν οἶνον εἶναι ἀπεζεσμένον ἐν πηγάνῳ. τοῦτο τὸ πόμα ποιεῖ καὶ ἐὰν ὦσιν ὄγκοι καὶ οἰδήματα, ξηραίνει καὶ κενοῖ διὰ τῶν οὔρων· ὁ δὲ πάσχων μὴ πινέτω δι' ὅλης τῆς ἡμέρας, εἰ μὴ τρία μόνον· δόκιμον γάρ ἐστι.

[*Πρὸς τὸ μισῆσαι τὸν οἶνον, τοῦ μὴ μεθύσαι.*] Ἔγχελυς ἰχθὺς πνιχθεὶς ἐν οἴνῳ καὶ δοθεὶς ὁ οἶνος εἰς πόμα μῖσος οἴνου ποιεῖ. ὁμοίως καὶ σταφυλὴ ἀπεζεσμένη. ἀμέθυσος διατηρηθῆναι εἰ θέλεις καὶ ἄνοσος, φύλλα πηγάνου ἔσθιε· παύει δὲ καὶ κεφαλαλγίαν τὴν ἐξ οἴνου. ὁμοίως καὶ ἡ ἄκορος ἐσθιομένη καὶ ἡ Θηβαία. ἀμέθυσος διατηρεῖται ὁ προφαγὼν ἀμύγδαλα πικρὰ τὸν ἀριθμὸν ζ'. ἢ θ'. ἢ ια'. ἀμέθυστος διατηρεῖται ὁ πνεύμονα προβάτου νήστης ἐσθίων ἑφθὸν, ὅσα γὰρ πίῃ, οὐ μεθύσει.

[*Εἰς τὸ μεθύειν ἐξ ἑνὸς ποτηρίου.*] Κληματίδων ἀμπέλων χλωρῶν ἢ ξηρῶν μικρὸν καύσας ἀπόσβεσον ἐν τῇ φιάλῃ ἔνθα ἐστὶν ὁ οἶνος, καὶ εὐθέως μεθύσει.

[*Πρὸς φακοὺς ἐν προσώπῳ.*] Δαφνίδων τὸ ἐντὸς λει-

ad dies ſeptem; ſit autem vinum in quo ruta fervefacta fuerit. Valet haec potio, etiamſi adſint tumores et oedemata: exſiccat etenim et per urinam evacuat; aegrotus vero non bibat per totum diem, niſi ter tantum; probatum namque eſt.

[*Ut vinum odio ſit et ad cavendam ebrietatem.*] Si anguilla vino ſuffocata ſit vinumque id detur potui, efficit odium vini. Simili modo ex uſu eſt uva infervefacta. Si tutus ab ebrietate et morbo eſſe volueris, folia rutae edito; tollunt etiam dolorem capitis ex ebrietate; idem et acorus comeſta facit et palmula Thebaïca. Ebrietatem non ſubit, qui amara amygdala ſeptem numero praecomederit vel novem vel undecim. Qui etiam jejunus pulmonem ovis elixum comederit, quantumvis bibat, nulli erit ebrietati obnoxius.

[*Ut quis vel uno vini poculo hauſto ebrius evadat.*] Sarmentorum vitis aut aridae vitis parum comburens exſtinguito in phiala ubi vinium eſt, ſtatim ebrius erit.

[*Ad lenticulas in facie.*] Quod interius eſt lauri

Ed. Chart. X. [654.]
ώσας μετὰ μέλιτος ἐπίχριε, ἢ στρόβιλον μέλιτι συνεψήσας ἐπίχριε τοὺς ὀφθαλμούς.

[Πρὸς τὰς ἐκπιπτούσας ἕδρας τῶν βρεφῶν.] Τὸ τῶν χαλκέων ὕδωρ, εἰς ὃ τὸν σίδηρον ἀποσβεννύουσι, θερμάνας πρόκλυζε. εἶτα οὕτως κοχλίαν καύσας καὶ ποιήσας ξηρίον ἐπίπασον.

[Πρὸς οὖλα παιδὸς καὶ ὀδόντας φυομένους.] Ῥόδων ἄνθη λεάνας μετὰ μέλιτος ἔγχριε, ἢ ἐγκέφαλον προβάτου μετὰ μέλιτος ἔγχριε, ἢ βούτυρον μετὰ μέλιτος.

[Εἰς τὸ πλεονάσαι γάλα.] Σήσαμος λειωθεὶς μετὰ γλυκέος καὶ πινόμενος, ἢ πτισάνη ἑφθὴ σὺν μαράθρῳ ῥοφουμένη, ἢ κάρδαμον μετὰ κράμβης πινόμενον.

[Πρὸς τὰ ἀπὸ χειμῶνος ἀποκαύματα.] Ἅλμην κατάντλα καὶ φακὴν ἑφθὴν καὶ ψίχια καὶ ῥόδινον λειώσας κατάπλαττε.

[Πρὸς ὑδροκήλην.] Μολίβδιν ἑψήσας μετὰ θείου καὶ ὄξους ὀλίγου καὶ ἐλαίου περίχριε τὸν τόπον. ἄλλο. κάρυα παλαιὰ σεσηπότα λειώσας ἔμβαλλε εἰς τρυβλίον καὶ χρῖε.

baccarum tritum ex melle illinito. Aut nucleum pini melli incoctum illinito oculos.

[*Ad procidentem anum in pueris.*] Aqua fabrorum qua ferrum exſtinguunt calida ablue, deinde cochleam urito et pulvisculum facito et inſpergito.

[*Ad puerorum gingivas et dentes exorientes.*] Roſarum floribus tritis ex melle illine; aut cerebro ovis ex melle, aut butyro et melle illine.

[*Ad lac plurimum gignendum.*] Seſami ſemen tritum et ex paſſo potum; aut ptiſanae cum foeniculo elixa et abſorpta; aut naſturtium cum braſſica potum.

[*Ad exuſtiones per hiemem.*] Muria locum foveto et cataplasma ex lenticula cum micis panis elixa confectum imponito.

[*Ad aquoſam ramicem.*] Plumbagine cum ſulfure et aceto modico et oleo elixa locum illinito. *Aliud.* Nuces veteres putridas in mortario terito et illine. *Aliud.* Ace-

Ed. Chart. X. [654. 655.]
*ἄλλο. ὄξος πότιζε καὶ ἐλάφου κέρας καύσας κατάπλασον, ἢ λιθάργυρον καὶ ὄξος καὶ ἔλαιον μίξας χρῖε εἰς ἥλιον.*

*[Πρὸς τραῦμα ἀνιάτως ἔχον ἐν οἵῳ δήποτε μέρει τοῦ σώματος.] Βούγλωσσον βοτάνην ἀνάσπασον καὶ κόψας τὰς ῥίζας πλῦνον καλῶς καὶ ὁλμοκοπήσας πρόσπλεξον χοίρειον ἀξούγγιον καὶ μαλάξας καλῶς ἐπίθες τῷ τραύματι.*

[655] *[Πρὸς ἔμετον.] Σελίνων ῥίζας ε'. μαράθρου ῥίζας τρυφερὰς δ'. ἀνίσου < α'. ὄξος καὶ μέλι καὶ κρόκος ἀληθινὸς, ἑψείσθωσαν πάντα χωρὶς τοῦ κρόκου καὶ μετὰ τὴν ἕψησιν ἐμβληθήτω ὁ κρόκος καὶ δοθήτω ἥμισυ φιάλης.*

*[Πρὸς ἄφθας.] Ἐλαῖαι μαῦραι διαμασώμεναι, ἢ ἀγριοσταφίδες ἐν ὄξει ἑψηθεῖσαι καὶ διακλυζόμεναι.*

*[Πρὸς ἀσφαλακίας.] Πλῦνον αὐτὰς πρῶτον μετ' οἰνομέλιτος, εἶθ' οὕτως ἔμβαλλε χολὴν βοείαν καὶ λαγωοῦ ἀφόδευμα, ἢ τὸ διὰ σάπωνος, ἢ πηγάνου χυλὸν ἔνσταξον εἰς τὰς ὀπὰς, ἢ ἀριστολοχίαν τρίψας γέμισον ἐν αὐταῖς τὰς τρυπὰς μετ' ὄξους.*

tum bibat et cervinum cornu uſtum in cataplasma redactum imponito. Aut argenti ſpuma cum aceto et oleo mixta inunge ad ſolem.

[*Ad vulnus incurabile in quavis parte corporis.*] Bugloſſum herbam evellito, radices vero bene lotas contundito, illisque ſuillam axungiam adjicito probeque emollitam vulneri imponito.

[*Ad vomitum.*] Recipe apii radices v, foeniculi radices teneras iv, aniſi drach. j, acetum, mel et crocum verum; omnia praeter crocum decoquantur et facta decoctione injiciatur deturque phialae dimidium.

[*Ad aphthas i. e. oris ulcera.*] Olivae molles manducentur; aut ſilveſtrium paſſularum decocto ex aceto os colluatur.

[*Ad capitis tumores, talpas vocatos.*] Eas primum mulſo lavato, deinde ſel bovis cum leporino ſtercore injice. Aut confectum ex ſapone medicamentum. Aut ſuccum rutae inſtilla in foramina; aut trita ariſtolochia foramina in ipſis cum aceto impleto.

Ed. Chart. X. [655.]

[*Περὶ πηγάνου.*] *Τὸ πήγανον πρῶτον μὲν ἐσθιόμενον καὶ πινόμενον ὀξυδορκίαν ποιεῖ καὶ συνουσίας ἀποστρέφει, πόνον δὲ κεφαλῆς ἰᾶται, εἴ τις τοῖς ἁπαλοῖς τῆς κεφαλῆς τὰ ὀστᾶ ἐμφράσσει. ἑνωθεὶς δὲ χυλὸς τοῦ πηγάνου μετὰ χυλοῦ μαράθρου καὶ μέλιτος καὶ καταχριόμενος ἀμβλυωπίας ἰᾶται· τὸ αὐτὸ ποιεῖ καὶ ὁ χυλὸς τοῦ καρποῦ τῆς ῥάμνου μετ᾽ οἰνομέλιτος χριόμενος, καὶ ἡδύοσμον μετ᾽ ἀλφίτου καταπλασθὲν ἰᾶται ἀποστήματα.*

[*Πρὸς τὸ στῆσαι αἷμα.*] *Βερονίκην μέλιτος ἀκάπνου πληρώσας δὸς φαγεῖν· καὶ κράμβης σπέρμα καὶ βασιλικοῦ σπέρμα τρίψας ἀνὰ κόκων στ΄. μετὰ οἴνου δὸς πιεῖν γυναικὶ ὑπὸ πολλοῦ αἵματος πασχούσῃ.*

[*Προγνωστικὸν ἀῤῥώστου.*] *Ἰτέας ἁπλᾶ φύλλα κόψας ἐπίχριε. καὶ ἐὰν ῥόδινον γένηται, ζῇ· εἰ δὲ χλωρὸν, τελευτᾷ.*

[*Πρὸς τὸ μὴ δύνασθαι συνουσιάζειν.*] *Τὸ εὔζωμον οἱ ἱερεῖς ἐσθίουσι καὶ τὸ πήγανον καὶ τὸ ἄγνον· τὸ οὖν σπέρμα τοῦ εὐζώμου σὺν μέλιτι, νήστει καὶ σὺν τήλει χριόμενον οὐκ ἐᾷ ὀρθοῦσθαι.*

[*De ruta.*] Ruta primum quidem comeſta et bibita viſum acuit, venerem arcet, capitis dolorem ſanat, ſi teneris ejus foliis capitis oſſa contegas; ſuccus rutae cum foeniculi ſucco et melle mixtus et inunctus hebetudinem viſus tollit; hoc idem praeſtat et ſeminis rhamni ex melle illitus. Mentha etiam facto cum polenta cataplasmate abſceſſibus medetur.

[*Ad ſiſtendum ſanguinem.*] Beronicem mellis ſine fumo coſti plenam comedendam offerto. Braſſicae et ocimi ſemen utriusque grana ſex terito et ex vino potui mulieri dato multi ſanguinis profluvio laboranti.

[*Praeſagium de aegrotante.*] Teneris ſalicis foliis tritis inungito. Quod ſi roſeus reddatur, vivet: ſin viridis, obibit.

[*Ut quis nequeat uti venereis.*] Eruca ſacerdotes veſcuntur, rutaque et vitice. Erucae igitur ſemen cum foenograeco illitum jejuno facit ut arrigi non poſſit.

Ed. Chart. X. [655.]

[*Πρὸς πόνον ὀφθαλμῶν.*] *Κρόκον συντρίψας καὶ ἀναζυμώσας μετὰ ῥοδοστάγματος ἐπάλειφε.*

[*Πρὸς πόνον κεφαλῆς ἀνθρώπου.*] *Ἐὰν γένηται τὰ σημεῖα ταῦτα, σκοτισμὸς ὀφθαλμῶν καὶ πόνος αὐτῆς τῆς κεφαλῆς, ὤτων ἦχος καὶ ῥινῶν ἔμφραξις καὶ ὀφθαλμοὶ δακρύουσι τῷ πρωῒ, τινὲς δὲ καὶ ἀμβλυωποῦσιν· ὅτε ταῦτα γίγνονται, τὴν κεφαλὴν καθάρισον τρόπῳ τοιῷδε, λαβὼν ὀρίγανον καὶ ὕσσωπον καὶ ἅλας τὰς ῥῖνας ἀνάτριψον καὶ οὐκέτι ἀλγήσει κεφαλή· εἰ δ' ἀμελὴς γένοιο, παρέπονται αἱ νόσοι αὗται, ἀμβλυωπία, ὤτων ἦχος, τριχῶν ἔκρυσις καὶ πόνος ὀδόντων.*

[*Περὶ στήθους ἀνθρώπου.*] *Ἡνίκα ἐπὶ τὸ στῆθος μέλλει πάθος γενέσθαι, τὸ πρῶτον φαίνεται ἐν αὐτῷ ὑγρότητα ἔχειν καὶ εἰς τὰς πλευρὰς ὠμοὺς χυμοὺς, ἔκκαυσιν καὶ δίψαν ἔχων, καὶ ἡ γλῶσσα αὐτοῦ τραχεῖα, ἀφρὸν ἔχουσα, καθ' ἑκάστην ὥραν πτύων, ἔξεστι δ' αὐτὸν μετὰ τὸ δειπνῆσαι ἐμέσαι, εἴτε τῷ πρωῒ ξεράσαι, προλαμβάνων λεπτοῤῥίζα ῥαφάνου, εἴτε σίνηπι χλωρὸν, ἢ εὔζωμον, ἢ κάρδαμον μετὰ*

[*Ad dolorem oculorum.*] Crocum tritum fermentatum cum liquore a roſis deſtillante illinito.

[*De humani capitis dolore.*] Si haec ſigna affuerint, oculorum obtenebratio, dolor ipſius capitis, aurium ſtrepitus, narium obſtructio oculique illacrimaverint ſummo mane, ſed et nonnullis caligant oculi; quibus itaque haec omnia adſunt, hoc modo caput purgato, origano, hyſſopo, ſale nares fricato, nec amplius caput dolebit. Sed ſi negligens fueris, hi morbi ſequentur: viſus obtuſus, aurium ſtrepitus, capillorum defluxus et dentium dolor.

[*De pectore humano.*] Quum affectus aliquis pectus occupaturus eſt, primum videtur humiditatem habere in ſe ipſo; crudos praetere ad coſtas habet humores, aeſtuationem ſitimque, linguam asperam, ſpuma redundantem, ſingulis horis expuit. Poteſt autem is a prandio evomere aut ſummo mane ſtomachum purgare, praeſumptis tenuibus raphani radicibus aut ſinapi viridi aut eruca aut na-

Ed. Chart. X. [655. 656.]
χλιαροῦ ὕδατος καὶ ἐμέσας εὐθέως σωθήσεται· εἰ δ' ἀμελήσῃ, γίνεται αὐτῷ δύσπνοια καὶ πλευροῦ πόνοι καὶ πυρετοὶ ὀξεῖς καὶ πάντοτε ἄυπνος γίνεται.

[*Περὶ κοιλίας.*] Ὁπόταν δὲ περὶ τὴν κοιλίαν μέλλῃ πάθος τι συνίστασθαι, τὸ πρῶτον γίνονται αὐτῷ στρόφοι καὶ πόνοι περὶ αὐτὴν τὴν κοιλίαν [656] καὶ στένωσις γαστρὸς καὶ ἀνάδοσις καὶ ταράσσονται ἐν αὐτῷ τὰ σιτία καὶ τὰ ποτὰ πικρὰ φαίνονται καὶ βάρος ἐπὶ τῶν γονάτων καὶ ἐπὶ τὰς ψόας καὶ τοὺς νεφροὺς πόνοι καὶ πυρέσσει πάντοτε· τούτου οὖν οὕτως γινομένου, δεῖ τοῖς ἁπλοῖς φαρμάκοις καθαίρειν. λαβὼν κνίκον, κόψας καὶ διαλύσας ὕδατι θερμῷ δίδου πίνειν· ἢ κράμβης ἢ σεύτλου χυλὸν μετὰ μέλιτος γλυκάνας πρόσβαλλε καὶ ἅλας ὀλίγον καὶ δὸς πιεῖν καὶ θαυμάσεις. εἰ δ' ἀμελὴς γένηται, ἐπέρχεται, αὐτῷ δυσεντερία καὶ τεινεσμοὶ καὶ ἁρμοπονίαι.

[*Πρὸς βαρυηκοΐαν καὶ ἦχον ὤτων.*] Ἀφρὸν νίτρου εἰς ὄξος ἐμβαλὼν ἐπίσταξον ῥοδέλαιον καὶ οἶνον καὶ ἄλειφε

ſturtio ex aqua tepida: quum enim vomuerit, ſtatim ſanus evadet; quod ſi id neglexerit, a ſpiritus difficultate corripietur laterisque doloribus, acutis febribus, omninoque ſomno carebit.

[*De ventre.*] Quotiescunque autem affectus quispiam ventri ſuperventurus eſt, primum in ipſo ſuboriuntur tormina doloresque circa ipſum ventriculum, alvi praeterea adſtrictio et excretio, cibi etiam in ipſo potusque perturbantur et amari videntur, gravitas in genibus, in lumbis ac renibus dolor et omnino febricitabit. Igitur qui ſic ſe habuerint, purgandi ſunt medicamentis ſimplicibus. Itaque accipe cnicum tritum et aqua calida diſſolutum, potui dato. Aut braſſicae aut betae ſuccum melle conditum, pauco adjecto ſale, in potum dabis et miraberis. Quod ſi id neglexerit, ſuperveniet dyſenteria, tenesmi et humerorum dolores.

[*Ad gravem auditum et aurium ſonitus.*] Spumam nitri in acetum conjice et oleum roſaceum vinumque in-

Ed. Chart. X. [656.]
τὰ ὀπίσθια τῆς κεφαλῆς. ἄλλο. ἐλλεβόρου μέλανος ῥίζαν ἔμβαλλε εἰς τὸ οὖς καὶ ὑγιαίνει. δόκιμον γάρ ἐστι.

[Πρὸς τὸ φυλαχθῆναι ἄμπελον.] Κενταυρίου τὸ ἀπόζεμα ῥαινόμενον τοῖς κλήμασι. τοῦτο καὶ κύνας καὶ ἀλώπεκας καὶ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ ἀποδιώκει.

[Περὶ ὑστερικῶν πνίγων.] Ὀστοῦν ἐλάφου ὃ ἔχει ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, λαβὼν τρῖψον καὶ πότισον τὴν γυναῖκα καὶ ὄψει τὴν δόξαν τοῦ θεοῦ.

[Πρὸς ἕλμινθας θαυμαστόν.] Μελάνθιον τρίψας μετὰ γάρους δὸς πιεῖν.

[Εἰς τὸ γνῶναι ἐκ τοῦ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ὁποῖός ἐστιν ἄπαις.] Φακὴν ἀπόρεξον εἰς τῶν ἀμφοτέρων τὸ οὖρον χωρὶς καὶ ὁποῖον φύσει, ἐκεῖνός ἐστιν ὁ ποιῶν παῖδα, καὶ τὸ μὴ φύων ἄπαις.

[Πρὸς ῥῖγος.] Γράψον εἰς μῆλα τρία ἢ πεπώπουλα οὕτως, φησὸν, σαὸς δράος δάνονος δανάβιος, καὶ δίδου τρώγειν.

[Κατασκευὴ γάρους Ἰωάχου τοῦ μαρτυροπολίτου.] Λα-

ſtillato et his occiput oblinito. *Aliud.* Nigri veratri radicem in aures imponito et ſanus erit: probatum enim eſt.

[*Ad cuſtodiendam vitem.*] Decocto centaurii vitis palmites conſpergito: hoc canes, vulpes caelique volucres fugat.

[*Ad ſtrangulatus uteri.*] Os quod cervus in corde habet, terito et mulieri potandum dato et videbis gloriam dei.

[*Ad lumbricos remedium mirabile.*] Nigellam tritam cum garo bibendam dato.

[*Ad cognoſcendum uter, maſculusne aut foemina ſterilis ſit.*] Lentem in utriusque urinam ſeorſim conjice et utrius lens germinabit, ille filios creare poteſt; cujus vero non germinabit, ſterilis erit.

[*Ad rigorem.*] Scribe in tribus malis vel pepolis ſic, aut ita dicas, ſanus, dravus, danonus, danabius, et eſui dato.

[*Confectio gari Joachi Martyropolitae.*] Recipe

Ed. Chart. X. [656.]

βῶν ψωμίον ἄζυμον ἀνάρτυτον, σεσημμένον λίτρ. α΄. μελάνθιον τζιαρίκην α΄. ἡμίκλου συγκεκομμένον ἡδύοσμον, καλαμίνθην, βουνίσην ἄνυδρον, ἀνὰ ἡμίλιτρον· πήγανον τράμια μ΄. ἀγριοθύμβρον τράμια μ΄. μάραθρον τράμια μ΄. ἄνισον τράμια λ΄. ναναχουὰν τράμια μ΄. σταφίδας, μαύρας λιπαρὰς ἡμίλιτρον· φοινίκια καθαρὰ τζιαρίκην α΄. μέλι ἀληθινὸν, ἱλαροῦ μελισίου ἡμίλιτρον, σάκχαρ κάντιον τζιαρίκην α΄. ῥόδα ξηρὰ ἢ ῥοδόσταγμα τράμια ρ΄. ταῦτα δεῖ τίθεσθαι ἐν πίθῳ μετὰ ὕδατος καὶ τίθεσθαι ἐν ἡλίῳ ἡμέρας μ΄. σὺν αὐτοῖς δὲ δεῖ βάλλειν ἐν ὀθονίῳ καθαρῷ ξυλαλόην τράμια ε΄. στάχυν τράμια ζ΄. καρυόφυλλα τράμια β΄. κρόκον τράμια γ΄. μαστίχην τράμια ι΄. λίβανον τράμια ι΄. τρουτζίον φλοιὸν τράμια ιε΄. μόσχου τράμιον α΄. ἄμβαρ τάγκια β΄. βάλλε ὁμοῦ ὅλα ἐν τῇ ὀθόνῃ καὶ θὲς μέσον τοῦ χυλοῦ ἐν τῷ πίθῳ καὶ τὰς μ΄. ἡμέρας καθ᾽ ἑκάστην τρῖβε καὶ ἀποπιάνειν κρεμάμενον δηλονότι ἐν τῷ πίθῳ μέσον τοῦ χυλοῦ καὶ μετὰ μ΄. συνάγειν τὸ ὕδωρ τὸ ἐπάνω τοῦ χυλοῦ καὶ τιθεῖν εἰς ἕτερον ἀγγεῖον· τῷ δὲ χυλῷ τιθεῖν ἕτερον ὕδωρ ἡλιαζόμενα ἀμφό-

fruſtuli panis non fermentati, non conditi, putrefacti lib. j, nigellae tziaricam j, ſemicontuſae menthae, calaminthae, buniſae aridae, ſingulorum ſemilibram; rutae, thymbrae ſilveſtris, foeniculi, ſingulorum tramia quadraginta, aniſi tramia triginta, nanachuam tramia xl, uvarum paſſarum, pinguium maurarum ſemilibram, palmularum mundatarum tziaricam j, mellis veri, hilari meliſii ſemilibram, ſacchari cantii tziaricam j, roſarum ſiccarum aut liquoris ab eis per ignem extracti tramia c. haec in dolio ponenda ſunt cum aqua et per xl dies ſoli exponenda; ipſa praeterea dejicienda ſunt in linteo mundo deligata ligni aloës tramia v, ſpicae tramia vij, caryophyllorum tramia ij, croci tramia iij, maſtiches tramia x, thuris tramia x, corticis ſtruthii tramia xv, muſci tramium j, ambrae tramium j, haec omnia linteolo incluſa in dolioli medium ſuccum demittito et per xl dies quotidie terito et exprimito, ſuſpendens videlicet in dolio in medio ſucco, et poſt quadrageſimum diem aquam ſucco

τερα. μετὰ δὲ τὸ συναχθῆναι τὸν ζωμὸν ὅλον εἰς ἕτερον ἀγγεῖον, βαλὼν ἐν κακκαβίῳ γανωτῷ ἢ ἐν χύτρᾳ, καὶ ἀποτριτώσας, κυδώνια ὥριμα πληροῖς, τὴν δὲ ὀθόνην μηδέποτε ἄρῃς ἐκ μέσου τοῦ γάρους καὶ λάβῃς γάρος ἄριστον καὶ ὠφέλιμον ἐν πᾶσιν ἀνθρώποις.

[Περὶ κεφαλαλγίας Βαρλαμὰ μοναχοῦ.] Ἄλευρον κυάμινον λεῖον χειροπληθὲς καὶ μαστίχης ὁμοίως ὀλίγον σὺν κυμίνῳ ὀλιγοστῷ· δεῖ ἑνῶσαι μετὰ τοῦ ζωμοῦ τῶν κυδω- [657] νίων μήλων καὶ ποιῆσαι ἔμπλαστρον καὶ ἐπιθεῖναι τῷ μετώπῳ ἀπὸ μήνιγγος.

[Περὶ δυσουρίας.] Μύρον χριστὸν βάλλε εἰς τὸν οὐρητῆρα καὶ εὐθέως οὐρήσει· ἢ μέλι καὶ ἀγριοκάνναβον ἑνώσας ποίησον ὑπόθεμα καὶ θὲς ὑπὸ τὸν ἀφεδρῶνα, ἢ μόσχον θὲς ἐν τῷ οὐρητῆρι.

[Πρὸς αἷμα ἐκ ῥινῶν.] Καννάβου φύλλα ξηράνας καὶ τρίψας ἐμφύσα εἰς τὸν ῥόθωνα, ἢ πάνην λινὸν καύσας μετ᾽ ὄξους δριμέος ἐμφύσα εἰς τὰς ῥῖνας.

ſupernatantem projice in aliud vas et ſucco aquam alteram impone atque utraque illa iterum ſoli expone; poſtquam autem totum jus coactum fuerit, imponito in altero vaſe, in cacaboque nitido, aut olla decoquito ad tertias maturisque cotoneis impleto, neque ex medio garo unquam linteolum eximas, ſic enim optimum garum habeas et omnibus hominibus utile.

[*Ad capitis dolorem Barlamae monachi.*] Recipe fabaceae farinae pugillum, maſtiches parum cum modico etiam cumino; haec in unum miſcenda ſunt indeque cum ſucco malorum cotoneorum emplaſtrum faciendum eſt, quod membranae illitum fronti apponendum eſt.

[*Ad dyſuriam.*] Optimum unguentum injice in urinarium meatum et ſtatim minget; aut mel cum canabi ſilveſtri in unum mixtum perinaeo impone: aut muſcum impone urinario meatui.

[*Ad ſanguinem e naribus profluentem.*] Canabis folia arida et trita in narem inſufflato. Aut lineum pannum uſtum et ex acri aceto tritum in nares inſufflato.

Ed. Chart. X. [657.]

[*Περὶ ὑστέρας γυναικός.*] *Ὄψον ψωμίου καὶ ἀμανητάριον ἀληθινὸν καὶ καρδὶδ, καύσας μετὰ οἴνου παλαιοῦ δὸς πιεῖν.*

[*Περὶ τοῦ μὴ ἀπολλύειν τὸ δένδρον τὸν καρπόν.*] *Κρίνου ῥίζαν κρέμασον εἰς τὸ δένδρον καὶ στήκει ὁ καρπὸς αὐτοῦ καὶ μὴ πίπτει.*

[*Πρὸς τραῦμα γλυκύ.*] *Καρδίαν μετὰ τοῦ φλοιοῦ καὶ κέρας ἐλάφου καύσας μετὰ ἐλαίου ἄλειφε.*

[*Πρὸς στόμαχον.*] *Πήγανον καὶ θύμβραν μετὰ ὠοῦ καὶ κύμινον καὶ ἡδυόσμου τὰς ῥίζας δὸς πιεῖν.*

[*Πρὸς λειχῆνας.*] *Πέπερι τρίψας μετὰ γυναικείου γάλακτος ἐπάλειφε καὶ ἴαται.*

[*Πρὸς πόνον ὀδόντων.*] *Λεπίδια ὠῶν καὶ σηπίαν καὶ ἔλαιον μίξας ἀποτρίτωσον καὶ χλιάνας βάλλε εἰς τὸν τόπον.*

[*Πρὸς ἕλμινθας.*] *Κέρας ἐλάφου ῥηνίσας μετὰ οἴνου παλαιοῦ δὸς πιεῖν ἀπὸ λουτροῦ.*

[*Ad muliebres uteros.*] Obſonium ex juſculo et verum amanetarium et cardid uſtum ex vino veteri bibendum dato.

[*Ut fructus arbor non amittat.*] Lilii radicem arbori ſuſpendito fructusque ſtabilis manebit nec decidet.

[*Πρὸς δυσουρίαν καὶ στραγγουρίαν.*] *Κόστου, μέλιτος, ὕδατος κυάθους θʹ. δίδου πιεῖν κρατῆρα, τὸν μισθὸν προαπαιτῶν. ἄλλο. Κυπέρου Ἀσιατικοῦ κο-* [667] *χλιάριον αʹ μετὰ ἀκράτου δίδου λεῖον ἢ μετὰ μέλιτος· ἔστι γὰρ δόκιμον.*

[*Πρὸς δυσουρίαν.*] *Πετροσελίνου Μακεδονικοῦ κόψας δίδου κοχλιάριον αʹ.*

[*Πρὸς στραγγουρίαν.*] *Κολοκύνθην κοπάνισον ξηρὰν ὡς ἀλεύρου καὶ κοχλιάριον μικρὸν μεθ᾽ ὕδατος δὸς πιεῖν.*

[*Πρὸς τοὺς ἐνουροῦντας εἰς τὰ σάγια.*] *Λαγωοῦ ἐγκέφαλον σὺν οἴνῳ πότισον. ἄλλο. φῦσαν ὀπτήσας δὸς φαγεῖν ἐπὶ ἡμέρας γʹ. ἢ κύπερον λειώσας πότισον, ἢ λαγωοῦ ὄρχιν ἐν οἴνῳ εὐώδει χλιαρῷ δὸς πιεῖν.*

[*Πρὸς στραγγουρίαν.*] *Δενδρολίβανον λαβὼν βράσον μετ᾽ οἴνου πλεῖστον ἐπὶ ἡμέρας τρεῖς πάρεχε πίνειν. λαβὼν ῥαφίδα τὸ θαλάσσιον ὀψάριον καύσας καὶ τὴν σποδιὰν δὸς πιεῖν.*

[*Ad urinae ſtillicidium.*] Foeniculi ſemen, palmulas Thebaïcas ad portiones pares conterito et ex aqua temperata calida bibenda dato.

[*Ad urinae difficultatem et ſtillicidium.*] Recipe coſti, mellis, aquae cyathos ix, ex his in potum da craterem, mercede tamen prius expetita. *Aliud.* Cyperi Aſiatici triti cochlearium j ex vino meraco aut ex melle exhibe: probatum eſt.

[*Ad urinae difficultatem.*] Petroſelini Macedonici triti da cochlearium.

[*Ad ſtillicidium.*] Cucurbitam aridam tritam inſtar farinae da ex aqua quantitate cochlearii parvi ad bibendum.

[*Ad mingentes in ſtragulis.*] Leporis cerebrum ex vino bibat. *Aliud.* Veſicam aſſam comedendam dato per triduum. Aut cyperum tritum bibendum dato, vel teſtem leporis ex vino odorato tepido potui dato.

[*Ad ſtillicidium.*] Arborem thuris diutius ſerveſacito in vino et per triduum potui dato. Accipe raphida marinum piſciculum, urito et cinerem bibendum offerto.

Ed. Chart. X. [667.]

[*Περὶ λειχήνων.*] *Κέρας ἐλάφου ῥινήσας μετ᾽ ὄξους δριμυτάτου ἀποτριτώσας ἐπάλειφε.*

[*Πρὸς ἀγρίου λειχῆνας.*] *Κριθάλευρον μετ᾽ ὄξους δριμέος ἐμμίξας ἄλειφε, ἢ ἀκροσφοδείλου ῥίζαν σὺν ὄξει λειώσας χρῖε συχνῶς, ἢ καῦσον λινοῦν πανίον ἐπάνω σιδήρου καὶ ἄλειφε, ἢ φύλλα καρύας χλωρὰ ἀποζέσας κατάπλαττε. τοῦτο καὶ ἐπὶ ψώρας.*

[*Πρὸς αἰδοίου πόνον καὶ φλεγμονήν.*] *Κύμινον ἑψήσας πολλὰ καὶ λέπυρα ᾠῶν ἐπάντλει, καὶ θαυμάσεις.*

[*Πρὸς λειχῆνας.*] *Σκόροδον καὶ θεάφην, ὕδωρ καὶ ἔλαιον σμήξας ἄμφω ἄλειφε.*

[*Κατάπλασμα πρὸς τραύματα πρόσφατα ἀπὸ ξίφους ἢ ξύλου.*] *Ἰτέας φύλλα τρίψας ἐπίθες καὶ τὸ αἷμα στήσεις καὶ τὰ τραύματα παρακολλᾷ καὶ ὑγιαίνει. ἢ βολβοὺς προβάτων ἅμα ἐλαίῳ λειώσας κατάπλασον.*

[*Πρὸς δηλητήρια φάρμακα.*] *Πήγανον καὶ σῦκον καὶ κάρυον τρίψας πότισον μετ᾽ οἴνου, ἢ τῆς νύσσης τὸ αἷμα*

[*Ad impetigines.*] Cornu cervi ramenta ad tertias ex acerrimo aceto coquito ac illinito.

[*Ad ferinas impetigines.*] Hordeaceam farinam acri aceto miſce et illine. Aut haſtulae regiae radicem ex aceto terito et inungito frequenter. Aut linteum lineum urito ſuper ferro candenti et illinito. Aut folia virentis nucis coquito et facto cataplasmate apponito; hoc valet etiam ad ſcabiem.

[*Ad dolorem et inflammationem penis.*] Cuminum et ovi putamina plurimum decoquito et foveto, et mirabere.

[*Ad impetigines.*] Allium et theaphen, aquam et oleum ſimul miſce et illine.

[*Cataplasma ad recentia vulnera ex enſe vel ligno.*] Salicis folia trita imponito et ſanguinem reprimes et vulnera conglutinabis, ſanitatemque reſtitues. Aut ſimum ovillum ex oleo tritum in modum cataplasmatis imponito.

[*Ad medicamenta pernicioſa.*] Rutam, ſicum et nucem terito et ex vino da in potum. Aut fulicae ſanguis

Ed. Chart. X. [667.]

ὑγρὸν σὺν ἐλαίῳ πινόμενον σώζει τοὺς πιόντας δηλητήριον φάρμακον καὶ τοὺς ὑπὸ ἐχίδνης δηχθέντας.

[*Πρὸς ῥεῦμα ἐν τῷ λαιμῷ.*] Χελιδόνος νεοττιὰν λειώσας μετ᾽ ὄξους κατάχριε.

[*Πρὸς μαστῶν γυναικῶν ὄγκους.*] Αἰγὸς ἀφόδευμα ξηρὸν μετὰ οἴνου ἀκράτου ἐπίθες καὶ λύει τὴν φλεγμονήν.

[*Εἰς λυκοκεφαλίαν.*] Χοίρου ἀφόδευμα καύσας καὶ λαβὼν σποδὸν, μίξας μετὰ μέλιτος, ξυρήσας τὴν κεφαλὴν ἄλειφε καὶ ἐπίθες ἐπάνω κράμβης φύλλα.

[*Βηχικοῖς καὶ ἐκτικοῖς.*] Στύρακος καὶ κράμβης χυλοῦ συντρίψας καὶ ζυμώσας δίδου νήστει καὶ εἰς κοίτην, ἢ δαφνελαίου καὶ οἴνου καλοῦ, ἀνὰ < γ'. σμήξας καὶ χλιάνας ἐν λουτρῷ ἔσωθεν καὶ οἰνελαίου θερμοῦ κέρα καὶ συμπυριάσας τῷ στομάχῳ. ἄλλο. θερμῶν πυρίαν στακτὴν βρέξας, πυρία πόδας τοῦ βήσσοντος καὶ ἀποσπογγίσας αὐτοὺς ἐπάλειφε καὶ πυρίαζε. τοῦτο δὲ βῆχας ἰαθήσεται.

[*Εἰς βῆχας.*] Ῥητίνην συντρίψας μετὰ οἴνου παλαιοῦ

liquidus cum oleo bibitus eos ſervat qui medicamentum venenoſum auferunt et eos quos momordit vipera.

[*Ad fluxionem gutturis.*] Hirundinis nidum ex aceto terito et illinito.

[*Ad tumores mammarum mulierum.*] Si caprinum ſtercus aridum teras ex vino meraco et imponas, inflammationem ſolves.

[*Ad lupinum capitis dolorem.*] Stercus ſuillum urito cineremque cum melle miſceto et caput prius raſum illinito, appoſitis deſuper braſſicae foliis.

[*Ad tuſſim et febrem hecticam.*] Styracem et braſſicae ſuccum ſimul terito et ea fermentata jejuno et eunti cubitum exhibeto. Aut recipe olei laurini et optimi vini utriusque drach. iij et miſce et tepeſac in balneo interius, et vinum oleumque calidum temperato et ſtomachum ſoveto. *Aliud.* Lixivio collato calido pedes ſoveto et ſpongia deterſos illinito et foveto; hoc tuſſes curat.

[*Ad tuſſes.*] Reſinam tritam ex vino veteri jejuno

πότισον νήστει. καὶ γλήχωνα μετ' ὀξυκράτου προεψήσας δὸς πιεῖν, ἢ βερονίκην ζυ- [668] μώσας μετὰ μέλιτος δίδου φαγεῖν, ἢ ῥαφανὴν ὀπτὴν ἐσθιομένην δίδου πρωΐ καὶ ὀψὲ, ἢ βούτυρον ἄναλον καπινέτω βασιλικοῦ καρύου μέγεθος.

[Πρὸς τοὺς ἐν τῷ θώρακι χυμούς.] Κνίδης τὰ φύλλα συνεψηθέντα πτισάνῃ δίδου πίνειν. ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς πνευματώσεις καὶ ἀνάγει τὰ ἐν τῷ θώρακι.

[Πρὸς βῆχας.] Τῆλιν ἑψήσας ἕως ὅτου ἀποτριτωθῇ, τὸ ζεμάτιον λάβε τῷ πρωΐ μετὰ μέλιτος.

[Εἰς καλλιφωνίαν.] Τραγάκανθα ἀποβραχεῖσα ἐν οἴνῳ καὶ ποθεῖσα φωνὴν λαμπρύνει.

[Πρὸς ἀποκοπὰς φωνῆς.] Στύρακα λειώσας μετὰ ὕδατος ποίει καταπότια ἴσα ἐρεβίνθοις καὶ δίδου τρίτον καὶ εὐθέως λαλήσει.

[Αὐξητικὰ πλοκάμων καὶ πώγωνος, εἰ ἐπιῤῥέουσι.] Τεῦτλον μετὰ μυρσινελαίου καὶ πολυτρίχου μίξας κατάχριε τὰς τρίχας, ἢ ἀδίαντον καὶ λάδανον ἴσα λειώσας μετ' ἐλαίου

bibendam dato. Et decoctum pulegii ex poſca bibatur. Et beronicem cum melle fermentatam edendam dato. Aut raphanum toſtum comedendum offerto mane et vesperi. Aut butyrum ſine ſale quantitate nucis avellanae devoret.

[*Ad humores in pectore detentos.*] Urticae folia ptiſanae incocta potui dato; ſed ad inflationes benefaciunt materiamque ex pectore educunt.

[*Ad tuſſes.*] Foenum graecum decoctum quousque tertia pars ſuperſit et ejus jusculum ſummo mane ex melle bibat.

[*Ut vox canora fiat.*] Tragacantha vino madefacta et epota vocem claram efficit.

[*Ad amiſſam vocem.*] Styracem terito, ex qua catapotia ex aqua formato magnitudine ciceris et ter dato, ſtatimque loquetur.

[*Ad augendos capillos et barbam, ſi decidant.*] Betam cum oleo myrteo et polytrichum misce et illine capillos. Aut adiantum et ladanum paribus portionibus te-

Ed. Chart. X. [668.]

ὀμφακίνου ἢ μυρσίνου ἢ σχινίνου ἐπίχριε. ἄλλο. λάδανον ἀποβρέξας σὺν οἴνῳ Ἀμιναίῳ καὶ μυρσινελαίῳ, λειώσας ἄμφω, ποίει πάχος μέλιτος καὶ ἐπίχριε τὴν κεφαλὴν ἐν βαλανείῳ. βέλτιόν ἐστι καὶ τὸ ἀδίαντον, ὅ τινες καλοῦσι πολύτριχον, τὸ ἕβδομον μέρος λαδάνῳ ἐπίβαλλε καὶ χρῖε.

[*Πρὸς ὀδύνας νεφρῶν.*] *Γλήχωνι συνεψείσθωσαν πίτυρα ἐξ ἀλεύρων καὶ σακκελίσας τὸν ζωμὸν καὶ σπόγγῳ τοῦτο βρέξας, πυριαζέσθω οὕτως.*

rito ex immaturo oleo vel myrtino vel lentiscino et illine. *Aliud.* Ladanum madefactum in vino Aminaeo et oleo myrtino terito ambo ad mellis ſpiſſitudinem, et in balneo caput illinito; melius autem eſt adiantum, quod nonnulli polytrichum vocant, ſi ſeptimam partem ladano indideris et inunxeris.

[*Ad dolorem renum.*] Pulegium cum farinae furfuribus decoquito et in jus collatum demiſſa ac imbuta ſpongia foveto.

# ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΠΑΡΑ ΤΗΝ ΛΕΞΙΝ ΣΟΦΙΣΜΑΤΩΝ.

Ed. Chart. II. [73.] Ed. Baſ. IV. (32.)

[73] (32) Κεφ. α΄. [Παρὰ τρόπους ἓξ τὸν ἀριθμὸν γίνεσθαι τὰ παρὰ τὴν λέξιν σοφίσματα, τῇ τοῦ Ἀριστοτέλους ἀξιοπιστίᾳ.] Ἀριστοτέλης ὁ φιλόσοφος διδάσκων ἡμᾶς ἐν τῷ περὶ σοφιστικῶν ἐλέγχων συγγράμματι παρ᾽ ὅσους τρόπους γίνεται τὰ παρὰ τὴν λέξιν σοφίσματα, τρόπους μὲν ἓξ τὸν ἀριθμὸν εἶναί φησι, ἐκτίθεται δὲ αὐτοὺς οὕτως. παρ᾽ ὁμωνυμίαν, ἀμφιβολίαν, προσῳδίαν, σύνθεσιν, διαίρεσιν,

# GALENI DE SOPHISMATIS SEU CAPTIONIBUS PENES DICTIONEM.

Cap. I. [*Sex modis ſophismata in dictione contingere, Ariſtotelis auctoritate.*] Ariſtoteles philoſophus docens nos in libro de ſophiſticis elenchis (*captioſis argumentis*) quot modis in dictione ſophismata ſeu captiones contingant, modos ſex quidem numero eſſe aſſerit, eosque ita exponit: in aequivocatione, in ambiguitate, in accentu, in compoſitione, in diviſione, in dictionis ſigura. So-

σχῆμα λέξεως. καλεῖ δὲ παρ' ὁμωνυμίαν μὲν ὅταν διὰ τῶν ὀνομάτων ἐν τῷ λόγῳ πλείω σημαίνηται, καθάπερ ἐν τῷ κύνα τεθήρακα· πλείω γὰρ οὗτος ὁ λόγος σημαίνει διὰ τοὔνομα τὸν κύνα. παρ' ἀμφιβολίαν δὲ, ὅταν παρ' αὐτὸν τὸν λόγον ἐν αὐτῷ τὸ διττὸν ᾖ. καθάπερ ἔχει τὸ, γένοιτο καταλαβεῖν τόνδ' ἐμὲ, ἐνταῦθα τῶν μὲν ὀνομάτων οὐδὲν διττὸν, αὐτὸς δὲ ὁ λόγος ἐφ' ἑαυτοῦ σημαίνει τὸ, ἑλεῖν τε καὶ ἀναιρεθῆναι. παρὰ δὲ τὴν προσῳδίαν, ὅταν διττὸν γίγνηται. καθάπερ ἐν τῷ [74] Ορος ἕστηκε. τὸ γὰρ διπλοῦν, παρὰ τὴν διττὴν προσῳδίαν τιθεμένην κατ' ἀρχὰς, ἢ περιαιρουμένην· παρὰ δὲ τὴν σύνθεσιν καὶ διαίρεσιν, ὅταν αὐτὴ ποιῇ τοῦ σημαινομένου τὴν διαφορὰν, ὥσπερ

*Πεντήκοντ' ἀνδρῶν ἑκατὸν λίπε δῖος Ἀχιλλεύς.*

ἡ γὰρ διαφορὰ τοῦ ἀνδρῶν, τοῦ ἢ συντιθεμένου, ἢ διαιρουμένου ἀπὸ τῶν ν' ἐστί. παρὰ δὲ τὸ σχῆμα τῆς λέξεως, ὁπόταν ἕτερον τῷ ὄντι σημαίνῃ, ἕτερον δὲ διὰ τὸ εἶδος καὶ τὸ σχῆμα. δοκεῖ δὲ οἷον τὸ ἀκούω. ἔστι μὲν τοῦ πάσχειν

phismata in aequivocatione vocat, ubi nomina in oratione poſita plura ſignificant, ut canem venatus ſum: plura enim haec oratio ſignificat ob id vocabulum, canem. Sophismata vero in ambiguitate, quum orationi ipſi in ſe duplex ſenſus eſt, ut haec ſe habet, hunc licet capere me: hic nominum quidem nullum ambiguum, ſed oratio ipſa per ſe capere et capi ſignificat. At in accentu, quum duplex contingit, ut hac in dictione, *Ορος ἕστηκε*, mons aut terminus ſtabat; ipſum enim nomen duplex ob duplicem accentum, qui in principio ponitur aut tollitur. Sophisma autem in compoſitione et diviſione quum ipſae ſignificationis differentiam faciunt, ut

*Quinquaginta virum centenos liquit Achilles.*

Differentia namque eſt dictioni, virum, aut compoſitae cum quinquaginta aut a quinquaginta diviſae. Denique in dictionis figura quum aliud *dictio* vere ſignificat, aliud vero propter ſpeciem et figuram ſignificare videtur, ut

δόξῃς ἂν τοῦ ποιεῖν, διὰ τὴν προφορὰν, ὅπερ ἐστὶ τὸ σχῆμα παραπλήσιον κρατεῖσθαι τοῖς τοῦ ποιεῖν, τοῦ τρέχω καὶ νοῶ. ἑλκύσει γὰρ ἂν ὁ σοφιστικὸς πρὸς ἑκάτερον. πρὸς μὲν τὸ πάσχειν ὅτι ἐστί. πρὸς δὲ τὸ ποιεῖν ὅτι φαίνεται. τούτοις δ' ἐξηριθμημένοις τοῖς τρόποις ἐφεξῆς δείκνυσιν, ὅτι μηδείς ἐστιν ὃν παραλέλοιπε, μηδὲ οἷόν τέ ἐστι τῶν παρὰ μὲν τὴν λέξιν τι σοφισμάτων, ἔξω πεσεῖν τῶν εἰρημένων. ὁ δὲ λόγος δι' οὗ ταῦτα δείκνυσίν ἐστιν οὗτος. τούτου δὲ πίστις ἥ τε διὰ τῆς ἐπαγωγῆς καὶ συλλογισμὸς, ἄν τε ληφθῇ τις ἕτερος καὶ ὅτι τοσαυταχῶς ἂν τοῖς αὐτοῖς ὀνόμασι καὶ λόγοις, μὴ ταὐτὸν μέντοι δηλώσαιμεν. τὸ μὲν οὖν τῆς ἐπαγωγῆς γνώριμον. εἰ γὰρ καθ' ἕκαστον εἰπόντι καὶ λαβόντι τῶν παρὰ τὴν λέξιν σοφισμάτων φαίνοιτο μηδὲν πίπτειν ἔξω τῶν εἰρημένων τρόπων, δῆλον ἤδη ταύτῃ γε, ὅτι μηδεὶς παραλέλειπται τρόπος· τὸ δ' ἐφεξῆς παντάπασιν ἀσαφές ἐστι, τί ποτε βούλεται λέγειν ἐν τῷ καὶ συλλογισμὸς, ἄν τε ληφθῇ τις ἕτερος καὶ ὅτι τοσαυταχῶς ἂν τοῖς αὐτοῖς ὀνόμασι καὶ λόγοις οὐ ταὐτὰ δηλώσαιμεν,

*verbum* audio: eſt quidem paſſionis cum actionis eſſe videatur, propter prolationem, id eſt figuram ſimilem iis quae verborum actionis ſunt, ut curro et intelligo. Trahet enim ad utramque partem ſophiſticus *homo;* ad paſſionem, quoniam *ita* eſt; ad actionem, quia ita videtur. His vero ſex enumeratis modis deinceps oſtendit nullum eſſe ab eo praetermiſſum, neque poſſe aliquod in verbo ſophisma extra *modos* propoſitos cadere. Verba vero, quibus id oſtendit, haec ſunt: Hujus rei fides eſt et ea, quae per inductionem fit et ſyllogismus et ſi alius aliquis ſumatur et quod tot modis, nominibus iisdem et orationibus non eandem rem ſignificamus. Ea igitur, quae de inductione loquitur, contextus pars manifeſta eſt: ſi enim ſingula in verbo ſophismata percurras ſumasque nec ullum horum appareat extra praedictos modos cadere, perſpicuum jam ita eſt, nullum praetermiſſum eſſe modum: quod vero ſequitur, omnino obſcurum eſt quid velit quum dicit et ſyllogismus et ſi alius aliquis ſumatur et quod tot

οὐδέ γε ὅπως ἂν ἕτερόν τινα λάβοιμεν συλλογισμὸν εἴρηται· τὸ δὲ καὶ ὅτι τοσαυταχῶς ἂν τοῖς αὐτοῖς ὀνόμασι καὶ λόγοις οὐ ταὐτὰ δηλώσαιμεν, συλλογισμοῦ συμπεράσματι μᾶλλον ἔοικεν ἢ συλλογισμῷ. σύνηθες δὲ τὸ τοιοῦτο τάχος τῷ φιλοσόφῳ καὶ καθάπερ ἐπὶ σημείων ἐκφέρειν τὰ πολλὰ καὶ διὰ τὸ, πρὸς τοὺς ἀκηκοότας ἤδη γράφεσθαι. τῶν οὖν ἐξηγησαμένων αὐτὸν οἱ μὲν οὐδ' ἐπεχείρησαν ταῦτ' ἀκριβῶσαι τὸν προσήκοντα τρόπον· οἱ δ' οὐκ ἔτυχον. ἡμεῖς δὲ πειραθῶμεν οὐκ Ἀριστοτέλους ἕνεκεν, οὐδ' ὡς τῷ λόγῳ βοήθειάν τινα πορίζοντες, ἀλλ' ἡμῶν αὐτῶν. φιλοσόφου γὰρ οὐ μόνον τὰς προτάσεις λαβόντα συλλογίσασθαι, καθάπερ τοῖς πλείστοις εἴωθεν, ἀλλὰ καὶ τοῦ συμπεράσματος κειμένου τὰς προτάσεις κατασκευάσαι.

Κεφ. β'. [*Παρὰ τὸ διττὸν πάντα τὰ παρὰ τὴν λέξιν σοφίσματα γίνεσθαι.*] Ἐπεὶ δὲ δεῖξαι πρόκειται τοσαυταχῶς γίνεσθαι τὰ παρὰ τὴν λέξιν σοφίσματα, ὁσαχῶς Ἀριστοτέλης ἔφη, τὰ παρὰ τὸ διττὸν, δῆλον ὡς δύο δεικτέον

modis, nominibus iisdem et orationibus non eandem rem ſignificamus, ſiquidem nec quonam modo alium aliquem ſumamus ſyllogismum dictum eſt: id vero et quod tot modis, nominibus iisdem et orationibus non eandem rem ſignificamus, ſyllogismi concluſioni magis ſimile eſt quam ſyllogismo: conſueta vero eſt haec huic philoſopho dicendi brevitas et veluti per ſigna expromere multa, quia ad hos qui jam adiverant, ſcribebantur. Qui igitur eum expoſuerunt, alii haec accurate tractare, quod decebat ne tentarunt quidem: alii non conſequuti ſunt: nos vero tentemus non Ariſtotelis cauſa, neque ut orationi ejus opem feramus, ſed cauſa noſtra. Philoſophi enim eſt non ſolum aſſumptis propoſitionibus ratiocinari, ut multorum mos eſt, ſed etiam concluſione poſita propoſitiones ipſas conſtruere.

Cap. II. [*Penes ipſum duplex omnia in dictione ſophismata accidere.*] Quoniam vero monſtrare propoſitum eſt, tot modis in verbo ſophismata fieri, quae penes ipſum duplex ſunt, quot modis Ariſtoteles dixit, patet duo

ἡμῖν, ἓν μὲν ὅτι πάντα τὰ παρὰ τὴν λέξιν παρὰ τὸ διττόν ἐστιν, ἕτερον δ' ὅτι παρὰ τὸ διττὸν τοσαῦτα. δῆλον δ' ἐκεῖνό γε πᾶσιν, ὅτι πάντα τὰ παρὰ τὴν λέξιν σοφίσματα παρὰ κακίαν αὐτῆς ἀνάγκη συμβαίνειν· ταύτης γὰρ ὥσπερ ἀρχῆς ἐχόμενοι ἐξαπατῶσιν οἱ σοφισταὶ τοὺς ἀπειροτέρους ἐν τούτοις καὶ μὴ συνορῶντας τὸ κίβδηλον. εἰ δὴ ὅσα βουλοίμεθα καλῶς λαβεῖν πόσα παρὰ τὴν λέξιν συμβαίνει σοφίσματα, ληπτέον πόσαι ποτ' εἰσὶν αἱ κακίαι ἐν αὐτῇ· ὃ ἂν συνοφθείης τῆς ἀρετῆς ληφθείσης, εἴπερ ἐστὶ μία εἴ τε πλείους ἁπασῶν· ἁμαρτία γὰρ τῆς ἀρετῆς ἔοικεν εἶναι [75] καὶ ταύτης ὀρθῶς ληφθείσης εὐθὺς κἀκείνην γνωρίζεσθαι. ἐπεὶ δὲ, καθάπερ ἐν ἑτέροις ἀποδέδεικται λόγοις, τὸ εὖ τε καὶ ἡ ἀρετὴ, ἐν ἐκείνῳ πρὸς ὃ πέφυκεν, ἢ γέγονεν, ἀνθρώπου μὲν τὸ ζῆν, μαχαίρας δὲ τὸ τέμνειν, ληπτέον ἂν εἴη τὸ πρός τι πέφυκεν ἢ γέγονεν ἡ λέξις. φαίνεται δὲ πρὸς ἓν τὸ σημαίνειν· δῆλον οὖν ὅτι καὶ εὖ καὶ κακῶς ἐν τούτῳ· δῆλον δὲ ὅτι καὶ μόνη τῶν ἀρετῶν αὕτη καθ' αὑτὴν τῆς λέξεως, αἱ δ' ἄλλαι κατὰ συμβεβηκὸς καὶ ἔξωθεν καὶ οὐ

haec a nobis demonſtranda eſſe, alterum, omnia in verbo ſophismata penes ipſum duplex eſſe, alterum tot eſſe numero penes ipſum duplex. Perſpicuumque illud omnibus eſt, omnia in verbo ſophismata ex vitio hujus contingere neceſſe eſſe: hoc enim tanquam principium ſequentes ſophiſtae decipiunt in ea re minus verſatos et qui captionis fraudem non animadvertunt. Si vero recte volumus quot in verbo ſophismata contingunt accipere, quot vitia ſunt, ſumendum eſt: quod cognoveris, ſi virtutem ſumas unicam eſſe aut plures: error enim a virtute eſſe vitium videtur: qua recte cognita ſtatim hoc quoque cognoscitur. Quoniam vero, ut alibi demonſtratum eſt, ipſum bonum virtusque in eo eſt, ad quod nata aut facta res eſt, ut hominis in vivendo, gladii in ſcindendo, idcirco ad quod nata aut facta eſt dictio ſumendum eſt: manifeſtum vero eſt ad unum hoc, ut ſignificet. Patet igitur, in hoc et bonum et vitium eſſe; patet quoque ſolam e virtutibus hanc in dictione eſſe per ſe: reli-

τοῦ πράγματος, οἷον εὐαρμοστία καὶ εὐγραμματία. τοῦτο γὰρ εἰ καὶ φαίνεταί τισιν εὖ, ἀλλ' οὐ κατὰ τὸ πρᾶγμα· ἀλλ' ὥσπερ εἰ ξίφος ἐλεφαντόκωπον εἴη, ἢ ὀφθαλμὸς ὑπογεγραμμένος· καὶ γὰρ τούτοις ταῦτα ἔξωθεν, τὰ δὲ καθ' αὑτὰ, ἐν τῷ τέμνειν τε καὶ ὁρᾶν καὶ τὴν ἀρετὴν ἑκάστου τυγχάνειν, εἴθ' ὡς λέγεται καθ' ἣν ἕδραν ἔχειν, πρὸς ὃ πέφυκεν, ἢ γέγονεν· δῆλον ὡς καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἀρετῶν ἐντεῦθεν ἄν τις γνοίη ὁπόσος ἐστίν· εἰ μὲν γὰρ πρὸς πολλὰ, πλείους, εἰ δὲ πρὸς ἕν, μία. φαίνεταί γε μὴν ἡ λέξις πρὸς ἓν τὸ σημαίνειν· εἴπερ τὸ καλῶς πρὸς τοῦτο μὴ σημαίνειν ἢ μὴ εὖ σημαίνειν κακία ἔσται· καίτοι ἴσως δεῖται σκέψεως, εἰ θετέον εἶναι λέξιν ἔτι, τὴν μὴ σημαίνουσαν. οὐδὲ γὰρ αὐλητὴς ὁ μὴ πεφυκὼς αὐλεῖν ὅλως· οὐκοῦν οὐδὲ κακὸς αὐλητής· οὐδὲ λέξεως ἄρα κακία τὸ μὴ σημαίνειν· τοῦτο δὲ εὐθὺς καὶ σημεῖον τοῦ μόνην τὴν ὑφ' ἡμῶν δὲ λεγομένην ἀρετὴν εἶναι τῆς λέξεως καθ' αὑτήν· ἐν ᾧ γὰρ ἑκάστου τὸ εἶναι, ἐν τούτῳ καὶ ἡ ἀρετή· ἡ δὲ λέξις ἐν τῷ

quas vero per accidens extrinſecusque eſſe, nec rei ipſius, ut concinnitas et apta literarum formatio; haec enim et ſi quibusdam ſe bona oſtendant, non tamen ſecundum rem ſe habent: ſed perinde ac ſi enſis manubrio eburneo ſit aut fucatus oculus: haec etenim his extrinſeca ſunt: quae vero ſunt per ſe, ea in ſcindendo et in cernendo ſunt. Si igitur uniuscujusque rei virtus eſt, ſive ut dicitur in eo poſita eſt, ad quod nata res aut facta eſt, patet quod et virtutum numerum hinc quis noverit quantus ſit; ſi enim ad multa res genita ſit, plures illae ſunt: ſi ad unum, una virtus eſt. Apparet ſane dictio ad unum nata, hoc eſt ad ſignificandum. Si igitur bonum ipſum in hoc poſitum eſt, hoc ipſum non ſignificare aut non recte ſignificare, vitium erit: nam conſiderandum videtur, an, quae non ſignificat, ea dictio ſtatuenda ſit: non enim tibicen is eſt, qui tibia natura non aptus eſt ullo modo canere, nec malus igitur tibicen eſt: ſic nec dictio eſt, quae non eſt ad ſignificandum apta: quare nec vitium dictionis erit non ſignificatio. Hoc vero protinus ſignum, ſolam eam

σημαίνειν· τούτου γέ τοι διαφθαρέντος, οὐδὲ λέξις, οὐκοῦν ἐν τούτῳ καὶ ἡ ἀρετὴ, διὸ καὶ μόνη συναποβάλλεται· αἱ δ᾽ ἄλλαι, διὰ τὸ μὴ κατ᾽ αὐτὸ τὸ πρᾶγμα εἶναι, οὐδὲν κωλύονται καὶ περὶ τὴν μὴ σημαίνουσαν ὑπάρχειν, οἷον ἡ εὐαρμοστία καὶ ἡ εὐγραμματία. κρείττω γοῦν διὰ ταῦτα καὶ τῶν βαρβαρικῶν διαλέκτων ἑτέραν ἑτέρας φαμὲν, οἷον τὴν Περσίδα τῆς Αἰθιοπικῆς, καίτοι μὴ σημαίνουσαν ἡμῖν· τὸ δ᾽ αἴτιον, ὅτι φωνὴ μᾶλλόν ἐστιν ἢ λέξις. ἀλλ᾽ εἴ τῳ καὶ δοκεῖ τοῦτο κακία τὸ μὴ σημαίνειν καὶ πλανᾶταί τις διὰ τὴν ὁμοιότητα τοῦ καλεῖσθαι. ἀλλ᾽ ἐκεῖνο δὲ δῆλον, ὡς οὐδ᾽ ἂν διὰ ταύτην κακίαν σόφισμα συμβαίνοι. τίς γὰρ ἂν ὁμολογήσειεν, ἢ συνθείη τίς πρὸς ἄσημον καὶ ἀσαφῆ λέξιν. λείπεται δὴ διὰ τὸ μὴ εὖ σημαίνειν· τοῦτο δὲ, ὅτι διττόν. ἐν τούτῳ γὰρ ὑπάρχει μόνῃ τῇ λέξει, σημαίνειν μέν τι, μὴ εὖ δὲ σημαίνειν. τὸ γὰρ κύων ὄνομα σημαίνει μέν τι, οὔπω δὲ τόδε τι, οὐδὲ ἀφωρισμένον ὅπερ ἦν (33) τὸ εὔληπτον·

quae nunc a nobis dicta eſt, virtutem eſſe dictionis per ſe: in quo enim unaquaeque res eſſe habet, in hoc ipſa virtus eſt: dictio autem habet in ſignificando eſſe, eoque corrupto, neque dictio eſt: igitur in hoc ipſo virtus eſt. Quare haec una cum ſignificatione deperditur, reliquae vero, propterea quod non ſecundum rem ipſam ſunt, non impediuntur circa hanc eſſe, quae non ſignificat, ut concinnitas et apta ſcriptura. Has ob res, quae linguae barbarae ſunt, earum alteram meliorem altera dicimus, ut Perſicam Aethiopica, quanquam nihil nobis ſignificantem: cauſa vero eſt, quia potius vox eſt quam dictio; ſed etſi vitium videatur, non ſignificatio, cum propter ſimilitudinem nominis decipiantur, patet non propter hoc vitium ſophisma contingere. Quis enim eſt, qui conſentiat aut quis eſt, qui proponat dictionem ſignificatione privatam et ignotam? Reſtat igitur, ut propterea contingat ſophisma, quia non recta ſignificatio ſit: haec vero talis eſt, quia duplex; in hoc enim ſolo dictio habet quidem quod ſignificet, verum non recte: canis enim nomen aliquid ſignificat, non tamen hoc aliquid, neque definitum quid-

κἀκεῖνο δὲ λέγεται καλῶς ὑπὸ Πλάτωνος, ὅτι πάντα ὅσα φθαρτὰ τῇ σφετέρᾳ κακίᾳ, φθείρει δὲ καὶ τούτων τὴν λέξιν. ἄγει γὰρ πρότερόν τινα εἰς ἀσάφειαν, ἀλλ' οὐχὶ ἁπλῶς ὥσπερ τὰ μηδὲν σημαίνοντα· ἡ δ' ἀσάφεια καὶ πρόσθεν ἐλέγετο διαφθορά τις εἶναι παντελὴς τῆς λέξεως· ὥσπερ πᾶν καὶ διὰ τοῦτο, μόνη κακία τὸ διττὸν, χωρὶς εἰ μή τις οἴεται κἀκεῖνα κακίας, οἷον ἔνδειαν, ἢ μακρολογίαν, ἢ περιττολογίαν· λανθάνειν τοῦτον νομίζω, ἀπατώμενον καὶ μὴ συνιέντα τούτων οὐδὲν ἁπλῶς κακὸν τῆς λέξεως, εἰ μὴ τὴν ἀσάφειαν, ἢ τὸ διττὸν ἐργάζοιτο· εἰ δὲ μόνη κακία λέξεως αὕτη καὶ καλῶς τὰ πρόσθεν εἴρηται. πάντα δὲ τὰ παρὰ τὴν λέξιν σοφίσματα παρὰ τὴν κακίαν ταύτην γίγνεται· πάντα τὰ παρὰ τὴν λέξιν ἔσται παρὰ τὸ διττόν.

[76] Κεφ. γ'. [Τὸ παρὰ τὸ διττὸν παρ' ἓξ τρόπους παρὰ τὴν λέξιν γενέσθαι. ὅ τι ποτέ ἐστι λόγος.] Δεικτέον δὲ τὸ μετὰ τοῦτ' ἂν εἴη, διὰ τί τὸ παρὰ τὸ διττὸν τοσαυταχῶς, ὁσαχῶς Ἀριστοτέλης φησὶ, συνίσταται· εἰ δὲ καὶ

quam, quod erat recte ſignificare. Illud vero recte a Platone dicitur, quaecunque proprio vitio corrupta ſunt, horum omnium dictionem corrumpit: ducit enim in obſcuram ſignificationem quodam modo, ſed non ſimpliciter, ut ea quae nihil ſignificant: obſcura vero ſignificatio prius dicta eſt perfecta eſſe dictionis corruptio: quapropter ſolum vitium eſt ipſum duplex: niſi quis ea quoque vitia putet, defectum, longitudinem, ſuperfluitatem dicendi: latere autem hunc arbitror deceptum et ignarum, nullum horum eſſe ſimpliciter dictionis vitium, niſi obſcuritatem aut duplicitatem efficiat: ſi vero ſolum hoc dictionis vitium eſt et recte ſupra dictum eſt omnia, quae in verbo ſophiſmata ſunt, ex ejus vitio fieri, propter ipſum duplex erunt omnia, quae in verbo ſophiſmata contingunt.

Cap. III. [*Ipſum duplex ſex tantum modis in dictione fieri. Quid ſit oratio.*] Poſt vero demonſtrandum eſt, propter quid tot modis ipſum duplex accidat, quot Ariſtoteles ſcribit: id vero ſi recte inveniri debet, ſumen-

τοῦτο μέλλει καλῶς εὑρεθήσεσθαι, ληπτέον πρότερον, ὅ τί ποτέ ἐστι λόγος τε καὶ ἐκ λόγων· λόγοι γὰρ καὶ αἱ προτάσεις· τούτων τινὶ ἢ τισι διττὸν ζητοῦμεν· ἔσται δὴ λόγος, ὡς πρὸς τὸ παρὸν ἀποχρώντως εἰπεῖν, σύνθεσις ὀνομάτων· καλῶ δὲ ὀνόματα κἂν καὶ τὰ ῥήματα καὶ ὅλως τι σημαίνει διὰ τὸ γνωριμώτερα· ἀνάγκη τὸ διττὸν, ἢ ἔν τινι τούτων εἶναι τῶν ὀνομάτων, ἢ ἐν αὐτῷ τῷ λόγῳ· τρίτον γὰρ οὐδὲν ἔχομεν ὅπως συσταίη· ὁπόταν ὥσπερ οὐδ᾽ ἄν τις ἔχοι παρ᾽ ἕκαστα τῶν λίθων, ἢ τὸ συγκείμενον· καὶ τοῦτο, ἢ ἐνεργείᾳ, ἢ δυνάμει, ἢ φαντασίᾳ. παρὰ ταῦτα γὰρ οὐδὲν ἕτερόν τις εὕροι ὑπάρχον, ἢ λεγόμενον, καθάπερ ἐν ἄλλοις ἀποδέδεικται· πάντα δὲ ταῦτα συλλαβόντες ἔχουσιν οἱ εἰρημένοι τρόποι· ἐνεργείᾳ μὲν γὰρ τὸ διττὸν ἔχουσι παρά τε τὴν ὁμωνυμίαν καὶ τὴν ἀμφιβολίαν καὶ ἐν ὀνόματι μὲν ὁ παρὰ τὴν ὁμωνυμίαν, ἐν λόγῳ δὲ ὁ παρὰ τὴν ἀμφιβολίαν· ἐνεργείᾳ δὲ, ὅτι τῷ ὄντι δύο σημαίνουσι· δυνάμει δ᾽ ὁπότε τῇ προσῳδίᾳ γίγνονται διττοὶ καὶ παρὰ τὴν σύνθεσιν καὶ διαί-

dum prius eſt, quid ſit oratio et ex orationibus orationem eſſe, etenim et ipſae propoſitiones orationes ſunt: harum alicui aut aliquibus quaerimus ipſum duplex. Oratio ſane erit, quod in praeſenti dicere ſat eſt, nominum compoſitio: voco vero nomina, etſi verba ſint ſignificentque omnino aliquid, propterea, quod ſic notius vocabulum eſt; neceſſe eſt ipſum duplex aut in aliquo horum nominum eſſe, aut in oratione ipſa: nullum enim habemus tertium quomodo conſtituatur: quemadmodum neque in lapidibus praeter aut ſingulos ſeorſum aut illorum ſimul compoſitionem, eamque aut actu aut potentia aut apparentia nihil aliquis excogitare poteſt: praeter haec enim nihil eſt, quod eſſe aut dici quispiam inveniat, ut alibi demonſtratum eſt. Omnia vero haec comprehendentes modi praedicti habent. Ipſum enim actu duplex modus habet, et qui ſecundum aequivocationem eſt et qui ſecundum ambiguitatem: ſed in nomine duplicitatem is habet qui ſecundum aequivocationem eſt, in oratione qui ſecundum

ρεσιν· οὗτοι γὰρ οὐ σημαίνουσι πλείω, ἀλλὰ πάντως ἕν. διά τε τὸ ἑκάτερον ἐνδέχεσθαι διττοὶ λέγονται· διὸ καὶ δυνάμει φαμὲν αὐτοὺς, τοιοῦτο γὰρ τὸ δυνάμει οἷον τοῦτο αὖ πάλιν, ὥσπερ καὶ πρόσθεν διῄρητο, ἢ ἐν ὀνόμασιν, ἢ ἐν λόγῳ· ἐν μὲν οὖν ὀνόμασιν ἡ προσῳδία ποιεῖ τὸ διττόν· αὕτη γὰρ ἐφ᾽ ἑκάτερον ἕλκει τοὔνομα, ὥσπερ ἐν τῷ Ορος ἕστηκεν, ἡ δασεῖα κατ᾽ ἀρχὰς τεθεῖσα, ἢ μή· ἐν δὲ λόγῳ, διότι σύνθεσις καὶ διαίρεσις διττὸν ποιεῖ, δύναται δὲ κἀν τοῖς συνθέτοις τῶν ὀνομάτων αὕτη, διὰ τὸ προσεοικέναι λόγῳ, καθάπερ ἐν τῷ Νεάπολις καὶ καλὸς κἀγαθός· μεταβάλλοι δ᾽ ἀντὶ τῶν ἁπλῶν· ἀλλ᾽ οὐκ εἰς ἕτερον ὄνομα. τοῦτο γὰρ ἡ προσῳδία μόνη ποιεῖ· ἀλλ᾽ εἰς λόγον, ὥσπερ τὸ αὐλητρὶς δηλονότι, καὶ τὸν λόγον συνθείη πότ᾽ ἂν εἰς ὄνομα, ὥσπερ τὸ προκείμενον· δόξει δ᾽ οὐδὲν ἧττον ἄτοπον ἴσως τὸ φάσκειν, διὰ τὴν προσῳδίαν τε καὶ τὴν σύνθεσιν συμβαίνειν τὰ σοφίσματα· εἴπερ ταῦτα μὲν διὰ τὸ διττὸν, κα-

ambiguitatem: actu vero eſſe dicuntur, quoniam revera res duas ſignificant. Potentia vero, dum accentu duplices ſiunt, compoſitioneque et diviſione; hi enim non plura ſignificant, ſed prorſus unum: propterea vero quod ad utrumque verti licet duplices dicuntur: quare hos potentia dicimus: tale enim eſt hoc ipſum potentia eſſe. Id ipſum vero rurſus, ut ſupra quoque diviſum eſt, vel in nominibus vel in oratione eſt: in nominibus accentus duplicitatem efficit: trahit enim ad utramque partem nomen accentus, ut in oratione, hoc *Ορος ἕστηκεν*, hoc eſt mons *vel* terminus ſtabat, accentus aſpiratus facit, in principio cum aut ponitur aut abeſt. In oratione vero compoſitio et diviſio duplicitatem facit: in compoſitis quoque nominibus eandem facere poteſt, quia orationi ſimilia ſunt, ut in nomine Neapolis et *καλὸς κἀγαθὸς*, id eſt probus, mutaret ea quis loco ſimplicium non in nomen, hoc enim ſolus accentus facit, ſed in orationem ut in hac voce *αὐλητρὶς* videlicet, id eſt tibicina, ſicut rurſus et ipſam orationem in nomen componeret, ut eſt in propoſito nomine; videbitur autem nihilominus abſurdum fortaſſis id,

θάπερ ἐλέγετο πρόσθεν· εἰ δὲ προσῳδία τε καὶ τὰ ὁμογενῆ καὶ τῶν δυνάμει διττῶν ἐξαιρεῖ τὸ διττὸν, ποιεῖ γὰρ ἤδη ταῦτα, θάτερον σημαίνειν καὶ λέγεται ἀληθῶς συμβαίνειν οὐδὲν ἧττον τὰ σοφίσματα διὰ ταῦτα· τῷ γὰρ τὸν λόγον ἐπιδέχεσθαι διὰ τούτων τὸ διττὸν, λαβόντες θάτερον κατ᾽ ἀρχὰς οἱ σοφισταὶ, θάτερον συνάγουσι, μεταβάλλοντες μὲν διὰ τούτων τὸν λόγον, πάντως γὰρ οὐκ ἂν ἄλλως τὸ σόφισμα συμβαίη, συλλογιζόμενοι δὲ ὡς ταὐτὸ λαμβάνοντες, ὥσπερ ἕν τι λογικὸν ὄνομα καὶ ἴδιον ἀνθρώπου, τὸ λογικὸν ἄρα ἓν ἴδιον ἀνθρώπου· καὶ εἰ ὅρος ἐνταῦθα εἱστήκει ὁ τὸ χωρίον, ὄρος δ᾽ ἐνταῦθα οὐχ [77] ἕστηκε καὶ λάθοι μὲν οὐδένα τὸ κίβδηλον· αὐτὰρ οὐκ ὀκνοῦσιν οἱ σοφισταὶ πανταχῆ σμικρὸν φροντίζειν τοῦ εὐλόγου· ἐπεὶ κἀν τοῖς ἐνεργείᾳ διττοῖς οὗτοί γε ταὐτὸν τοῦτο ποιοῦσι. λαβόντες γὰρ ἕτερον συλλογίζονται· ἀλλ᾽ ἐκεῖ μὲν ἀφανέστερον ὅτι καὶ ὁτιοῦν σημαίνῃ ἂν ὁ λόγος, ὁμολογηθείη· ἐνταῦθα δὲ προδήλως,

quod propter accentum compoſitionemque et diviſionem ſophismata contingere dicamus: ſiquidem haec propter ipſum duplex, ut ſupra dictum eſt, contingunt: accentus vero et quae ejus generis ſunt ipſum duplex iis quae facultate duplicia ſunt eripiunt: etenim ut haec alterum ſignificent efficiunt: ſed tamen nihilominus vere dicuntur propter haec ſophismata contingere: quia enim oratio per eadem haec ipſum duplex accipit, alterum in principio ſophiſtae ſumunt, alterum concludunt, orationem per ea ipſa mutantes, prorſus enim non aliter ſophisma contingeret, ratiocinantes vero tanquam idem accipientes: quale eſt unum quid rationale nomen eſt: proprium hominis eſt ipſum rationale: igitur unum proprium hominis eſt. Praeterea ſi *ὅρος*, hoc eſt terminus, hic ſtabat is qui agros ſeparat, *ὄρος* autem, hoc eſt mons, hic non ſtabat: ſed neminem lateret id quod ſic adulterinum eſt: verum ut ubique etiam ad minimum apta oratio ſit ſophiſtae ſtudent: nam et in iis, quae actu duplicia ſunt, hi illud idem faciunt, ut aliud ſumentes aliud concludentes ratio-

διὸ καὶ αὐτοῦ τοῖς ὀνόμασι καὶ λόγοις Ἀριστοτέλης ἔφη· οἱ μὲν γὰρ κἀκεῖ εἰσιν οἱ τὸ εἶδος σοφισταὶ βιαζόμενοι· ἐπεὶ δὲ ἔχομεν τὸ ἐνεργείᾳ τε καὶ δυνάμει, λείπεται φαντασίᾳ· τοῦτο δέ ἐστι τὸ παρὰ τὸ σχῆμα τῆς λέξεως, καθάπερ ἐλέγετο ἔμπροσθεν· φαίνεται γὰρ καὶ τὸ ὄνομα διττὸν οὐχ οὕτως ἔχον καὶ ὁ λόγος ὁμοίως καὶ οὐ τοσοῦτον καθ᾽ ἕκαστον τῶν προειρημένων· τὰ παραδείγματα λάβοι τὶς ἂν ἔκ τε τῶν καὶ Εὐδήμου κἀξ ἄλλων· ἐπεὶ δ᾽ οὖν ἔχομεν πάντας κατειλεγμένους τοὺς τρόπους, ἂν γένοιτό τι διττὸν, ἔχομεν πάντα τὰ παρὰ τὴν λέξιν σοφίσματα. ταῦτα γὰρ οὖν ἐστι, ἢ παρὰ τὸ διττόν· ἐχόμενον δὲ καὶ τὸ τοσαυταχῶς αὐτοῖς τοῖς ὀνόμασι καὶ λόγοις οὐ ταὐτὸν δηλώσαιμεν, ὅτι ἢ ἐνεργείᾳ, ἢ δυνάμει, ἢ φαντασίᾳ. δῆλον δ᾽ ὅτι καὶ συλλογισμοῦ τρόπον, ὁποῖόν τις ἂν προέλοιτο, δυνατὸν ποιεῖν, ἅπαξ γε τὴν διαίρεσιν ἔχοντα καὶ ἐξ εὐθείας καὶ εἰς τὸ ἀδύνατον ἀπάγοντα. εἰ γὰρ τὸ δυνατὸν, ἀλλ᾽ ἔσται οὔτ᾽ ἐν ὀνόματι

cinentur: ſed ibi obſcurius, quoniam quicquid ſignificet ſermo, ipſe ſibi conſentiat: hic vero manifeſte: quare ſuis nominibus et orationibus Ariſtoteles dixit: Etenim ii ſophiſtae ſunt, qui ſpeciem violant. Cum jam habeamus id ipſum, quod actu dicitur, itemque quod potentia, quod reliquum eſt, ad apparentiam attinet: quae ſecundum figuram dictionis eſt, ut eſt ſupra dictum: oſtenditur enim ipſum nomen, ſimiliterque oratio, non aliud duplex adeo habere, nec in ſingulis, quae praedicta ſunt; adeo quis exempla ex Eudemo ex aliisve caperet. Cum igitur jam collectos modos omnes habeamus, quibus duplex ipſum fieri poſſit, habemus omnia in dictione contingentia ſophismata: haec enim penes ipſum duplex ſunt: ſequitur vero id, quod tot modis nominibus ipſis et orationibus non eandem rem ſignificamus: nam aut actu aut potentia aut apparentia id facimus: manifeſtum vero eſt et ſyllogismi modum, modo habita diviſio ſit, fieri poſſe, utrumvis quis eligat aut e directo aut ad impoſſibile ducentem: ſi enim poſſibile eſt alium haberi modum, is erit ne-

οὔτ' ἐν λόγῳ, οὔτ' ἐνεργείᾳ, οὔτε δυνάμει, οὔτε φαντασίᾳ· παρὰ ταῦτα δ' οὐδὲν ὁ λόγος ἐδείκνυ· κατ' αὐτὸ μὲν ἀφωρίσθω τὸν τρόπον τοῦτον· ὅτι δ' οὐ κατ' αὐτὸν τὴν διαίρεσιν εὑρήκαμεν, οὐ γὰρ Ἀριστοτέλει χαριζόμεθα νῦν. ἀλλὰ ταῦτα ἅπαντα κατὰ τὴν μέθοδον γέγραπται, δῆλον· τὸ μὲν γὰρ ἢ ἐν ὀνόματι δεῖν, ἢ ἐν λόγῳ τὸ διττὸν εἶναι σαφῶς αὐτὸς εἴρηκεν ἐν οἷς φησιν ὅτι τοῖς αὐτοῖς ὀνόμασι καὶ λόγοις τὸ ἐνεργείᾳ, ἢ δυνάμει, ἢ φαντασίᾳ γνώριμον ἐκ τῆς τάξεως· γέγραπται γοῦν ἀφωρισμένα καθ' ἕκαστον εἶδος ἢ γένος τὰ ὁμογενῆ, καὶ πρῶτα μὲν τὰ ἐνεργείᾳ, δεύτερον δὲ τὰ δυνάμει, τρίτον δὲ τὰ φαντασίᾳ, καθάπερ δίκαιον, ἢ διὰ τί ποτ' οὐ συγκέχυται ταῦτα· ἀλλ' ὡς γελοῖον ἴσως καὶ τὸ τῶν τοιούτων ἑτέραν πίστιν πειρᾶσθαι φέρειν, μὴ τὴν ἐκ τοῦ πράγματος· εἰ γὰρ οὕτως ἔχει καθάπερ ἡ τέχνη φησὶ δηλονότι καὶ γέγονε κατ' αὐτὴν, ὥσπερ ἡ ἰατρικὴ, τομήν τινα οὐκ ἂν τύχῃ οὐδὲ ταὐτόματα ἐργάσαιτο· ταῦτα μὲν οὖν ὑπὲρ τούτων ἱκανὰ πρὸς τὸ παρόν ἐστιν.

que in nomine neque in oratione neque actu neque potentia neque apparentia: praeter haec autem nihil ſermo oſtendit: ſecundum igitur ipſum definitum ſit in hunc modum: quod vero non ex ejus diviſione invenimus, non enim Ariſtotelis gratia nunc ſcribimus, ſed omnia haec methodo ſcripta ſunt, perſpicuum eſt: nam aut in nomine aut in oratione ipſum duplex eſſe oportere aperte ipſe dixit, cum dixit, quod ipſis nominibus et orationibus: ipſum vero actu eſſe aut potentia aut apparentia notum ex ipſo ordine eſt: ſcripta igitur ſeparatim ſunt in ſingulis generibus, quae ejusdem ſunt generis, primaque quae ad actum attinet: ſecunda quae ad potentiam: tertio loco quae ad apparentiam, ut decuit: aut cur haec non fuere confuſa? ſed fortaſſe ridiculum eſt his fidem aliam afferre conari, quam eam quae a re deducitur: etenim ſi ſic ſe habent, ut Ars, qualis Medicina eſt, artisque ſunt, diviſionem ullam fortuito aut caſu factam non reciperent. Sed de his ſatis haec in praeſenti ſint.

Κεφ. δ΄. [Οἱ τῆς ἀμφιβολίας καὶ τῶν ἄλλων σοφισμάτων τρόποι.] Εἴρηται δέ τινα καὶ τοῖς Στωϊκοῖς περὶ τῶν τοῦ μέρους δικαίων ἐπελθοῦσιν ἰδεῖν, εἴ τις ἔξω πίπτει τρόπος εἶναι εἰρημένων. εἴη γὰρ ἐπαγωγή τις αὕτη πίστις καὶ δίκαιον ἄλλως, μηδεμίαν δόξαν ἀνδρῶν εὐδοκίμων πάρεργον τίθεσθαι· τὸν μὲν οὖν τῆς ἀμφιβολίας ὅρον, εἰ καὶ πρὸς πολλὰ τῶν ἡμετέρων μάχεσθαι δοκεῖ, τό γε νῦν ἐατέον, ἑτέρας γὰρ καὶ ὑπὲρ τούτων σκοπεῖν πραγματείας ἐστὶ, τὰς δὲ διαφορὰς τῶν λεγομένων ἀμφιβολιῶν αὐτὰς ληπτέον· εἰσί γε πρὸς τῶν χαριεστέρων λεγομένων τὸν ἀριθμὸν η΄. μία μὲν, ἣν κοινὴν ὀνομάζουσι τοῦ τε εἰρημένου καὶ τοῦ διαιρετοῦ, οἷα ἐστὶν ἡ αὐλητρὶς παῖς οὖσα· κοινὴ γὰρ αὕτη τοῦ τε αὐλητρὶς ὀνόματος καὶ τοῦ εἰρημένου. δευτέρα δὲ, παρὰ τὴν ἐν τοῖς ἁπλῶς, οἷον ἀνδρεῖος, ἢ γὰρ χιτὼν, ἢ ἄνθρωπος. [78] τρίτη δὲ, παρὰ τὴν ἐν τοῖς συνθέτοις ὁμωνυμίαν, οἷον ἄνθρωπός ἐστιν, ἀμφίβολος γὰρ ὁ λόγος, εἴτε τὴν (34) οὐσίαν εἴτε τὴν πτῶσιν εἶναι σημαίνει.

Cap. IV. [*Ambiguitatis et reliquorum ſophismatum modi.*] Dictum quoque a ſtoicis aliquid eſt de partitionis dignitate, noſſe, ſi quis modus extra propoſitos cadat tentantibus: erit enim inductio fides haec. Et alias aequum eſt nullam probatorum virorum opinionem obiter ponere: ambiguitatis igitur definitionem, quanquam cum multis noſtris pugnare videtur, in praeſentia tamen praetermittemus: de his enim conſiderare alterius negotii eſt: quae vero ambiguitates dicuntur, harum differentiae ſumendae ſunt. Sunt quidem apud graviores viros numero octo. Una eſt, quam communem et ei quod dictum eſt et diviſibili nominant, qualis eſt, quae *αὐλητρὶς*, id eſt tibicina, puella exiſtens, communis enim haec et ipſius *αὐλητρὶς* nominis eſt atque ejus quod dictum eſt. Altera, quae in ſimplicibus eſt, ut virilis: aut enim tunica aut homo. Tertia vero ad ipſam in compoſitis aequivocationem attinet, ut homo eſt: ambiguus enim ſermo eſt, utrum ſubſtantiam an caſum eſſe ſignificat. Quarta ex defectu eſt, ut tui

τετάρτη δέ ἐστι παρὰ τὴν ἔλλειψιν, ὡς ὅ ἐστί σου· καὶ γὰρ ἐλλείπει τὸ διὰ μέσον, οἷον δεσπότου, ἢ πατρός. πέμπτη δὲ παρὰ τὸν πλεονασμὸν, ὥσπερ ἡ τοιαύτη, ἀπηγόρευσεν αὐτῷ μὴ πλεῖν· τὸ γὰρ μὴ προσκείμενον ἀμφίδοξον ποιεῖ τὸ πᾶν εἴτε τὸ πλεῖν ἀπηγόρευσεν εἴτε τὸ μὴ πλεῖν. ἕκτην φασὶν εἶναι τὴν μηδὲν σαφοῦσαν τί μετὰ τίνος ἄσημον μόριον τέτακται, ὡς ἐν τῷ, καὶ νῦν καὶ μὴ παρήλασε. τὸ γὰρ στοιχεῖον ἂν μὴ γένοιτο διαζευκτικόν. ἑβδόμη δέ ἐστιν ἡ μὴ δηλοῦσα τί μετὰ τίνος τέτακται σημαντικὸν μόριον, ὡς ἐν τῷ

*Πεντήκοντ᾽ ἀνδρῶν ἑκατὸν λίπε δῖος Ἀχιλλεύς.*

ὀγδόη ἡ μὴ δηλοῦσα τί ἐπὶ τί ἀναφέρεται, ὡς ἐν τῷ, Δίων Θέων ἐστίν· ἄδηλον γάρ ἐστιν εἴτε ἐπὶ τὴν ἀμφοτέρων ὕπαρξιν ἀναφέρεται, εἴτε ἐπὶ τοιοῦτον, οἷον ὁ Δίων Θέων ἐστὶν, ἢ πάλιν· οἱ μὲν δὴ τρόποι πρὸς τῶν χαριεστέρων οὗτοι κατηρίθμηνται. δῆλόν δέ γε, ὅστις μὴ παρέργως τῶν ἔμπροσθεν ἤκουσεν, ὅτι πάντες πίπτουσιν εἰς τοὺς

eſt: deeſt enim quod ad medium locum attinet, ut domini aut patris. Quinta ex ſuperabundantia, quale eſt, ei ut non navigaret denegavit: adjecta enim ea negatio, non, ambiguam orationem facit, utrum navigare negavit an non navigare. Sextam eſſe dicunt eam, quae haud notum facit, quae cum qua ſignificatione carens pars ordinata ſit, ut illud eſt, et nunc et non appulit: pars enim ea non disjunctiva eſſe poteſt. Septima eſt, quae ignotum reliquit, quae cum qua ſignificativa pars conſtructa ſit, quale eſt:

*Quinquaginta virum centenos liquit Achilles.*

Octava eſt, quae non declarat quid ad quid referatur, quale eſt, Dion Theon eſt: incertum enim eſt, utrum ad utriusque exiſtentiam verbum, eſt, referatur, an ad id, ut Dion ſit Theon: aut contra. Hi ſunt a graviſſimis viris numerati modi. Quicunque vero non obiter, quae ſupra dicta ſunt audivit, manifeſtum eſt ei, eos omnes in hos cadere

κατειλεγμένους ὑφ᾽ ἡμῶν τρόπους, τὸ δ᾽ ἀμέθοδόν τε καὶ ἄτεχνον πρόδηλον· οὔτε γὰρ ἐκ τῶν εἰρημένων ἀπόδειξίν τις λάβοι τοῦ κατ᾽ οὐδένα τρόπον ἕτερον ἀμφίβολόν τι δύνασθαι συστῆναι, τό τε κἂν τοῖς πεπλεγμένοις ὁμωνυμίαν φάσκειν συμβαίνειν, παντελῶς οὐδ᾽ ἀκουόντων ἐστὶν ὀνομάτων· πῶς δὲ οὐκ ἔστι ταῖς γενικαῖς διαφοραῖς εἰδικὰς καταριθμεῖσθαι, καθάπερ ἐπὶ τῶν τὴν διαίρεσιν ποιουσῶν ἀσήμαντον μόριον σημαῖνον διαιρούμεναι. λάβοι γὰρ ἂν οὕτως πλείους τὰς εἰδικὰς διαφοράς· ἔτι δ᾽ ἂν τοῦτον τὸν τρόπον τὰς καὶ τῆς ὁμωνυμίας τις ποιήσειε πλείους εἰδικὰς λεγομένας διαφορὰς, ὅτι αὐτὸς παρὰ τὸ ἀπὸ τύχης, αἱ δὲ παρὰ τὴν ἀναλογίαν, ἢ ὁμοιότητα, ἢ ἄλλον τινὰ τρόπον συνίστανται· καὶ μὴν καὶ τῆς ἐν λόγῳ ὁμωνυμίας ἀπ᾽ αὐτῶν λεγομένης πλείους οἱ τρόποι, οἱ μὲν γὰρ τῇ παραθέσει τῶν ὁμοίων πτώσεων γίγνονται, ὡς ἐν τῷ, εἴη μέλλει τὸν Σωκράτην νικῆσαι· οἱ δ᾽ ἄλλοι τρόποι· ταῦτα μὲν ἐλάττω, ἐκεῖνο δ᾽ ἄξιον ἀπορίας, πῶς τὰ περὶ τὰς φαντασίας διττὰ, πολὺ δὲ μᾶλλον ἔτι, πῶς τὰ τῆς προσῳδίας· οἱ γὰρ τιθέμενοι διτ-

modos, qui a nobis numerati ſunt: carereque methodo et arte perſpicuum eſt: neque enim ex iis, quae dicta ſunt, demonſtrationem quis ceperit, nullum alium modum ambiguum conſtitui poſſe: in connexisque aequivocationem contingere dicere, hominis eſt in nominis intelligentia parum verſati: non ineptum vero eſt generalibus differentiis ſpeciales enumerare, ut ea, quae ad diviſionem attinet, per partem ſignificatione carentem et per ſignificantem dividatur: ſic enim quis ſpeciales differentias plures acciperet: quin etiam ad hunc modum quis aequivocationis differentias ſpeciales dictas plures faceret: quia ille ſecundum id, quod a fortuna: hae vero ſecundum analogiam aut ſimilitudinem, aut alium aliquem modum conſtituantur: quin et aequivocationis ejus, quam ipſi in oratione dicunt plures modi caſibus ſimilibus appoſitis fiunt, quale illud eſt, futurum eſt Socratem vincere: caeteri vero modi minores ſunt. Id vero dubitatione dignum eſt, quo modo quae ad apparentiam attinent duplicia ſunt: magisque

τοὺς τοὺς παρὰ τὴν θέσιν, πῶς οὐχὶ καὶ παρὰ τὴν προσῳδίαν; ὥσπερ γὰρ ἐκείνη τῇ διαλήψει τοῦ ὅλου καὶ τῇ μὲν σιωπῇ δύναται πρὸς τὸ διττὸν ἕλκεσθαι, οὕτω δὴ καὶ τὸ ὄνομα τῇ προσῳδίᾳ· καθάπερ ἔξωθεν ὂν ὁ κενὸς χρόνος τοῦ λόγου καὶ οὐ μόριον αὐτοῦ, διττὸν ποιεῖν αὐτὸν πέφυκεν, οὕτω δὴ καὶ ἡ προσῳδία· ἔτι δὲ καὶ οἱ σοφισταὶ καθάπερ ἐκείνῳ χρῶνται πρὸς τὰς ἔριδας καὶ τούτῳ· καὶ μὴν αὐτὸ ἄν τις ἐφ' ἑαυτοῦ σκοπούμενος, ὥσπερ ἂν παρὰ τὴν σύνθεσιν ἢ διαίρεσιν ἀμφισβητοῦσιν, οὕτω δὴ καὶ παρὰ τὴν προσῳδίαν· δῆλον δὲ ἐπὶ τῶν γεγραμμένων λόγων, οἷς μὴ πρόσκειται τὰ διακρίνοντα σημεῖα, δεῖται γὰρ ὥσπερ ἐκείνων εἰς τὴν διάκρισιν, οὕτω καὶ τῆς προσῳδίας, οὐκ ἀεί γε μὴν καὶ δι' αὐτὴν γένοιτο διττὸς ὁ λόγος.

quo modo quae ad accentum: qui enim ſecundum compoſitionem duplex ponunt, quo modo non ſecundum accentum? ut illa per continuationem totius et per ſilentium ad ipſum duplex trahi poteſt, ſic ipſum nomen per accentum: quemadmodum orationis extrinſecum, inane tempus cum ſit, nec ejus pars, eam tamen facere duplicem poteſt, ſic accentus quoque: itemque ſophiſtae ut illo, ſic hoc ad contentiones utuntur: et quis ſecum cogitans, quemadmodum ſecundum compoſitionem et diviſionem contendunt, ſic ſecundum etiam accentum idem fieri poſſe cognoscet. Manifeſtum vero in ſcriptis orationibus eſt, cum non adjecta ſunt dividentia puncta: ut enim his egent ad diviſionem, ſic accentu quoque, non ſemper tamen etiam propter hunc duplex oratio fuerit.

# ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΡΟΓΙΝΩΣΚΕΙΝ ΠΡΟΣ ΕΠΙΓΕΝΗΝ ΒΙΒΛΙΟΝ.

Ed. Chart. VIII. [829.] Ed. Baſ. III. (451.)

[829] Κεφ. α'. Ὅσον μὲν ἐπὶ τοῖς πολλοῖς τῶν ἰατρῶν, ὦ Ἐπίγενες, ἀδύνατόν ἐστι προγινώσκειν τὰ τοῖς κάμνουσιν ἐσόμενα καθ' ἑκάστην νόσον. ἀφ' οὗ γὰρ οἱ τὸ δοκεῖν μᾶλλον ἢ εἶναι σπουδάσαντες οὐ κατὰ τὴν ἰατρικὴν μόνον, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὰς ἄλλας τέχνας ἐπλεόνασαν, ἠμέληται μὲν τὰ κάλλιστα τῶν τεχνῶν, ἤσκηται δ' ἐξ ὧν

# GALENI DE PRAENOTIONE AD POSTHUMUM LIBER.

Cap. I. Ut ſane vulgus medicorum eſt, o Poſthume, nemo poteſt ea, quae aegris per ſingulos morbos eveniunt, praenoſcere. Ex quo enim ii, qui videri potius quam eſſe docti non in medica tantum, ſed etiam aliis artibus ſtuduerunt, numero vicere, optima quaeque artium neglecta ſunt: ea vero in uſu habita, unde aliquis ſermone

ἄν τις εὐδοκιμήσειεν παρὰ τοῖς πολλοῖς, εἰπεῖν τι καὶ πρᾶξαι πρὸς ἡδονὴν, κολακεύεσθαι, θωπευτικῶς προσαγορεύειν ἑκάστης ἡμέρας, τοὺς πλουτοῦντάς τε καὶ δυναμένους ἐν ταῖς πόλεσι συμπροέρχεσθαι, παραπέμπειν προερχομένους οἴκαδε, δορυφορεῖν ἐν τοῖς δείπνοις, βωμολοχεύεσθαι. τινὲς δ' αὐτῶν οὐ ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ τῶν ἱματίων καὶ δακτυλίων πολυτελείᾳ καὶ τῷ πλήθει τῶν ἀκολουθούντων καὶ σκευῶν ἀργυρῶν παρασκευῇ τοὺς ἰδιώτας ἀναπείθουσιν, ὡς ἀξιοζήλωτοί τινες ὄντες. ἐκ τούτων οὖν ἁπάντων τὰ μὲν ἥδοντες, τὰ δ' ἐκπλήττοντες ἀνθρώπους ἀπείρους ἀληθινῆς κρίσεως πραγμάτων, ὡς μὲν οὗτοι νομίζουσιν, ἀγαθῶν πολλῶν τυγχάνουσιν, ὡς δ' ἐγὼ φαίην ἂν οὕτως ὄντων ἀγαθῶν ἄλλων, αὐτοὶ ψευδῆ ὑπειλήφασιν. ἅτε δ' ὄντες τοιοῦτοι, τἄλλα παρανομεῖν οὐκ ὀκνοῦσιν, ἐλαχίστῳ τε χρόνῳ τὰς τέχνας ἐπαγγελλόμενοι διδάσκειν ἀθροίζουσι πλῆθος μαθητῶν, ἐξ ὧν καὶ αὐτοὶ προσλαμβάνουσι τὸ δύνασθαι κατὰ τὰς πόλεις, ἐν αἷς διατρίβουσιν. αὕτη μὲν οὖν κοινὴ τῶν τεχνῶν ἁπασῶν δυστυχία κατείληφε τὸν νῦν βίον. ἡ δὲ τῆς

hominum celebretur; nempe apud vulgus dicere aliquid et facere ad gratiam: item adulari blande, opulentos ac potentes in civitatibus quotidie ſalutare et ſimul cum eis incedere ac domum redeuntes deducere, in coenis latus eorum cingere et ſcurriliter nugari. Quidam ipſorum non haec modo, ſed etiam veſtium et annulorum ſumptu, comitum multitudine et vaſorum argenteorum apparatu idiotis perſuadent, magni ſe pretii eſſe homines et imitatione dignos. Ex his igitur omnibus partim allicientes partim attonitos reddentes homines veri in rebus judicii imperitos, ut quidem hi exiſtimant, multis bonis fruuntur: ut autem ego dixerim, quum vere bona non ſint, ipſi falſo opinantur. Quum itaque tales exiſtant, praeter alia contra leges facere non dubitant breviſſimoque tempore artes ſe docturos polliciti complures diſcipulos comparant, a quibus etiam ipſi poteſtatem in civitatibus, in quibus degunt, accipiunt. Haec igitur communis omnium artium infelicitas praeſentem vitam occupavit. Medicinae autem

ἰατρικῆς ἐστι μὲν πολυειδὴς, ἀλλ' ἕν τι τῶν κατ' αὐτὴν ἔγνωκα προχειρίσασθαι τῶν ἐμοὶ μάλιστα διαφερόντων. ὅταν γάρ τις ἰατρὸς τῷ νόμῳ μεμαθηκότων αὐτὴν, ἢ παραφροσύνην ἐσομένην ἐπινοσοῦντος, ἢ ῥῖγος, ἢ καταφορὰν, ἢ αἱμοῤῥαγίας, ἢ παρωτίδας, ἢ ἀπόστασιν ἄλλην ἐς ὁτιοῦν μέρος, ἢ ἔμετον, ἢ ἱδρῶτας, ἢ κοιλίαν ταραχθησομένην, [830] ἢ συγκοπὴν, ἤ τι τῶν τοιούτων προείπῃ ἄλλο, ξένον τε καὶ τέρας τοῖς ἰδιώταις ὑπ' ἀηθείας φαίνεται καὶ τοσοῦτον ἀποδεῖ τοῦ θαυμάζεσθαι παρ' αὐτοῖς ὁ προειπὼν, ὥστε ἀγαπήσειεν ἂν, εἰ μὴ καὶ γόης τις εἶναι δόξειεν. ὀλίγοι δέ τινες αὐτῶν οὐκ ἀπογινώσκουσι μὲν, ὡς ἀδυνάτου τῆς τοιαύτης θεωρίας· ἐρωτῶσι δ' εὐθέως καὶ αὐτὸν τὸν προειπόντα καὶ τοὺς ἄλλους ἰατροὺς, εἰ καὶ τοῖς ἔμπροσθεν εὕρηταί τι τοιοῦτον, ἢ μόνον αὐτοῦ τοῦ προειπόντος ἐστὶν εὕρημα. τοὐντεῦθεν οὖν ἀναγκαῖον γίγνεται τοὺς μὲν ἰατροὺς ἀποκρυπτομένους σφετέραν ἀμαθείαν, ἴσως δέ τινας καὶ ὄντως ἀγνοοῦντας, οὐδενὶ φάναι τῶν ἔμπροσθεν οὐδὲν

varia quidem eſt, ſed unum aliquod ex iis, quae in illa accidunt, ſtatui promere, ut quod ad me potiſſimum pertineat. Quando enim medicus aliquis ex iis, qui legitime eam didicerunt, aut delirium futurum in aegrotante, aut rigorem, aut cataphoram, aut ſanguinis profluvium, aut parotidas, aut abſceſſum aliquem in quacunque parte, aut vomitum, aut ſudorem, aut alvi perturbationem, aut ſyncopen, aut aliud quid hujusmodi praedixerit, et peregrinum et monſtrum prae diſſuetudine idiotis apparet: ac tantum abeſt, ut qui praedixerit in admirationem apud illos veniat, ut bene actum ſecum putaverit, ſi non etiam praeſtigiator aliquis eſſe videatur. Pauci autem quidam ipſorum hujusmodi ſpeculationem non damnant quidem, ceu quae haberi nequeat: ſed interrogant ſtatim et ipſum, qui praedixit et alios medicos, num etiam tale quid a majoribus inventum ſit, an ſolum ipſius praedicentis ſit inventio? Hinc itaque neceſſarium eſt quosdam ſane medicos inſcitiam ſuam occultantes, forſan autem nonnul-

τοιοῦτο γεγράφθαι, γόητα δ' εἶναι τὸν ἐπιδεικνύμενον τοιαύτην πρόῤῥησιν. αὐτὸν δὲ τὸν προειπόντα, μήθ' ὅτι γέγραπται πολλοῖς τῶν ἔμπροσθεν καὶ μάλιστα τῷ Ἱπποκράτει, τῷ πάντων ἡμῖν τῶν καλῶν ἡγεμόνι, τολμᾷν εἰπεῖν αἰδοῖ τε ἅμα τῶν παρόντων ἰατρῶν καὶ μίσους ὑποψίᾳ, μήθ' ὡς αὐτὸς εἰρηκὼς εἴη, ψεύδεσθαι γὰρ οὕτως καὶ μᾶλλον μισηθήσεσθαι πρὸς αὐτῶν. ἄπορον δὴ πανταχόθεν ἐρώτημά τις ὑπεχόμενος, ὀκνῶν οἶμαι καὶ διαβουλευόμενος, αὐξάνει μὲν τὴν τῆς γοητείας ὑποψίαν αὐτῷ τῷ μέλλειν ἀεὶ, τελευταῖον δὲ φθόνον ὑπ' ἑαυτὸν ἤγειρεν, ὥστ' ἐπιβουλεύεσθαι πρὸς αὐτῶν. πρώτη μέντοι τῆς φαρμακείας ἐνέδρα· δευτέρα δὲ ᾗ Κόϊντος ἥλω, βελτίων μὲν ὢν ἰατρὸς τῶν καθ' ἑαυτὸν, ἐκβληθεὶς δὲ τῆς πόλεως, ὡς ἀναιρῶν τοὺς νοσοῦντας, ὥστε δυοῖν θάτερον ἀναγκαῖον γίνεται παθεῖν τὸν φιλοσόφως τὴν τέχνην μετιόντα καὶ τῶν Ἀσκληπιαδῶν ἀξίως ἢ παραπλησίως Κοΐντῳ φυγαδευθέντων, λαμπρὰ τῆς αἰσθήσεως τὰ ἐπίχειρα κομίσασθαι ἢ διαβαλλόμενόν γε φα-

los etiam vere ignorantes, dicere, a nullo majorum tale quid eſſe proditum: ſed praeſtigiatorem eſſe, qui hujusmodi praedictionem oſtendit. Ipſe vero praedicens neque quod a pluribus majoribus ſcriptum ſit et praeſertim ab Hippocrate, omnium nobis bonorum auctore et duce, audet fateri, metu ſimul praeſentium medicorum et odii ſuſpicione, neque quod ipſe invenerit: mentiretur enim ita et magis odio ab ipſis haberetur. Quaeſtionem itaque ſuſtinens, ad quam quid prorſus reſpondere debeat, ambigit, ſi detrectet et deliberandum cenſeat, meo judicio augebit ſane praeſtigii ſuſpicionem in futurum: poſtremo autem invidiam in ſe concitabit, ut inſidias ab iis experiatur: primum ſane per pharmaca, deinde quibus Quintus captus fuerat, praeſtantiſſimus quidem ſui temporis medicorum, urbe autem ejectus, tanquam aegrotantes interimeret. Quare neceſſe eſt ut ei, qui artem philoſophice et ut Aſclepiadis dignum eſt exercet, alterutrum contingat, aut ut Quinto ſimiliter in exilium relegatus praeclara ſenſus praemia reportet: aut calumnias ſuſtinens

νερῶς, εἰ μὲν ἀτολμηρότερος εἴη, τὰ δὲ ἀπολογούμενον, τὰ δὲ ὑποπτήσσοντα, λαγῶ βίον ζῆν, ἀεὶ τρέμοντα καὶ τί πείσεσθαι προσδοκῶντα, πρὸς τῷ καὶ τὴν τῆς γοητείας ὑποψίαν αὐξάνειν. εἰ δ᾽ εὐτονώτερος ὢν ὁμόσε χωρεῖ καὶ διαμάχεται μόνος πολλοῖς πανούργοις ἀνθρώποις καὶ πολλοὺς ἀδοκιμωτάτους τρόπους ἠσκηκόσιν αὐτὸς ἐκ παιδείας καὶ μαθημάτων ὁρμώμενος καὶ τῶν τοιούτων ἄπειρος κακῶν, ἤτοι κατὰ κράτος ἁλόντα, γενέσθαι τὸ λοιπὸν ἐπ᾽ ἐκείνοις, ὅ τι ἂν αὐτῷ χρῆσθαι βουληθῶσιν, ἢ εἴπερ ἐπὶ πλέον ἀντέχοι καὶ διαγωνίζοιτο, τύχῃ τινὶ χρησάμενος θαυμαστῇ. τὸ μὲν οὖν ἀεὶ πολεμεῖν τε καὶ πολεμεῖσθαι τὸν χείριστον τῶν πολέμων, ὃν ὀνομάζουσιν ἐμφύλιον, ἐκφεύγειν μὴ δύνασθαι. συμβαίνειν οὖν ἀναγκαῖον πολλοῖς τῶν οὕτως παρεσκευασμένων καὶ τῶν ἄλλων ὅσοι τετιμήκασιν ἀλήθειαν εἰλικρινῶς, οὐ διά τι τῶν ἔξωθεν, ἀλλ᾽ αὐτὴν δι᾽ ἑαυτῆς, ὅταν ἅπαξ πειραθῶσι τῆς κατεχούσης τὸν νῦν βίον ἀδικίας καὶ γνῶσι σαφῶς, ὡς οὐδὲν ἔσονται τοῖς ἀνθρώποις ὄφελος, ἐξαναχωρεῖν τοῦ τῶν πολλῶν συρφετοῦ καὶ ὥσπερ χειμῶνι μεγάλῳ

et manifeſto, ſiquidem timidior fuerit, partim reſpondens partim ſubticens leporis vitam degat, ſemper tremens et ut patiatur aliquid exſpectans, praeterquam quod praeſtigii ſuſpicionem augeat. Sin autem animoſior cominus procedat ſolusque cum multis verſutis hominibus ac in plerisque improbatiſſimis fraudum generibus exercitatis decertet, ipſe eruditione et diſciplinis fretus ac talium malignitatum imperitus vel omnino victus obtemperet in poſterum ad omnia illa, in quibus illo uti voluerint: et ſi diutius reſiſtat certetque, mirabili quadam fortuna uſus ſemper certe bellum longe deterrimum, quod inteſtinum nominant, gerere cogetur, cum effugere non poſſit. Accidet igitur neceſſario, multos ita fraudibus oppreſſos et alios qui veritatem ſincere non propter aliquod exterius, ſed ipſam propter ſe honorant, ubi ſemel iniquitatem praeſentis ſeculi fuerint experti noverintque manifeſto, quam nulli ſint mortalium commodo futuri, ex vulgi conſortio diſcedere, tanquam in tempeſtate magna et agita-

καὶ ζάλη πνευμάτων, ἑαυτοὺς γοῦν σῶσαι σπεύδοντας. οὗτοι δὲ τοῖς πολλοῖς μὲν ἄγνωστοι, γνώριμοι δὲ καὶ φίλοι μάλιστα μὲν καὶ πρῶτον θεοῖς, εἶτα τῶν ἀνθρώπων τοῖς ἀρίστοις ἐν ἡσυχίᾳ βιοῦσιν, ἐπιτρέψαντες τοῖς πανούργοις εὐδοκιμεῖν παρὰ τοῖς πολλοῖς ἀνθρώποις. ἁπάντων δὲ τούτων τὰ αἴτια τοῖς ἀνθρώποις ἐστὶ, τῶν πλουτούντων ἐν ταῖς πόλεσι καὶ δυναμένων ἡ τρυφή. οἱ περαιτέρω ἡδονὴν ἀρετῆς τετιμηκότες ἐν οὐδενὶ λόγῳ τίθενται τούς τι καλὸν ἐγνωκότας, τοῖς δὲ ἄλλοις ὑφηγήσασθαι δυναμένους. ὅλοι δ' ἐπὶ τοῖς τὰς ἡδονὰς ἐκπορίζουσίν εἰσι καὶ τούτους πλουτίζουσι καὶ θαυμάζουσι καὶ ὑψηλοὺς αἴρουσιν, ὥστε τῶν μὲν ὀρχηστῶν καὶ τῶν ἡνιόχων εἴκονας ποιοῦνται, τοῖς τῶν θεῶν ἀγάλμασι συνέδρους. [831] τοὺς δ' ἀπὸ τῶν μαθημάτων τοσαῦτα τιμῶσιν, ὅσα τῆς χρείας αὐτῶν δέονται. τὸ γὰρ ἐν ἑκάστῳ καλὸν οὐ θεωροῦσιν, οὔτε τῶν δεινῶν αὐτῶν ἀνέχονται, ἀλλὰ γεωμετρίας μὲν καὶ ἀριθμητικῆς ὅσον εἰς ἀναλωμάτων λογισμοὺς καὶ οἰκίας κατασκευὴν, ἀστρονομίας δὲ καὶ μαντικῆς ὅσον εἰς τὸ προγνῶναι τίνων κλη-

tione ventorum ſe ipſos ſaltem ſervare conantes. Hi ſane vulgo quidem incogniti, noti vero et amici maxime quidem et primum diis ipſis, deinde hominum praeſtantiſſimis in quiete vitam agentibus, permittentes fraudulentis iſtis gloriam apud vulgus aucupari et inclareſcere. Omnium horum cauſa hominibus divitum in urbibus et potentum deliciae exiſtant; qui voluptatem virtuti praeponentes in nullo honore habent eos, qui aliquid honeſti noverunt quique alios docere quid poſſunt. Toti autem illis dediti ſunt, qui voluptates ſuppeditant, hos ditant, hos admirantur et in coelum efferunt, nec non hiſtrionum et adulatorum imagines deorum ſtatuis aſſeclas conſtituunt eruditos autem tanti faciunt, quantum opera ipſorum indigent. Nam in unoquoque honeſtum non reſpiciunt, neque peritos ipſos ſuſtinent, ſed geometriam quidem et arithmeticen, quantum ad impenſarum rationem et domus conſtructionem attinet, aſtronomiam vero et divinatoriam, quantum ad praenoſcendum quorum heredes futuri

ρονομήσουσι χρήζουσιν, ὥσπερ γε καὶ μουσικῆς· ὅσον εἰς ἡδονὴν ἀκοῆς. τὴν δὲ τούτων συμπάντων τὸ κῦρος ἔχουσαν φιλοσοφίαν, ἀποδεικτικῆς θεωρίας οὐδὲν αὐτοῖς μέλει, πλὴν ὅσον ἡ χρεία προσάγει τινὰς τῶν ῥητορικῶν ἀνδρῶν, ὀργάνῳ πανούργῳ, τῇ σοφιστικῇ καλουμένῃ χρῆσθαι θεωρίᾳ. φιλοσοφίας γὰρ αὐτῆς οὐδὲν ἐπαΐουσιν, ἀλλὰ πάντων (452) μαθημάτων ἀχρηστότατον τοῦτο νενομίκασιν ὁμοίως τῷ κέγχρον τρυπᾷν. οὗτοι τοίνυν εἰσὶν οἳ καὶ τῆς ἰατρικῆς τὴν ἀναγκαίαν χρείαν ὁρῶσι μόνην, οὐδὲ ταύτην ὀρθῶς. ἀλλ' ὡς Πλάτων πού φησιν, εἰ δέοι κρίνεσθαι παρὰ παισὶν, ἢ ἀνθρώποις ἄφροσιν ἰατρὸν καὶ μάγειρον, ὁ μάγειρος ἂν οὐκ ὀλίγῳ δή τινι πλέον ἐνέγκαιτο.

Κεφ. β'. Ταῦτ' οὖν ἐγὼ ἀγνοῶν, κατὰ τὴν προτέραν ἐπιδημίαν ἐν Ῥώμῃ μοι γενομένην οὐδὲν ὑφορώμενος ἐπεδεικνύμην οὐ διὰ λόγων ψιλῶν, ἀλλὰ τοῖς ἔργοις τάς τε τῶν ἐσομένων προγνώσεις καὶ τὰς θεραπείας ἄχρι τοῦ γενέσθαι τι τοιοῦτον, ὡς ἐπίστασαι σὺ ὁ μάλιστα παρὼν τῇ νόσῳ πάσῃ, μέχρι τέλους ἀπ' ἀρχῆς Εὐδήμου τοῦ περιπα-

ſint opus eſt, uſurpant; quemadmodum et muſicen, quatenus auditum oblectare velint. Philoſophiae autem, quae horum omnium praecipuum continet, demonſtratoriae ſpeculationis nullam habent rationem, niſi quantum uſus cogit, quosdam rhetoricorum virorum inſtrumento ſubdito ſophiſtica dicta ſpeculatione uti. Philoſophiae enim ipſius nulla mentio, ſed omnium diſciplinarum inutiliſſimam hanc inſtar milii perforati arbitrantur. Hi igitur ſunt, qui etiam medicinae uſum neceſſarium vident duntaxat, neque hunc recte, ſed, ut Plato alibi dicit, ſi de medico et coquo a puero aut ſtultis hominibus ſententia ferri debeat, coquus utique non paulo plus laudis reportabit.

Cap. II. Haec igitur ego ignorans in priori meo Romam adventu nihilque ſuſpicans indicavi non verbis nudis, ſed operibus futurorum praenotionem curationemque; donec tale quippiam accideret, ut tu noviſti, qui potiſſimum per totius morbi Eudemi peripatetici philoſophi

Ed. Chart. VIII. [831.] Ed. Baſ. III. (452.)

τητικοῦ φιλοσόφου. ἤρξατο μὲν γὰρ ἡμέρᾳ τινὶ μετὰ λουτρὸν ἀνωμαλία τις αὐτῷ, φρίκη δ' ἀπὸ ὥρας ὀγδόης, δι' ἧς ἀναγκασθεὶς ἀσιτῆσαι, κατὰ τὴν ὑστεραίαν ἀμέμπτως διάγων ὑπέλαβεν ἀσφαλέστερον εἶναι τὴν ὀγδόην ὥραν ὑπερβάλλειν. ὡς δ' οὐ κατ' αὐτὴν ἀπήντησέ τι δυσχερὲς ἀντήσαντί γε μέχρι τῆς ἐνάτης καὶ πρόσω οὐδεμία παραλλαγή τις ἐφαίνετο, λουσάμενός τε καὶ βραχέα προσενεγκάμενος ἐπὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ συνεγένετο μὲν, ὡς ἔθος, ἡμῖν. ἀσφαλείας δ' ἕνεκεν ἔδοξεν αὐτῷ καὶ κατ' ἐκείνην ὑπερβάλλειν τὰς ὑπόπτους ὥρας. ἐλούσατο οὖν μετὰ τὴν ὀγδόην καὶ τραφεὶς εὐφόρως ἐπέπειστο μηδὲν αὐτῷ γενήσεσθαι δυσχερές. ἐν τῇ τετάρτῃ δὲ τῶν ἡμερῶν, ἐν ᾗ συγγενόμενος ἡμῖν ἐπὶ τὸ βαλανεῖον ἐστέλλετο, μειδιάσας τε ἅμα καὶ ἀποβλέψας πρός σε, πότερα, ἔφη, καὶ κατὰ τήνδε τὴν ἡμέραν τετάρτην οὖσαν ἀσφαλέστερόν ἐστιν ὑπερβάλλειν τὴν ὀγδόην ὥραν ἢ τῷ λουτρῷ χρηστέον ἤδη; σὺ μὲν οὖν, ὡς οὐδενὸς ἐσομένου δυσχεροῦς, ἐκέλευσας ἐπιέναι λουσόμενον, οἵ τ' ἄλλοι πάντες οἱ παρόντες, ἐγὼ δ' ἐσιώπων μόνος. ἐρομένῳ

curriculum adfuiſti. Itaque die quodam nonnulla ipſum invaſit inaequalitas, horror autem ab hora octava; propter quem a cibo abſtinere coactus, poſtridie inculpate agens, putavit tutius eſſe eum poſt octavam horam differre. Quum autem nihil eadem hora moleſtum occurreret inedia uſo usque ad nonam, ac ulterius nulla permutatio appareret, lotus et modico cibo aſſumpto tertio die pro conſuetudine nobiscum verſabatur. Securitatis autem gratia viſum ei eſt etiam in illo die cibum poſt horas ſuſpectas differre. Lavit itaque poſt octavam et cibo aſſumpto levi credidit nihil ei moleſtum acceſſurum. Quarto die, quo nobiscum verſatus ad balneum diſceſſit, ridens ſimul et reſpiciens te: utrum, inquit, in hoc quarto die tutius eſt octavam horam inedia excedere, an balneo utendum jam eſt? Tu igitur tanquam nihil moleſti futurum eſſet, lavacrum accedere juſſiſti aliique omnes qui aderant, ego autem ſolus ſubticebam. Roganti vero ipſi cur

δὲ αὐτῷ περὶ τῆς σιωπῆς ἀπεκρινάμην οὐκ εἶναί μοι τελέως ἀνύποπτον ἀρχὴν γεγονέναι τεταρταίας περιόδου κατὰ τὴν πρώτην ἡμέραν, ἡνίκα με τὸν σφυγμὸν ἐκέλευσας ἅψασθαι. τὸ δὲ μὴ προεγνωκέναι μέ ποτε τὸν κατὰ φύσιν σου σφυγμὸν ὁποῖός τις ἦν, οὗ χωρὶς οὐχ οἷόν τε τὰς βραχείας αὐτοῦ μεταβολὰς εἰς τὸ παρὰ φύσιν ἐπιγνῶναι, σαφῶς οὐδὲν ἀπεφηνάμην, ὥσπερ οὐδὲ νῦν πλέον ἔχω τι τῆς τότε μοι γενομένης ὑποψίας εἰπεῖν. ἐλούσατό τε οὖν εὐφόρως καὶ ἐτράφη μετρίως, εἶτα περὶ τὴν ἑσπέραν μετακαλεσάμενός με καὶ πάλιν τὸν σφυγμὸν αὐτοῦ κελεύσας ἅψασθαι, τὴν αὐτὴν ἀπόφασιν ἤκουσεν ἣν πρὸ τοῦ λουτροῦ, [832] καὶ μᾶλλον ἔτι θαῤῥαλεώτερον, ἢ τότε. διὰ τοῦτο οὖν ἔδοξε τὴν ἑξῆς ἡμέραν, ἑβδόμην μὲν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ἐσομένην, τετάρτην δὲ ἀπ᾽ ἐκείνης, ἀκριβέστερον παραφυλάξαι καὶ διατρίψας ἐπὶ τῆς οἰκίας ἐλούσατό τε καὶ σιτίων προσηνέγκατο πλειόνων, ὡς οἶσθα, τελέως ἀπύρετον αὐτὸν εἶναι φάντων. ἐγὼ μὲν οὖν ἐρομένῳ σοι, μέμνησαι γὰρ πάντως καὶ τοῦτο, τὴν ὑποψίαν μοι νῦν φήσας, ὡς μικροτάτης τινὸς αὐτῷ τε-

tacerem, reſpondi, non omnino me citra ſuſpicionem eſſe, initium quarti circuitus ſecundum primi diei rationem, quo me pulſum tangere juſſiſti, accidiſſe. Quum autem praenoviſſem naturalem tuum pulſum qualis erat, ſine quo non licet exiguas ipſius mutationes in ſtatum praeter naturam deprehendere, manifeſto nihil pronuntiavi; quemadmodum neque nunc magis poſſum aliquid de ſuſpicione tunc mihi oborta proferre. Lavit igitur ex facili et mediocriter nutritus eſt. Deinde cum circa veſperam vocaſſet me ac rurſus pulſum ejus tangere juſſiſſet, idem quod ante balneum pronuntiavi audivit, ac magis adhuc confidentius quam tunc. Iccirco viſum eſt ſequentem diem, qui ſeptimus ab initio futurus erat, quartus autem ab illo, exactius obſervare: ac cum domi fuiſſet commoratus, lavit ciboſque aſſumpſit, quum plures, ut noſti, omnino absque febri ipſum eſſe dicerent. Ego igitur quaerenti tibi, meminiſti enim omnino et hoc, ſuſpicionem mihi nunc eſſe

ταρταίας περιόδου προοίμιον εἴη συμβαῖνον. ἐχωρίσθην ἔχων ἐπισκοπεῖσθαί τινα περὶ τὴν ἑσπέραν ἄῤῥωστον οὐκ ἐγγὺς οἰκοῦντα. λουσάμενος δ' Εὔδημος ἐτράφη μὲν εὐθέως, οὐ μετὰ πολὺ δὲ θερμασίας ᾔσθετο δι' ὅλου τοῦ σώματος, ἣν ἐν τῷ ποθέντι πόματι γεγονέναι νομίσας. οἴνου γὰρ παλαιοῦ προσηνέγκατο κατὰ τὴν ὑστεραίαν αὐτὸ τοῦτο διηγήσατο τοῖς συνήθεσιν ἰατροῖς, αἰτιασαμένων τε κᾀκείνων ἑτοίμως τὸν οἶνον, οὐδὲν ἔτι νομίσας ἔσεσθαι δυσχερὲς ἐν τῇ τετάρτῃ μετὰ τὴν γενομένην θερμασίαν, ἐλούσατό τε καὶ διῃτήθη τῷ συνήθει τρόπῳ, σαφῶς δὲ πυρέττειν ἀρξάμενος, ἐπείσθη τεταρταίου μὲν εἶναι περίοδον. ἐπῄνει δὲ τοὐντεῦθεν ἐμὲ μόνον, ὡς ἀκριβῶς ἁπτόμενον σφυγμοῦ κατὰ τὸν ἔμπροσθεν χρόνον, ἐν φιλοσοφίας θεωρίᾳ μόνῃ πεπεισμένος ἀξιόλογον ἕξιν εἶναί μοι, τῶν δὲ κατὰ τὴν ἰατρικὴν ἐν παρέργῳ πεφροντικέναι. καὶ γὰρ ἐπέπειστο τοῦ πατρὸς ἐπὶ φιλοσοφίαν ἄγοντός με, προσταχθὲν αὐτῷ δι' ὀνείρων ἐναργῶν, ἐκδιδάξαι καὶ τὰ τῆς ἰατρικῆς, οὐχ ὡς πάρεργόν τι μάθημα τοῦτο. συνέβη μοι γεγονέναι τότε κατά τινα τύχην,

dixi, minimae ſcilicet cujusdam quartanae circuitionis initium ei oboriri. Diſceſſi igitur viſitaturus quendam circa veſperam aegrotum non prope habitantem. Interim lavatus Eudemus ſtatim quendam cibum ſumpſit, non multo poſt calorem per totum corpus ſenſit, quem ex potu hauſto proveniſſe ratus, vinum enim vetus poſtridie aſſumpſerat, hoc ipſum conſuetis medicis recenſuit: quumque et illi ſtatim vinum cauſarentur, nihil hic adhuc moleſti in quarto die poſt calorem obortum fore ratus, lavit et conſueto more cibo uſus eſt, manifeſto autem febricitare orſus, perſuaſum habuit quartanae eſſe circuitum. Me vero ſolum inde commendavit, tanquam exacte pulſum priore tempore tangentem, perſuaſus mihi ſoli habitum eſſe in philoſophica ſpeculatione mentione dignum, medicinae vero obiter rationem habuiſſe. Etenim audierat quum pater me ad philoſophiam duceret, injunctam ei per ſomnia evidentia, ut me medicinam edoceret, non ut ſuperfluam quandam diſciplinam mihi futuram. Con-

ὡς οἶσθα καὶ αὐτὸς, νενοσηκότος τινὸς ἀνθρώπου κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ φθινοπώρου νόσον ὀξεῖαν, εἶτα κατὰ τὴν ἀνάληψιν, ἀρξαμένου περὶ πέμπτην ὥραν πυρέττειν, θεασάμενον τὸν ἄνθρωπον ἀποφήνασθαί σοι παρόντι σαφεστάτην εἰσβολὴν εἶναι τεταρταίου περιόδου. ὁπότε γὰρ κατὰ τὴν ἀναλογίαν ἡ διὰ τὴν τετάρτην ἀνταπόδοσις ἐγένετο, πυθόμενος παρὰ σοῦ τὴν γενομένην πρόῤῥησιν ὁ Εὔδημος, ἔτι μᾶλλον ἐπείσθη προσέχειν ἐμοί· ὥστε ἐπειδὰν προύβαινεν ὁ κατὰ τὴν περίοδον παροξυσμὸς εἰς μέγεθος, ἀθροίσας τοὺς ἀρίστους τῶν κατὰ τὴν πόλιν ἰατρῶν ἠξίωσε σκέψασθαι περὶ τῆς θεραπείας τοῦ νοσήματος. ἐγὼ δὲ ἑκὼν ἀπελείφθην, οὐ βουλόμενος ἁμιλλᾶσθαι διὰ λόγων αὐτοῖς. ὡς δὲ τοῖς ἐνδοξοτάτοις αὐτῶν ἔδοξε τῆς θηριακῆς αὐτὸν πιεῖν, ἕωθεν ἐκείνῃ τῶν ἡμερῶν, ἐν ᾗ προσδοκώμενος ἦν ὁ διὰ τῆς τετάρτης παροξυσμὸς ἔσεσθαι, χωρισθέντων αὐτῶν, ὡς οἶσθα, σοῦ παρόντος, ἐπυνθάνετό μου τίνα τὴν ἐλπίδα τῆς τοῦ φαρμάκου χρήσεως ἔχοιμι. γινώσκεις οὖν ὅπως ἀπεκρινάμην αὐτῷ μηδὲν ἀμφιβάλλων ὡς οὐ μόνον οὐδὲν ὀνήσει τὸ φάρ-

tigit etiam tunc forte fortuna, ut noviſti et ipſe, laborante quodam homine per initia autumni morbo acuto, deinde per tempus refectionis, circa horam quintam febricitare exorſo, pronuntiaſſe me tibi praeſenti, quum hominem illum vidiſſem, manifeſtiſſimum eſſe quartani circuitus inſultum. Quum enim juxta proportionem per quartum diem repetitio fieret, Eudemus factam praedictionem abs te audiens multo magis attendere mihi perſuaſus eſt; quare cum ſecundum circuitum acceſſio in magnitudinem procederet, convocatis praeſtantiſſimis quibusque urbis medicis de morbi curatione conſiderandum cenſuit. Ego autem ſponte relictus ſum, ut qui nollem verbis cum ipſis contendere. Quum vero celeberrimis ipſorum theriacen aegro propinare viſum eſſet mane eo die, quo acceſſio quarto repetens futura exſpectaretur; digreſſis illis, ut noſti, te praeſente interrogabat me quam ſpem de medicamenti uſu haberem. Noſti igitur quomodo ei reſponderim, nihil ambigens, medicamentum ſcilicet non

*μακον, ἀλλὰ καὶ διπλοῦν ἐργάσεται τὸν τεταρταῖον. καὶ τήν γ' αἰτίαν ἐρωτήσαντος αὐτοῦ, δι' ἣν οὕτως ἀπεκρινάμην, ἄπεπτον ἔφην ἔτι εἶναι τὸ νόσημα, τό τε φάρμακον τοῦτο κακοχυμίαν ἄπεπτον καὶ μάλιστα ἐν χειμῶνος ἀρχῇ, μέχρι μὲν τοῦ ταράξαι δύνασθαι προσαγαγεῖν, οὐ μὴν οὔτε πέψαι τελέως οὔτε διαφορῆσαι. ταῦτα μὲν οὖν ἀπεκρινάμην ἐγὼ τῷ Εὐδήμῳ. κατὰ δὲ τὴν ὑστεραίαν ἕωθεν ἀφικόμενοι πρὸς αὐτὸν, οὐδέπω παρόντων ἡμῶν, ἔδοσαν τὸ φάρμακον αἰδεσθέντος διηγήσασθαι τὰ ὑπ' ἐμοῦ λεγόμενα αὐτῷ καὶ ἅμα θεασάμενος μετ' ἐνστάσεως, ὡς ὑποσχομένους τοὺς ἀφικνουμένους ἰατροὺς ἅπαντας, ὀνήσειν αὐτὸν οὐ σμικρὰ τὴν τοῦ φαρμάκου προσφοράν. γενομένου δὲ τοῦ παροξυσμοῦ κατὰ τὴν αὐτὴν ὥραν, ἐνίοτε συμβαίνειν οὕτως ἔφασαν ἐπὶ τῆς πρώτης πόσεως, ὡς κινεῖσθαι καὶ μοχλεύεσθαι τὸ νόσημα. [833] δεύτερον δὲ πιόντα ἀπαλλάττεσθαι τελέως, εἰ κατὰ τὴν ἡμέραν, ἐν ᾗ προσδοκᾶται γενησόμενος ὁ διὰ τετάρτης παροξυσμὸς, ὁμοίως ἕωθεν αὐτοῦ προσενέγκαιτο. ἐκεῖνοι μὲν οὖν οὕτως εἰπόντες ἐχωρίσθησαν εὐέλπιδες. οὐ*

modo nihil praeſidii illaturum, ſed etiam duplicem effecturum quartanam. Ac quum ipſe cauſam quaereret cur ita reſponderem, crudum adhuc eſſe morbum dixi; ac medicamentum hoc adhiberi, quatenus vitioſum humorem crudum, praeſertim per hiemis initia, perturbare poſſit, non tamen vel perfecte concoquere vel diſcutere. Haec igitur ego Eudemo reſpondi. Subſequenti die mane venientes ad ipſum medici, nobis nondum praeſentibus, medicamentum propinarunt reverito narrare eis, quae ego ipſi dixeram: ut qui ſimul omnes medicos diſcedentes confidenter promittere videret, medicamentum aſſumtum non parum ipſi profuturum. Quum autem eadem hora acceſſio invaderet, dicebant ita nonnunquam accidere in prima potione, ut morbus moveretur agitareturque, ſecundo autem potu in totum diſcuti, ſi die, quo acceſſio quarto repetens futura expectatur, ſimiliter mane ex eo aſſumeret. Illi quidem ita locuti cum bona ſpe diſceſſerunt. At

περιμείνας δὲ τὴν ἑξῆς περίοδον ὁ τεταρταῖος ἀπροσδοκήτως ἐνέβαλε τὴν ὀγδόην ὥραν, ἰσχυρότερος ἢ κατὰ τὴν προτέραν ἡμέραν ἐγεγόνει. ἐλθοῦσιν οὖν ἕωθεν αὐτοῖς, ὡς οἶσθα, δεύτερον ἐδόκει διδόναι τοῦ φαρμάκου. καὶ δὴ καὶ δόντες ἐπὶ τῆς ἡμέρας ἀνάλογον τῷ προτέρῳ παροξυσμῷ τὸ φάρμακον ἐχωρίσθησαν. ὁ γοῦν ἀνάλογος τῷ προτέρῳ παροξυσμῷ κατ' αὐτὸν ἀπήντησε καὶ ὁ μετ' αὐτὸν ἐπιγενόμενος δεύτερον· ἐφ' ᾧ κατὰ τὴν ἑσπέραν ἐπυνθάνετό μου τίνα προσδοκίαν ἔχοιμι τῶν μελλόντων. ἐγὼ δὲ, ὡς οἶσθα, καταμαθὼν αὐτοῦ τὴν κίνησιν τῶν ἀρτηριῶν, νῦν μὲν, ἔφην, ἀποκρίνασθαί σοί τι πρὸς τὴν ἐρώτησιν ἀσφαλῶς ἀδύνατος ὑπάρχω, ἕωθεν (453) δὲ τάχα ἂν δυνηθείην, θεασάμενος ἅπαντα τὰ διὰ τῆς νυκτὸς οὐρηθησόμενα. παραγενόμενος οὖν ὑπὸ τῆς ἕω καὶ θεασάμενος αὐτὰ, ἐαθῆναί τε κελεύσας αὖθις, ἐὰν οὐρήσῃ τι μεταξὺ, περὶ τετάρτην ὥραν ἔφην ἀφίξεσθαι. καὶ μὴν καὶ παραγενόμενος, ὡς ἐθεασάμην τε τὰ οὖρα καὶ τῶν σφυγμῶν ἐπὶ πλέον ἡψάμην, ἀπεφηνάμην αὐτῷ τρίτον τεταρταίου γενήσεσθαι παροξυσμὸν, ὡς περὶ τὴν αὐτὴν ὥραν. ἐγὼ μὲν οὖν ἐχωρίσθην· ὀλίγον δ' ὕστερον

quartana, non exſpectato proximo circuitu, praeter opinionem hora octava invaſit, idque fortior quam die primo fuerat. Venientibus itaque mane medicis, ut noſti, iterum ex medicamento propinare viſum eſt. Quumque pro proportione prioris acceſſionis exhibuiſſent, diſceſſerunt; ac quae ſecundo poſt ipſam ſupervenit acceſſio priori in ipſa reſpondebat; cujus rei gratia circa veſperam me rogabat, quid exſpectarem futurum. Ego, ut noſti, arteriarum motum ipſius explorans, nunc ſane, dicebam, reſpondere tibi quippiam ad quaeſtionem tuto non poſſum; mane autem forſan potero, intuitus omnem quae noctu redditur urinam. Reverſus itaque ſub auroram intuitusque lotium, ſinere juſſi, ac rediturum me dixi circiter horam quartam, ſi quid interea mingeret. Ac ſane jam eo profectus, poſtquam urinas inſpexiſſem pulſumque diutius tetigiſſem, pronuntiavi ei tertiam quartanae acceſſionem circiter eandem horam adſuturam, quo dicto jam diſceſſi. Paulo poſt

ἐπισκεψόμενοι τὸν Εὔδημον ἀφίκοντο Σέργιός τε καὶ ὁ Παῦλος, ὃς οὐ μετὰ πολὺν χρόνον ὕπαρχος ἐγένετο τῆς πόλεως, καὶ Φλάβιος ὑπατικὸς μὲν ὢν ἤδη καὶ αὐτὸς, ἐσπευκὼς δὲ περὶ τὴν Ἀριστοτέλους φιλοσοφίαν, ὥσπερ καὶ ὁ Παῦλος, οἷς διηγησάμενος ἅπαντα ὁ Εὔδημος τὰ κατ' ἐμὲ, λυπεῖν ἔφη τὴν σήμερον ἐσομένην πρόῤῥησιν ἐπὶ τοῦ μέλλοντος παροξυσμοῦ, παραφυλάττειν δ' ὅπως ἀποβήσοιτο. γενομένου δὲ κἀκείνου περὶ τὴν αὐτὴν ὥραν τοῖς προγεγενημένοις ὁ μὲν Εὔδημος ἐθαύμαζέ τε καὶ τοῖς ἐπισκοπουμένοις αὐτὸν ἅπασιν ἐδήλου τὰς ἐμὰς προῤῥήσεις. ἦσαν δὲ οὗτοι σχεδὸν ἅπαντες οἱ κατὰ τὴν Ῥωμαίων πόλιν ἀξιώματί τε καὶ παιδείᾳ προὔχοντες. ὁ δ' οὖν Βοηθὸς, ἀκηκοὼς εἰς ἄκρον ἠσκῆσθαί με τὴν ἀνατομικὴν θεωρίαν, ἔτυχεν ἤδη παρακαλῶν ἐπιδεῖξαί τι περὶ φωνῆς τε καὶ ἀναπνοῆς, ὅπως τε γίγνοιτο καὶ διὰ τίνων ὀργάνων. ὡς οὖν ἐγνώρισέ μου τὸ ὄνομα καὶ τοῦτ' αὐτὸ τῷ τε Παύλῳ διηγήσατο καὶ μετὰ τὴν πεῖραν ἔφη παρακαλεῖν με, δεῖξαί τε καὶ αὐτῷ· πᾶν γάρ ἔφη δεῖσθαι τῆς θέας τῶν κατὰ τὰς ἀνατομὰς φαι-

Sergius et Paulus, qui non multo poſt urbis praefectus creatus eſt, et Flavius conſularis, jam et ipſe in Ariſtotelis philoſophia exercitatus, ſicut et Paulus Eudemum viſitatum venerunt: quibus ille omnia, quae a me audierat, recenſens triſtitia ſe afficere dicebat factam de futura acceſſione praedictionem, obſervare autem quomodo eveniret. Quum jam et illa circa eandem horam ut praeteritae accideret, Eudemus ſane admirabatur et inviſentibus ipſum omnibus meas praedictiones indicabat. Erant autem hi prope omnes, qui Romae et dignitate et eruditione praecellebant. Quum igitur Boëthus in anatomica ſpeculatione me ſumme eſſe exercitatum audiviſſet, rogabat jam me, ut aliquid de voce et reſpiratione, quomodo fieret et per quae inſtrumenta, oſtenderem. Ut igitur cognovit nomen meum, etiam hoc ipſum Paulo narravit, qui et ipſe poſtquam innotuiſſet me rogabat ut etiam ſibi quid oſtenderem; dicebat enim omnino ſe ſpeculatione

νομένων ὁ Παῦλος. ὁμοίως δὲ καὶ Βάρβαρος ὁ θεῖος τοῦ βασιλεύοντος Λευκίου, κατὰ τὴν Μεσοποταμίαν ὀνομαζομένην ὄντος ὑπάρχου, ἐδεῖτο τοῦ μαθήματος καὶ αὐτὸς, ὥσπερ ὁ Παῦλος. ὕστερον δὲ καὶ Σεβῆρος ὕπατος μὲν ὢν, ἐσπουδακὼς δὲ καὶ περὶ τὴν Ἀριστοτέλους φιλοσοφίαν. ὅπως μὲν οὖν τὰ κατὰ τὰς ἀνατομὰς ἐγένετο, γινώσκοντί σοι βραχείας ἀναμνήσεως δεήσει, μικρὸν ὕστερον ἐσομένης.

Κεφ. γ'. Ἐπὶ δὲ τὰ κατὰ Εὔδημον ἐπάνειμι. καταπονούμενος γὰρ ὑπὸ τῶν τριῶν τεταρταίων ἀπήλπιστο πρὸς τῶν ἰατρῶν ὄντος ἤδη που μέσου χειμῶνος. ἐγὼ δὲ οἷα διδασκάλῳ μὲν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τύχην οἰκῶν αὐτοῦ πλησίον, ἀνάγκην [834] εἶχον ὑπακούειν δὶς τῆς ἡμέρας καλοῦντι. καταγελῶν δέ μου κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον Ἀντιγένης εἷς τῶν Κοΐντου μαθητῶν, συγγεγονὼς δὲ καὶ Μαρίνῳ, πρωτεύειν τε τῶν ἰατρῶν πεπιστευμένος, ἅπαντάς τε τοὺς πολὺ δυναμένους ἰώμενος, οὐκ οἶδ' ὅ τι δόξαν αὐτῷ τοῖς ἐπαινοῦσι καταγελῶν ἔφασκεν, ὀλίγον ὕστερον αὐτοὺς γνώσεσθαι τίνα τυγχάνουσιν ἐπαινοῦντες, ὅταν ἐκφερόμενον ἴδωσιν Εὔ-

eorum, quae in diſſectionibus apparent, indigere. Similiter et Barbarus avunculus regis Lucii, qui Meſopotamiae dictae praeerat, ipſe quoque ſicut Paulus diſciplinam deſiderabat. Poſtea et Severus conſulatum tunc gerens, in Ariſtotelis philoſophia etiam verſatus. Quomodo igitur diſſectiones ſucceſſerint quum ipſe ſcias, paucis commemorare opus erit et breviter paulo poſt repetemus.

Cap. III. Nunc autem ad Eudemum revertor. Quum enim tribus quartanis laboraret, medici de ejus ſalute deſperarunt, hieme jam fere media. Ego vero primum tanquam praeceptori meo, deinde quod forte fortuna prope ipſum habitabam, neceſſe habui obtemperare bis die vocanti. At Antigenes me eo tempore deridebat, unus ex Quinti diſcipulis, qui et Marino convixerat principatumque inter medicos obtinere creditus omnes potentes medicabatur; haud ſcio qua opinione ductus laudantibus me ridendo dicebat, paulo poſt ipſos cognituros quem commendarent, cum Eudemum efferri viderint. Atque haec

δημον καὶ ταῦτα λέγων πρὸς τοὺς παρόντας ἰδιώτας, ἀποστρέφων ἐνίοτε μὲν τὸν λόγον, ἀποβλέπων τε πρὸς τοὺς ἰατροὺς ἔφασκεν, Εὔδημον ἑξηκοστὸν καὶ τρίτον ἔτος ἄγοντα, τρεῖς ἔχοντα τεταρταίους ἐν μέσῳ χειμῶνος, θεραπεύειν ὑπισχνεῖται Γαληνός. σὺ μὲν οὖν, Ἐπίγενες φίλτατε, τάς τε μετὰ ταῦτα γενομένας προῤῥήσεις ἐπ᾽ αὐτοῦ καὶ τὴν θεραπείαν οἶδ᾽ ὅτι κηρύττων διετέλεσας. ἐμοὶ δ᾽ ἀρχὴ φθόνου τότε πρῶτον ἐγένετο, θαυμαζομένῳ ἐπί τε βίου σεμνότητι καὶ τοῖς κατὰ τὴν τέχνην ἔργοις. ἐκ γὰρ τῶν τριῶν τεταρταίων τὸν μὲν πρῶτον ἀρξάμενον ἐν τῇδε παύσασθαι τῇ ἡμέρᾳ προειπὼν ἐθαυμάσθην· ἐπεὶ δὲ καὶ τοῦ δευτέρου τὴν προθεσμίαν τῆς λύσεως ἠλήθευσα, ἅπαντες μὲν ἐξεπλάγησαν· ἐπὶ τοῦ τρίτου γοῦν ἀποτυχεῖν με τοῖς θεοῖς ηὔχοντο. παυσαμένου δὲ κἀκείνου κατὰ τὴν ὑπ᾽ ἐμοῦ προῤῥηθεῖσαν ἡμέραν, οὐκ ἐπὶ ταῖς προῤῥήσεσι μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ θεραπείᾳ δόξαν ἔσχον οὐ σμικράν. ὁ οὖν Ἀντιγένης μονονοὺ κατὰ γῆς ἐδύετο διὰ τὰς προπετῶς αὐτῷ γενομένας εἰς ἐμὲ βλασφημίας· ὁμοίως δ᾽ αὐτῷ καὶ Μαρτιανὸς, οὗ καὶ

ad praeſentes idiotas dicens, nonnunquam ſermone averſo reſpiciensque ad medicos ajebat, Eudemum ſexageſimum et tertium annum agentem, tribus laborantem quartanis in media hieme Galenus ſe curaturum promittit. Tu igitur, Poſthume cariſſime, et praedictiones de eo poſtea factas et curationem novi quanto praeconio extuleris; mihi autem primum tunc invidiae initium obortum eſt, ut qui tum propter gravitatem vitae tum artis opera eſſem admirationi. Etenim ex tribus quartanis quum primam quidem exorſam hoc finitum iri die praeſagiiſſem, viſus ſum admirabilis; quum autem et ſecundae ſtatum ſolutionis tempus vere protuliſſem, omnes ſane fuerunt attoniti; in tertia certe deos precabantur ut ſucceſſu fruſtrarer. Cum autem et illa in die a me praedicto ceſſaret, non ob praedictiones tantum, ſed etiam curationem, haud mediocrem gloriam ſum conſecutus. Antigenes igitur fere in terram ſe coram me dimiſit propter temerarias ipſius in me oblocutiones habitas; ſimiliter et Martianus, qui ipſe quoque

αὐτοῦ κατά τε τὸν χρόνον ἐκεῖνον ἔτι δὲ πρότερον ὡς ἀνατομικωτάτῳ δόξα μεγάλη παρὰ τοῖς ἰατροῖς νεανίσκοις ἦν. ἐσπουδάζετο δὲ δύο βιβλία τῶν ὑπ᾽ αὐτοῦ γεγραμμένων ἀνατομῶν. ἀνιαθεὶς δὲ καὶ αὐτὸς ἐφ᾽ οἷς Εὔδημος οὐ μόνον ἐπαινεῖσθαι χρῆναί με πρὸς ἅπαντα δικαίως, ἀλλὰ καὶ θαυμάζεσθαι δεῖν ἔφασκεν, οὐκ ἐξ ἰατρικῆς τὰς προῤῥήσεις, ἀλλ᾽ ἐκ μαντικῆς γίνεσθαι ταύτας ὑπ᾽ ἐμοῦ διέβαλε. καὶ τήν γε μαντικὴν ἥντινα λέγοι ἂν πυνθανομένων τινῶν, ἐνίοτε μὲν οἰωνιστικὴν ἔφασκεν, ἐνίοτε δὲ θυτικὴν, ἔστι δ᾽ ὅτε συμβολικὴν, ἢ μαθηματικήν. ὕστατον δέ τι παρὰ τῷ Εὐδήμῳ τοιοῦτον ἐγένετο, τοῦ τρίτου τῶν τεταρταίων τῆς ἡμέρας ἐνστάσεις, ἐν ᾗ τελείαν ἀπαλλαγὴν αὐτῷ προειρήκειν ἔσεσθαι. παραγενόμενος ὁ Μαρτιανὸς πρὸς τὸν Εὔδημον ὥρας ἐνάτης, οὐ σμικρῷ σφοδρότερον, ἀλλὰ καὶ πάνυ πολλῷ τοῦ προγεγενημένου παροξυσμοῦ τὸν νῦν ὄντα φήσας ὑπάρχειν, ἐχωρίσθη παραχρῆμα φαιδρῷ τῷ προσώπῳ, φανερῶς ἐνδεικνύμενος ἐπιχαίρειν, ὡς ἀποτετευγμένης τῆς προῤῥήσεως. αἰσθανόμενος δὲ ὁ Εὔδημος εὐφορίας ὁποίας

tum per illud tempus tum antea adhuc ceu maximus anatomicus in magno honore et gloria apud adoleſcentes medicos extitit. Legebantur autem duo ejus libri de diſſectionibus ſcripti. Is ipſe quoque dolore affectus, eo quod Eudemus non modo jure in omnibus laudari me oportere, ſed etiam pro miraculo haberi dicebat; non ex medicina praedictiones, ſed ex vaticinatoria has a me fieri calumniabatur. At vaticinatoriam quam tandem diceret quum nonnulli quaererent, interim auguratricem dicebat, interim e ſacrificio petitam, aliquando ſymbolicam aut mathematicam. Poſtremo tale quid apud Eudemum accidit, tertiae quartanae die inſtante, qua perſecte eum liberatum iri dixeram. Martianus hora nona ad Eudemum profectus praeſentem acceſſionem non paulo, ſed etiam multo vehementiorem praeterita eſſe dixit ac ſtatim abit vultu laeto, manifeſto indicans ſe gaudere, tanquam praedictio non ſucceſſerit. Eudemus autem ſentiens facilitatem morbi

οὔπω πρότερον ᾔσθετο, καὶ μέντοι καὶ θαῤῥῶν, ὡς οὐ σφαλησομένῳ μοι κατὰ τὴν πρόῤῥησιν, ἀναμείνας ἀφικέσθαι τινα καὶ ἄλλον ἰατρόν· ἀφικομένου δὲ οὐχ ἑνὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ δυοῖν καὶ τριῶν (ἐπετήρουν γὰρ ἅπαντες ὅπως ἀποβῇ τὰ κατὰ τὴν πρόῤῥησιν, εὐχόμενοι κἂν ἐπί γε τοῦ τρίτου τῶν τεταρταίων ἀτυχῆσαί με τῆς τε προῤῥήσεως καὶ τῆς ἀπ᾽ αὐτοῦ θεραπείας) ὁ μὲν Εὔδημος ἠξίωσε κἀκείνους ἀποφήνασθαι πῶς ἔχειν αὐτοῖς τὰ κατ᾽ αὐτὸν δοκοίη, τὴν δ᾽ αὐτὴν ἀπόκρισιν ἀκούσας, ἣν ὁ Μαρτιανὸς πεποίηται, καὶ προσχὼν ὁμοίως κἀκείνοις, ὡς Μαρτιανῷ, φαιδροτέροις γεγονόσιν, ἐνόησε μὲν καὶ αὐτὸς ἐπιχαίρειν αὐτοὺς, ὡς ἀποτετευγμένης τῆς προῤῥήσεώς τε καὶ θεραπείας. ἐπεὶ δ᾽ ἐχρόνιζον ἐγὼ παρὰ τὸ ἔθος ἐν ἐπισκέψει τινι κατεχόμενος, ἔπεμπε συνεχῶς πρός με πλησίον οἰκοῦντα, καθάπερ ἔφην, ἐπι- [835] κριθῆναι τὴν εὐφορίαν ἣν εἶχεν ὑπ᾽ ἐμοῦ βουλόμενος. ὡς δ᾽ οὖν ἀφικόμην, οὐδὲ καθίσαι με περιμείνας ἐξέτεινε τὴν χεῖρα, κελεύων ἅψασθαι τῶν σφυγμῶν. ἁψαμένου δὲ μετὰ σπουδῆς ἐπυνθάνετο τί ποτε ἀγγέλλοιμι.

tolerandi, qualem necdum antea perceperat, quin etiam confidens mihi tanquam non erraturo in praedictione, exſpectans dum alius etiam quidam medicus accederet; quumque non unus tandem adveniret, ſed duo et tres (obſervabant enim omnes quomodo praedictio ſuccederet, optantes ſaltem in tertia quartana fruſtrari me et praedictione et curatione ipſius), Eudemus ſane voluit et illos pronuntiare quam ipſi de morbo ſuo opinionem haberent. Quumque eandem reſponſionem audiviſſet, quam Martianus protulerat, et attendens ſimiliter etiam illis ceu laetioribus Martiano redditis, intellexit ſane et ipſe gaudere illos quaſi et praedictio et curatio improſpere ſucceſſerit. Quoniam autem diutius morabar praeter conſuetudinem in viſitando quodam occupatus, miſit continue ad me juxta habitantem, ut dixi, cupiens, ut de facilitate ipſius, quam habebat, ferrem judicium. Ut igitur acceſſi, ne ſedere quidem me permittens manum exporrexit, jubens ut pulſum tangerem. Quum autem exploraſſem ſtudioſe, quae-

κἀγὼ μειδιάσας, τί ἄλλο, ἔφην, ἢ ἀγαθά; ποῖα, εἶπε, ταῦτα ἰδικῶς μοι φράσον. ἐγὼ δ', οὐκ ἀρκέσει, ἔφην, σοὶ τὸ κεφάλαιον αὐτὸ ἀθρόως ἀκηκοότι χαίρειν ἐπὶ τοῖς ἐσομένοις; οὐδαμῶς, εἶπεν. ἀκοῦσαι γὰρ ποθῶ καὶ τὰ κατὰ μέρος. ἄκουε δή· ἀπαλλαγήσῃ τῇ νυκτὶ ταύτῃ τελέως ἁπάσης τῆς νοσώδους διαθέσεως, ἧς ἀπαλλαγείσης, τῶν τ' ἐπιγενομένων καὶ τῶν ἐσομένων αὐτῇ συμπτωμάτων ἁπάντων ἡ λύσις ἀκολουθήσει. καὶ τοῦτ' ἔφην ἄρτι μοι διὰ σφυγμῶν δεδηλωκέναι τὴν διοικοῦσάν σου τὸ σῶμα φύσιν ἐπεγηγερμένην ἤδη καὶ κινουμένην, ὡς ἐκβαλεῖν ἐκ τοῦ σώματος ἅπασαν οὖσαν ἔν σοι μοχθηρίαν τὴν ἐν τοῖς κατὰ τὸ σῶμα χυμοῖς. πῶς οὖν δὴ παρὰ τῆς φύσεως τοῦτο λέγεις σοι δεδηλῶσθαι; οὐ γὰρ δὴ φθεγξαμένη γε ταῦτ' εἶπε, ἀπόκριναί μοι, πάντως γὰρ οἶσθα παρακολουθήσαντά με τῷ λόγῳ μᾶλλον ἁπάντων τούτων ἰαλέμων ἰατρῶν. ὅτι τὴν (454) κίνησιν, ἔφην, τῶν ἀρτηριῶν εἰς ὕψος ἀνήγαγεν, ἐπὶ πλέον τῆς ἐφ' ἑκάτερον διαστάσεως, ὅπερ ἀεὶ ποιεῖν εἴωθεν ἐγχειροῦσα τὸ λυποῦν ἐκκρίνειν τοῦ σώματος. ἐπὶ τούτοις ῥηθεῖσιν ὁ Εὔ-

rebat quidnam nuntiarem. Ac ego ridens, quid aliud, inquam, quam bona? qualia, ait, haec particulatim mihi edicito. Ego rurſus, non ſatis, inquam, erit tibi ſummam ipſam univerſim audienti, gaudere ob ea, quae futura ſunt. Nequaquam, inquit; audire enim deſidero particulatim. Audito jam. Hac nocte tota diſpoſitione morboſa perfecte liberaberis; quibus factis etiam ſymptomatum omnium et ſupervenientium et futurorum ſolutio comitabitur. Atque hoc dicebam nuper mihi ex pulſibus indicaſſe naturam, quae corpus tuum diſpenſat, excitatam jam motamque, ut omnem humorum corporis pravitatem ex corpore tuo expellat. Quomodo igitur jam a natura hoc tibi indicatum eſſe dicis? non enim loquens haec tibi dixit; reſponde. Omnino enim noviſti me quae dices intellectu magis aſſecuturum quam omnes hos miſerabiles medicos. Quoniam motum, dixi, arteriarum elatius extulit quam ad alteram dimenſionem: quod ſemper facere conſuevit, ubi id quod noxium eſt excernere e corpore

δημος ὑπολαβὼν ἔφη, ἀλλ' ἐπεὶ πολλαὶ τῆς ἐκκρίσεως ὁδοὶ τετάχαται τῇ φύσει· καὶ γὰρ ἔμετος καὶ γαστὴρ καταῤῥήξασα, τάχα δὲ καὶ οὔρων πλῆθος, ἱδρώτων τε πολλῶν ἐκκρίσεις, αἱμοῤῥαγία τε καὶ συνήθης αἱμοῤῥοῒς ἀναστομωθεῖσα κένωσιν ἀθρόαν ἐργάζεται· τῆς σῆς ἂν εἴη τέχνης ἔργον οἰκεῖον ἑρμηνεῦσαί μοι τὸ τῆς κενώσεως εἶδος. αἱμοῤῥαγίας μὲν οὖν, ἔφην, ἐσομένης τάδε καὶ τάδε προηγεῖται σημεῖα, καθάπερ γε καὶ ἱδρώτων ταυτί. προσέθηκα δ' ἐν τῷ λόγῳ καὶ τὰ τῶν ἐμέτων προηγούμενα. τῆς δὲ διὰ τῆς κάτω γαστρὸς κενώσεως ἀθρόας κριτικῆς οὐδὲν ἔχομεν ἴδιον ἐξαίρετον σημεῖον, ἀλλ' ἐκ τοῦ μηδὲν τῶν ἄλλων παρεῖναι καταλείποιτ' ἂν ἐλπίζειν ἐπὶ σοῦ γενήσεσθαι τοῦτο. διαλεκτικῶς, ἔφη, συνελογίσω τὴν εὕρεσιν τοῦ γενησομένου. ταῦτα μὲν ἑσπέρας οὔσης ἤδη διελέχθημεν ἀλλήλοις. παραγενόμενος δ' ἕωθεν ἤκουσας αὐτὸς σὺ τοῦ κεφαλαίου τῆς προῤῥήσεως, οὐχ ὑπομένοντος μετρίως φθέγγεσθαι τοῦ φιλοσόφου, καθάπερ εἰώθει· κεκραγότος δὲ πρὸς ἅπαντας ἡμᾶς τοὺς εἰσιόντας φίλους, ὡς ὁ Πύθιος Ἀπόλλων, διὰ τοῦ

nititur. Poſt haec dicta Eudemus iterato ſermone intulit. Verum quia multae excretionis viae a natura diſtributae ſunt (etenim vomitus, alvus profluens, forſan et urinarum copia, ſudorum multorum eruptiones, ſanguinis profluvium et conſueta haemorrhois adaperta vacuationem ſubitam efficit) proprium artis tuae munus fuerit vacuationis ſpeciem interpretari. Sanguinis igitur profluvium futurum haec et illa ſigna praecedunt, quemadmodum etiam ſudores haec. Adjeci autem inter dicendum et ea quae vomitus praecedunt. At vacuationis per ventrem ſubitae criſin fatentis nullum peculiare eximium ſignum habemus. Verum ſi nullum ex aliis adſit, reliquum eſt ut ſperemus in te hoc futurum. Dialectice, inquit, collegiſti ejus quod fiet inventionem. Haec ſane cum adveſperaſceret jam inter nos differebamus. Quum itaque mane accederem, tu ipſe audiviſti ſummam praedictionis a philoſopho, qui non ſuſtinebat moderate loqui, ut conſueverat; ſed vociferabatur ad omnes nos ingredientes amicos, Py-

Γαληνοῦ στόματος, ἐβουλήθη θεσπίζειν τοῖς νοσοῦσι μετὰ τοῦ θεραπεύειν αὐτοὺς, ἀπαλλάττειν τε τελέως αὐτοὺς ἐν ἡμέρᾳ τῇ προῤῥηθείσῃ. τὴν γοῦν γεγενημένην λύσιν τοῦ νοσήματος, πέπεισμαι γὰρ ἤδη τελέως ὑγιαίνειν, ἐπαγγειλάμενος ἐκ πολλοῦ καὶ τῆς θεραπείας καὶ τῆς προῤῥήσεως ἔτυχον. ἀπήλλαξε δέ με τριῶν τεταρταίων, οἷς ἀκαίρου πόσεως τοῦ θηριακοῦ φαρμάκου περιπεσὼν, ὁπότε καιρὸς αὐτῆς ἐγένετο, μηδὲν ἐκείνων φθεγγομένων δοὺς τοῦτο ἀπήλλαξέ με καταγελώμενος ὑπ᾽ αὐτῶν, εἴ γε νομίζει γέροντα χειμῶνος ὥρᾳ κάμνοντα τρισὶ τεταρταίοις ἀπαλλάξειν.

Κεφ. δ'. Οἱ μὲν οὖν ἰδιῶται τῆς ἰατρικῆς τέχνης ἀκούοντες ταῦτα, κοινὸν ἀγαθὸν ἡγούμενοί με τοῖς ἐν Ῥώμῃ γενήσεσθαι, πάντες ἔχαιρον. ὁ δ᾽ οὐκ ἰατρὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ φίλος εἶναι μαρτυρούμενος Μαρτιανὸς, ἀκούσας τήν τε κατὰ τὴν γεγονυῖαν ἡμέραν [836] ἀπόφασίν μου, περὶ τῆς ἐν ταῖς ἀρτηρίαις κινήσεως, ἣν ἐκεῖνοι θορυβώδη νομίζοντες, οὐ κριτὴν ἐδεδίεσαν, εὑρόντες κατὰ φύσιν ἀκριβῶς ἔχοντα τὸν Εὔδημον, ἐπαινέσαι μὲν οὐδ᾽ ἄχρι ῥήματος

thium Apollinem per Galeni os voluiſſe oracula aegrotantibus dicere nec non curare ipſos liberareque in totum die praedicto. Nam cum factam morbi ſolutionem (perſuaſum enim habeo jam ex toto me eſſe ſanum) longo tempore antea praenuntiaſſet et curationem et praedictionem ſum conſecutus. Liberavit autem me tribus quartanis, in quas ex intempeſtivo theriacae medicamenti potione incidi, quando tempus ipſius eſſet non illis eloquentibus; hic propinans me liberavit, deriſus ab iis, quod ſenem hiberno tempore laborantem tribus quartanis levaturum ſe putaret.

Cap. IV. Imperiti ſane artis medicae quum haec audirent, commune bonum me Romae degentibus ſuturum exiſtimantes omnes gaudebant. At Martianus, qui non medicum modo, ſed etiam amicum eſſe ſe teſtabatur, quum audiviſſet, quid ſuperiori die pronuntiaſſem de arteriarum motu, quem illi turbulentum, non decretorium nominantes extimuerunt, etſi Eudemum ſecundum natu-

ἑνὸς ὑπέμεινέ με. καταβὰς δὲ εἰς τὸ Σανταλάριον ἀπήντησέ μοι κατὰ τύχην, εὐθέως δὲ μήτε προσαγορεύσας, ὡς ἔθος εἶχεν, ἐπύθετο πότερον ἀνεγνωκὼς εἴην τὸ δεύτερον τῶν Ἱπποκράτους προῤῥητικῶν, ἢ ὅλως ἀγνοοῖμι τὸ σύγγραμμα, κἄπειτα ἀκούσας ὡς ἀνεγνωκὼς εἴην καί μοι δοκοῖεν ὀρθῶς, ἔνιοι τῶν ἰατρῶν οὐκέτι εἶναι τῶν γνησίων Ἱπποκράτους βιβλίων αὐτὸ καὶ προσηκόντως ἀποφήνασθαι. πάντως γοῦν γινώσκεις, ἔφη, τῶν γεγραμμένων ἐν αὐτῷ; ἐγὼ δὲ τοιαῦτα οὐ μαντεύομαι· πρὸς τί δὲ, ἔφην, εἴρηταί σοι νῦν τοῦτο; καὶ ὡς ἄρτι κεχωρίσθαι παρ᾽ Εὐδήμου θαυμάζοντος ἔλεγεν ἐπὶ τοῦ χθὲς ἑσπέρας, ἁψάμενόν σε τὸν σφυγμὸν προειπεῖν ἔκκρισιν ἔσεσθαι διὰ τῆς κάτω γαστρὸς, ἐφ᾽ ἧς μηκέτι πυρέξειν. εἰπόντος οὖν αὐτοῦ ταῦτα, μόνον ἀποκρινάμενος ἐγὼ, παρ᾽ Εὐδήμου ταῦτ᾽ ἀκήκοας, οὐ παρ᾽ ἐμοῦ, παρῆλθον αὐτίκα. πορευθείς τε πρὸς τὸν Εὔδημον ἀπήγγειλα τὸ γεγονὸς, ἐθαύμαζόν τε τὴν κακόνοιαν τῶν εὐδοκιμούντων ἰατρῶν ἐν τῇ Ῥωμαίων πόλει. ὁ δὲ κατὰ λόγον ἔφη μοι τοῦτο πεπονθέναι, ἀπεικάζων τοῖς ἐν πατρίδι

ram prorſus habere offenderent, ne verbo quidem uno laudari me ſuſtinebat. Digreſſus autem in Sandalarium forte mihi occurrit ac ſtatim neque ſalutans, uti ſolebat, rogavit, num ſecundum Hippocratis Prorrheticorum librum legiſſem, an omnino mihi eſſet incognitus. Ac deinde ubi audiviſſet me legiſſe, ac mihi videntur, inquit, nonnulli medicorum recte ac convenienter pronuntiaſſe ex germanis Hippocratis libris ipſum non eſſe. Omnino igitur noviſti, inquit, quae in eo ſcripta ſunt? Ego vero hujusmodi non vaticinor; quorſum autem hoc nunc dictum ab eo eſſet quaeſivi. Quod cum ab Eudemo te admirante digreſſus eſſes, ajebat, heri veſperi ex pulſus tactu praedixeris excretionem per alvum futuram, poſtquam non amplius febricitaret. Quae ubi ipſe protuliſſet, ego tantum reſpondens, ab Eudemo haec audiviſti, non a me, ſtatim diſceſſi; profectusque ad Eudemum quid accidiſſet nunciavi, demirabarque medicorum in Romanorum urbe celebrium malevolentiam. Ille ſecundum rationem hoc

τοὺς τῇδε, κατὰ πλείους αἰτίας εἰς ἄκρον ἥκοντας κακοηθείας, καὶ διῆλθεν ἁπάσας ἑξῆς ὧδέ πως. μὴ νόμιζε τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας ἐν ταύτῃ τῇ πόλει γίνεσθαι πονηροὺς, ἀλλ᾽ ὅσοι φθάνουσιν εἶναι πονηροὶ, πραγμάτων ὕλην εὑρόντες ἐνταῦθα καὶ κέρδη πολὺ μείζονα τῶν ἐν ταῖς ἔξω πόλεσιν ἔχουσιν. ὁρῶντές τε πεπλουτηκότας ὁμοίους αὐτοῖς πολλοὺς, ἐμιμήσαντο τὰς πράξεις αὐτῶν πολυειδεῖς οὔσας καὶ ἐκ πλειόνων αἰτιῶν εἰς ἔσχατον ἥκουσιν πονηρίας. ἐρῶ δέ σοί τινας αὐτῶν, ὡς ἂν ἐκ πολλοῦ χρόνου πεπειραμένος. οὐ γὰρ μόνον ἡ φύσις, οὐδὲ ἡ τῶν κερδαλέων πραγμάτων ὕλη τὴν πονηρίαν ηὔξησε τῶν φύσει πονηρῶν, ἀλλὰ καὶ μάθησις ἠκολούθησε πανουργίας ὁδῶν, ἃς ἑώρων ὁσημέραι γινομένας ὑπὸ τῶν ὁμοίων ἑαυτοῖς· εἶτα ἐν τῷ μιμεῖσθαι ταύτας διετρίβησαν. κἂν φωραθῶσιν ὑπό τινος πανουργοῦντες, ἐπ᾽ ἄλλους ἔχειν ἀγνῶτας ἑαυτῶν μεταβαίνειν, οἷς ἐκ τῆς πρώτης πείρας ὧν πράττοντες κακῶς ἐγνώσθησαν ἀσφαλέστερον προσφέρονται, οὐ σμικρὰν ἔχει δύναμιν οὐδ᾽

mihi accidere dixit, conſerens cum patriae noſtrae medicis eos, qui in hac urbe verſantur, pluribus de cauſis ad ſummum malitiae tendentes; ac deinde mihi omnes in hunc modum recenſuit. Ne arbitreris bonos viros hac in urbe fieri malos, ſed qui mali jam ſunt, rerum materiam hic et quaeſtum multo uberiorem quam ii, qui in externis urbibus agunt, inveniunt. Ac dum multos ipſis ſimiles locupletatos vident, actiones eorum varias imitantur atque hinc ex pluribus cauſis in extremam pravitatem delabuntur. Dicam autem tibi nonnullas ipſorum pravitates ceu longo tempore expertus. Non enim ſolum natura, neque quaeſtuoſarum rerum materia malitiam eorum, qui natura pravi ſunt, adauxit; ſed etiam diſciplina viarum impoſturae ſecuta eſt, quas quotidie a ſui ſimilibus iniri conſpiciebant: deinde in his imitandis tunc verſantur. Et ſi ab aliquo maleficii arguantur, ad alios ignotos transgrediuntur; quibus illa, quae prima experientia perperam facere ſunt deprehenſi, tutius offeruntur; id quod non

αὐτὸ πρὸς τὸ μηδέποτε παύεσθαι πανουργοῦντας. οἱ δ' ἐν ταῖς σμικραῖς πόλεσι οὔθ' ὑπὸ μεγέθους κερδῶν δελεαζόμενοι, καθάπερ οἱ τῆσδε, γινωσκόμενοί τε ῥαδίως ὑπὸ τῶν πολιτῶν, εἰ καὶ μικρὸν ἁμάρτοιεν, ἀγύμναστον ἔχουσι τὴν θεωρίαν. ἐνταυθοῖ δὲ καὶ τὸ μὴ γιγνώσκεσθαι πρὸς ἁπάντων, ἃ πράττουσιν ἑκάστοτε πανουργοῦντες, αὐξάνει τὴν κακίαν τῆς φύσεως αὐτῶν. ἐπιτίθενται γὰρ τοῖς ἀγνοοῦσιν αὐτοὺς ἀπροοράτοις, καὶ μάλισθ' ὅταν ἀντιδακεῖν αὐτοὺς οἱ δι' ἁπλότητα γνώμης μὴ δύνανται, καθάπερ αὐτοὶ δάκνουσιν ἀλλήλους, ἐάν τι καὶ σμικρὸν ἀδικηθῶσιν. ὡς οὖν οἱ παρ' ἡμῶν λησταὶ βοηθοῦσι μὲν ἀλλήλοις ἐπὶ τῇ τῶν ἄλλων ἀδικίᾳ, ἑαυτοῖς δὲ φείδονται, κατὰ τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον οἱ τῇδε καθ' ἡμῶν ποιοῦντες τὰς συνωμοσίας, μόνῳ τούτῳ διαφέροντες τῶν λῃστῶν τῷ κατὰ τὴν πόλιν, οὐκ ἐν τοῖς ὄρεσι κακουργεῖν. ἀλλὰ τό γέ μοι προκείμενον, ἔφην, ἀκήκοας ἤδη πολλάκις, ὡς ἐπειδὰν ἡ κατὰ τὴν πατρίδα μου στάσις παύσηται, παραχρῆμα θεάσῃ με τῆς πόλεως τῆσδε χωριζόμενον, καὶ ὀλιγοχρόνιον ἔτι ποιήσω τὴν ἐνταῦθα δια-

parum eos movet ut nunquam a maleficiis deſiſtant. Qui autem parvas urbes inhabitant, neque magnitudine quaeſtus alliciuntur, quemadmodum hujus incolae, cognoſcunturque facile a civibus, et ſi etiam parum deliquerint, inexercitatam habent ſpeculationem. Hic autem et quod non ab omnibus cognoscantur, quae frequenter maleficia moliuntur, naturae ipſorum malignitatem auget. Nam ingerunt ſe ignorantibus ex improviſo, et praeſertim iis, qui propter animi ſimplicitatem ipſos contra mordere nequeunt, ſicut ipſi ſe invicem conviciis lacerant, ſi quam etiam parvam injuriam intulerint. Ut igitur latrones apud nos ob maleficium aliquod ſe mutuo juvant ſibique parcunt, eodem modo qui hic agunt adverſus nos conjurati ſola hac re a latronibus differunt, quod in urbe, non in montibus facinora ſua perpetrent. Sed jam quod propoſueram, ajebam, ſaepe audiviſti: quare quamprimum ſeditio ac belli tumultus in patria mea ceſſaverit, conſpicies me ex hac urbe diſceſſurum et brevem adeo hic moram factu-

τριβὴν, ὥστε θᾶττον ἀπαλλαγῆναι τῆς πανουργίας τῶν μοχθηρῶν τούτων ἀνθρώπων. ἀλλ' οὔτε γινώσκουσιν, ὁ Εὔδημος ἔφη, δεδογμένον σοι τοῦτο· [837] καὶ εἰ γνῶσιν, ὥσπερ αὐτοὶ ψεύδονται, πάντες σε νομιοῦσιν ὁμοίως αὐτοῖς ψεύδεσθαι. καὶ ὥσπερ αὐτοὶ τῶν ἀπόρων τε καὶ ἀπαιδεύτων ὄντες ἐν ταῖς πατρίσιν οὐ δύνανται διαμένειν, διὰ τὸ γινώσκεσθαι τἄλλα ὅσα προείρηκα πανουργοῦντες μαθεῖν, εἰς τήνδε τὴν πόλιν ἧκον, οὕτω καὶ τοὺς ἄλλους οἴονται παραγεγονότας εἰς αὐτὴν καὶ οὐκ ἂν ἐθελῆσαι πρὶν ἀθροίσουσιν ἀργύριον ἀπαλλαγῆναι. κἂν ἀκούσωσιν ὑπὸ τῶν πολιτῶν σου τὸ γένος καὶ τὴν κτῆσιν, ὡς οὐκ ἐκ τῶν ἀπόρων εἴης, κατεσκευάσθαι πάντως ὑπὸ σοῦ φήσουσιν, ἕνεκα τῆς τῶν ἀκουσόντων ἀπάτης· ἃ γὰρ αὐτοὶ πεπράχοιεν, περὶ πάντων ὑπονοοῦσιν. εἰπόντος οὖν Εὐδήμου ταῦτα καὶ τοιαῦθ' ἕτερα καὶ προσθέντος ὡς εἰ μὴ ταῖς πανουργίαις ἡμᾶς βλάψαι δυνηθεῖεν, ἐπὶ τὴν διὰ τῶν φαρμάκων ἐπιβουλὴν ἔρχονται· καὶ φάντος γε ἐν τῇ διηγήσει νεανίσκον τινὰ πρὸ ἐτῶν ὡς δέκα παραγενόμενον εἰς τὴν πόλιν, ἐπιδεικνύντα τε δι'

rum, quo citius ab improbis iſtis nebulonibus liberer. Sed ignorant, Eudemus ait, hoc tibi inſtitutum eſſe et ſi noverint, quemadmodum ipſi mentiuntur, omnes te ſimiliter ut ipſos mentiri cenſebunt. Et quemadmodum ipſi rerum indigi et imperiti quum in patria manere nequeant, eo quod praeter alia, quae dixi, vafritiam ſubdolam improbamque exercere cognoscuntur, in hanc urbem migrarunt, ita quoque alios huc profectos arbitrantur et nolle prius discedere quam pecuniam acervaverint. Et ſi a civibus genus tuum poſſeſſionemque audiant, quod non ſis ex eorum numero, qui rerum inopia laborent, effictum omnino abs te eſſe dicent, ut auditoribus imponas; quae enim ipſi fecerint, ea de omnibus ſuſpicantur. Quum igitur haec aliaque id genus Eudemus dixiſſet, addidiſſetque eos, niſi improba vafritie nos laedere potuerint, ad inſidias per pharmaca deſcendunt; quumque retuliſſet idem inter narrandum, adolescentem quendam ante annos circiter decem in hanc urbem profectum, qui operibus ſimi-

ἔργων ὁμοίως ἐμοὶ τὴν ἐν τῇ τέχνῃ παρασκευὴν, ὑπὸ φαρμάκων ἀναιρεθῆναι μεθ᾽ ὧν (455) ἧκε δυοῖν ἱκετῶν· χάριν, ἔφην, γινώσκω σοὶ, φίλτατε διδάσκαλε, πάντα μοι διηγησαμένῳ τὰ τῆς πονηρίας αὐτῶν. ἐγὼ γὰρ ἀσφαλῶς ἐμαυτὸν φυλάξω, χωρήσας αὐτοῖς ὁμόσε, κατάφωρόν τε τὴν ἀμαθίαν αὐτῶν ἐργασάμενος ἀπαλλάξομαι τῆς μεγάλης τῆσδε καὶ πολυανθρώπου πόλεως εἰς τὴν ὀλιγάνθρωπόν τε καὶ σμικρὰν, ἐν ᾗ πάντες ἴσμεν ἀλλήλους ἐκ τίνων τε γεγόναμεν ὅπως τε παιδείας ἔχομεν καὶ κτήσεως καὶ τρόπου καὶ βίου. τραπόμενος οὖν ἐπὶ τοῦτο τὴν ἀμαθίαν αὐτῶν καὶ τὴν πονηρίαν αὐτῶν ἐλέγχειν οὐκ ἐφρόντισα.

Κεφ. ε΄. Ἀλλὰ τόν τε προειρημένον νεανίσκον, ᾧ παραγενόμενος εὐθέως κατὰ τὴν πρώτην ἡμέραν ἔφην εἰσβολὴν παροξυσμοῦ τεταρταίου πυρετοῦ γεγονέναι παραλαβὼν, ἐθεράπευσα, τὴν προθεσμίαν τῆς λύσεως τοῦ νοσήματος ὡς ἐπ᾽ Εὐδήμου προειπὼν, ὑπὸ σοῦ τε παρακληθεὶς, ἄνθρωπόν τινα Χαριλαμποῦς τοῦ κοιτωνητοῦ μὲν, ὡς ἅπαντες οἱ νῦν Ἕλληνες ὀνομάζουσι, σωματοφύλακος δὲ, ὡς οἱ περιέρ-

liter ac ego tractationem artis indicabat, pharmacis fuiſſe ſublatum cum famulis duobus, qui una cum ipſo advenerant. Gratiam tibi habeo, dixi, praeceptor cariſſime, qui omnem ipſorum pravitatem mihi recenſueris. Ego enim ſecure me ipſum tuebor, digreſſus ab eis procul; claraque inſcitia eorum facta, a magna hac et populoſa civitate in parvam paucorumque hominum migrabo, ubi omnes inter nos novimus ex quibus orti ſimus, quam eruditionem habeamus, poſſeſſionem et mores, quamque vitae rationem ineamus. Eo igitur animum convertens inſcitiam ipſorum et vafritiem redarguere non ſtudui.

Cap. V. Sed commemoratum adoleſcentem, ad quem profectus primo ſtatim die dixi quartanae febris acceſſionis inſultum fore, ubi accepiſſem curavi, ſtatum morbi ſolutionis tempus, ut in Eudemo, praefatus; quumque a te vocatus eſſem, ut hominem quendam inviſerem Charilampi cubicularium quidem, ut omnes nunc Graeci nominant, corporis vero cuſtodem, quemadmodum et ii qui

γως ἀττικίζοντες, νευρότρωπον γενόμενον ἐθεράπευσα, μηδενὸς τῶν κατὰ τὴν αὐλὴν ἰατρῶν δυναμένου τοῦτο ποιῆσαι· καὶ μετὰ αὐτὸν ἐν τῷ Σανδαλαρίῳ ῥήτορος Διομήδους, οὗ μηδ' αὐτοῦ τῶν ἐκ τῆς αὐλῆς οἱ εὐδοκιμώτατοι τὴν διάθεσιν τοῦ νοσήματος εὕρισκον, ἀλλὰ διὰ τῶν ἐναντίων ἢ προσῆκεν ἐποιοῦντο τὴν θεραπείαν, ἡμέραις ὀλίγαις προνοησάμενος ἰασάμην τελέως χρόνιον τὸ νόσημα. καὶ τοῦ θέρους ἐπιστάντος ἐπὶ τῶν πρωτευόντων ἐν τῇ Ῥώμῃ προῤῥήσεις τε καὶ θεραπείας ἐποιησάμην ἀξίας ἐπαίνου μεγάλου καὶ ἐν πολλῇ δόξῃ παρὰ πᾶσιν ἦν, ὡς οἶσθα, καὶ μέγα ἦν τοὔνομα Γαληνοῦ. συνηυξάνετό τε τῇ δόξῃ φθόνος ἐκ τῶν οἰομένων εἶναί τι καὶ αὐτῶν, ὡς ἂν ἐν παντὶ μέρει τῆς τέχνης ὑπ' ἐμοῦ νικωμένων, ἔλεγόν τε περιθέοντες τὴν πόλιν ἄλλος ἄλλο τι διαβάλλων, ὁ μὲν ὡς κατὰ τύχην ἰασάμην τόνδε τινα ῥιψοκινδύνῳ τρόπῳ θεραπείας χρησάμενος, ὁ δ' ὡς ἐκ μαντικῆς αἱ προῤῥήσεις καὶ οὐκ ἐκ θεωρίας ἰατρικῆς γίγνοιντο. προσεγένετο δὲ καὶ τὸ κατὰ τὴν ζήτησιν, ἣν πρὸς τοὺς Στωϊκούς τε καὶ Περιπατητικοὺς ἐποιησάμην,

perperam Atticos imitantur, in nervo vulneratum perſanavi, id quod nullus aulicorum medicorum praeſtare potuerit. Ac poſt ipſum in Sandalario Diomedem rhetorem, cujus nec ipſius quoque morbi affectionem celeberrimi inter aulicos medicos inveniebant, ſed etiam ſecus quam decens erat curationem moliebantur, paucis diebus quum morbum admodum diuturnum praenoviſſem, reſtitui. Ac aeſtate appetente in primalibus Romae et praedictiones, ut curationes magna laude dignas molitus ſum; ac in multo honore et gloria apud omnes eram, ut ſcis, nomenque Galeni celebre. Ac cum gloria creſcebat invidia eorum, qui et ipſi putabantur eſſe aliquid, tanquam in omni artis parte a me vincerentur, adhibebantque urbem circumcurrentes alius aliam calumniam; hic, quod caſu illum curaverim, periculoſo curationis modo uſus; ille, quod e vaticinatrice, non ex medica ſpeculatione praedictiones fierent. Acceſſit etiam his quaeſtio, quam cum Stoïcis et Peripateticis habebam, quos Boëthus ipſe convocarat.

[838] ἀθροίσαντος αὐτοῦ τοῦ Βοηθοῦ. καὶ μετὰ ταῦτα τῆς Ἰουστοῦ γυναικὸς, ἧς συντηκομένης ἄνευ τοῦ φαίνεσθαί τι μόριον πεπονθέναι ἐξεῦρον οὐ μόνον ἐρῶσαν, ἀλλὰ καὶ τίνος ἤρα. καὶ μικρὸν ὕστερον ὅθεν εὗρον τοῦτο λεχθήσεται. τὸν δὲ κατὰ τὸν πρὸς τοὺς Στωϊκούς τε καὶ Περιπατητικοὺς ἀγῶνα, παρόντων καὶ ἄλλων τινῶν ἅμα μετ' αὐτοῖς ἰατρῶν τε καὶ φιλοσόφων, ἀναμνήσω σε πρῶτον ὅθεν ἤρξατο διελθὼν, ἵν', εἰ καί τινων τῶν ἀξίων κοινωνίας τοιούτων λόγων ἐθελήσαις μεταδοῦναι τουτὶ τὸ γράμμα, τὴν ἀκολουθίαν ἅπασαν ἴδοις τῶν γενομένων· καὶ μὴ διὰ παντὸς ἀσχολίαν ἔχοις αὐτὸς διηγούμενος, ὅσα διά τε τῶν ἔργων τῆς ἰατρικῆς τέχνης, ἀνατομῶν τε καὶ τῶν ἐπ' αὐταῖς λόγων ἐπράχθη μοι τοὺς φθονεροὺς ἰατρούς τε καὶ φιλοσόφους ἐλέγχοντι. προπηλακιζόμενος γὰρ ὑπ' αὐτῶν ἐπὶ τοῦτ' ἦλθον, Ὁμήρου με παιδεύσαντος

Ἄνδρ' ἐπαμύνασθαι, ὅτε τις προτέρως χαλεπήνῃ.

τοιαύτην οὖν ἀρχὴν ἔσχεν ἡ πρὸς αὐτοὺς συνουσία. Φλά-

Adde quae in Juſti uxore fecerim, quam contabeſcentem citra ullius partis affectum evidentem non ſolum amare deprehendi, ſed etiam quem amaret; et paulo poſt quomodo invenerim aperiam. Sed primum certaminis, quod cum Stoïcis et Peripateticis geſſi, praeſentibus etiam aliis ſimul cum ipſis et medicis et philoſophis, mentionem ſum facturus, ſimulatque unde incepit, percenſuero, ut ſi etiam alicui ex iis, qui hujusmodi ſermonum communicatione digni ſunt, librum hunc voles impertire, omnem jam factorum ordinem habeas; et ne ſemper narrando occuperis, quae in artis medicae operibus diſſectionibusque et in disputationibus ipſorum fecerim, invidos et medicos et philoſophos redarguens. Quum enim provocarer ab eis, ad hoc deſcendi, Homerum imitatus, qui me docuerit

*Hominem viciſſim impetere, quum quis prior moleſtus fuerit.*

Tale igitur initium converſatio cum eis habuit. Flavius

βιος Βοηθὸς ὑπατικὸς ἀνὴρ, ὅπως μὲν ἦν φιλόκαλός τε καὶ φιλομαθὴς οἶσθα καὶ σύ. διδασκάλῳ δ᾽ ἐχρῆτο τῶν Περιπατητικῶν δογμάτων Ἀλεξάνδρῳ τῷ Δαμασκηνῷ, γινώσκοντι μὲν καὶ τὰ τοῦ Πλάτωνος, ἀλλὰ τοῖς Ἀριστοτέλους προσκειμένῳ μᾶλλον. ὁπότ᾽ οὖν παρεκάλεσέ με, διδάξαι διὰ τῶν ἀνατομῶν ὅπως ἀναπνοή τε καὶ φωνὴ γίνεται, παρεσκεύασεν ἐρίφους τε καὶ χοίρους πλείονας· πιθήκων γὰρ οὐδὲν ἔφην δεῖσθαι τὴν ἀνατομὴν, ὁμοίως τε τὴν κατασκευὴν ἐχόντων οὐ μόνον τούτων τῶν ζώων, ἀλλὰ καὶ πεζῶν σχεδὸν ἁπάντων· ὅσα δὲ φωνὴν ἔχει μεγάλην, ἐπιτηδειότερα τῶν μικροφώνων εἶναι, παρασχεῖν ἀποδεικτικὰ λήμματα πρὸς τὴν τοῦ προκειμένου πίστιν. παρῆσαν δ᾽ ἐν τῇ μελλούσῃ γενήσεσθαι δείξει καὶ ἄλλοι μέν τινες, ἀτὰρ οὖν καὶ Ἀδριανὸς ὁ ῥήτωρ, οὔπω σοφιστεύων, ἀλλ᾽ ἔτι συνὼν τῷ Βοηθῷ· καὶ ὁ Δημήτριος Ἀλεξανδρεὺς ἑταῖρος Φαβωρίνου, δημοσίᾳ λέγων ἑκάστης ἡμέρας εἰς τὰ προβαλλόμενα κατὰ τὴν ἰδέαν τῆς Φαβωρίνου λέξεως. ἐμοῦ δὲ πρὶν ἀνατέμνειν εἰπόντος ὡς αὐτὸς μὲν δείξαιμι τὰ ἐκ τῆς ἀνατομῆς φαι-

Boëthus, vir conſularis, quam fuerit et honeſti ſtudioſus et doctrinae cupidus, tu quoque noſti. Utebatur autem praeceptore ſectae Peripateticae Alexandro Damasceno; qui quidem et Platonis ſcita noverat, ſed Ariſtotelicis magis adhaerens. Quum igitur rogaſſet me ut per ſectiones docerem quomodo reſpiratio et vox fieret, comparavit et hoedos et porcos complures; ſimias enim dicebam non deſiderare diſſectionem, quum non ſolum haec animalia ſimilem habeant conſtructionem, ſed etiam pedeſtria fere omnia, quae autem magnam edunt vocem, aptiora exili voce praeditis eſſe, quae ſumptiones demonſtratorias ad fidem de re propoſita faciendam praebeant. Advenerant ſpectatum quae oſtenſurus eſſem cum alii quidam, tum et Adrianus rhetor, nondum rhetoricas inſtitutiones docens, ſed cum Boëtho adhuc agens; item Demetrius Alexandreus, Favorini familiaris, quotidie publice exponens ea, quae ſecundum Favorini dictionis ſpeciem proponebantur. Quum autem ego ante diſſectionem dicerem, me quidem ea, quae in

νόμενα, συλλογίσασθαι δὲ τὰ ἐξ αὐτῶν περαινόμενα, οὐκ ἐμοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἁπάντων μᾶλλον ἐλπίζοιμι δύνασθαι τὸν διδάσκαλον Ἀλέξανδρον· οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ὡς ἐπιεικῆ τὸν λόγον ἀπεδείξαντο, τιμὴν εἰς τὸν Ἀλέξανδρον ἔχοντες καὶ ἅμα προτροπὴν εἰς τὴν ὅλην οὐσίαν ἄνευ φιλονεικίας γενέσθαι. γινώσκεις γὰρ ὡς ἐπὶ τούτῳ τῷ πάθει πρὸς ἁπάντων καὶ Ἀλέξανδρος ἐγινώσκετο, καθάπερ καὶ τότε σαφῶς ἐδήλωσε. δείξειν γὰρ ὑποσχομένου μου νευρίων λεπτοτάτων, ὡς εἶναι τριχοειδῆ συζυγίαν τινὰ τοῖς τοῦ φάρυγγος μυσὶν ἐκφυομένην, τοῖς μὲν ἐκ τῶν ἀριστερῶν μερῶν, τοῖς δὲ ἐκ τῶν δεξιῶν· ἐφ᾽ οἷς βρόχῳ διαληφθεῖσιν, ἢ τμηθεῖσιν ἄφωνον γίνεται τὸ ζῶον, οὔτ᾽ εἰς τὴν ζωήν τι βλαπτομένου, οὔτ᾽ εἰς τὴν ἐνέργειαν· ὁ Ἀλέξανδρος ὑπολαβὼν πρὶν δειχθῆναι, τοῦτο πρῶτον, ἔφη, ἄν σοι συγχωρηθῇ, τοῖς διὰ τῶν αἰσθήσεων φαινομένοις πιστεύειν ἡμᾶς δεῖν. ἀκούσας δ᾽ ἐγὼ ταῦτα, καταλιπὼν αὐτοὺς ἐχωρίσθην ἓν μόνον φθεγξάμενος, ὡς ἐσφάλην οἰόμενος οὐκ εἰς τοὺς ἀγροικοπυῤῥωνείους ἥκειν, ἢ οὐκ ἂν ἀφικνεῖσθαι.

diſſectione apparerent, oſtenſurum, quae vero inde ſequantur, non meum eſſe tantum colligere, ſed etiam omnium praeceptorem Alexandrum magis poſſe ſperare; omnes ſane reliqui tanquam modeſtum ſermonem receperunt, honorem Alexandro deferentes; ac ſimul adhortabantur eum ut toti negotio citra contentionem incumberet. Quippe non latet te, Alexandrum hoc affectu ab omnibus noſci, quemadmodum et tunc manifeſto indicavit. Quum enim oſtenſurum me pollicerer nervulorum tenuiſſimorum, quaſi capillarem conjugationem quandam gutturis musculis inſeri, aliis ex ſiniſtris partibus, aliis ex dextris, ob quos funiculo interceptos vel ſectos animal mutum redditur, ita ut nec vita neque actio ipſius offendatur; Alexander commodum reſpondens priusquam oſtendatur, hoc primum, inquit, utique tibi concedetur, ſed iis, quae ſenſu apparent, credere nos oportet. Quae ubi ego audiviſſem, relictis ipſis diſceſſi, unum hoc locutus, erraſſe me, qui putarem ad ruſticos Pyrrhoneos me

ἐμοῦ δὲ χωρισθέντος οἵ τ' ἄλλοι τοῦ Ἀλεξάνδρου κατέγνωσαν ὅ τ' Ἀδριανὸς καὶ ὁ Δημήτριος, ἐχθρῶς ἀεὶ διακείμενοι πρὸς τὴν φιλονεικίαν αὐτῷ, πιθανὴν ἀφορμὴν εἶχον ἐπιτιμῆσαι σφοδρῶς. ἐπεὶ δὲ καὶ τοῖς φιλολόγοις ἅπασιν, ὅσοι κατὰ τὴν τῶν Ῥωμαίων πόλιν ἦσαν, ἐγνώσθη τοῦτο καὶ τῷ Σεβήρῳ καὶ τῷ [839] Παύλῳ καὶ τῷ Βαρβάρῳ, πάντες οὖν σφοδρῶς ἐπετίμησαν αὐτῷ καὶ παρόντων αὐτῶν ἠξίωσαν γενέσθαι τὰς ἀνατομὰς, ἀθροίσαντες εἰς αὐτὸ τοὺς ἄλλους ἅπαντας, ὅσοι κατὰ τὴν ἰατρικήν τε καὶ φιλοσοφίαν ἦσαν ἔνδοξοι. γινομένης δὲ πλείοσιν ἡμέραις τῆς συνουσίας καὶ δείξαντος ἐμοῦ τὴν μὲν εἰσπνοὴν γίνεσθαι διαστελλομένου τοῦ θώρακος, τὴν δὲ ἐκπνοὴν συστελλομένου, δείξαντος δὲ καὶ τοὺς μῦς, ὑφ' ὧν τε διαστέλλονται καὶ πρὸς τοῦτό γε τὰ εἰς αὐτοὺς κατεσχημένα νεῦρα, τὴν ἔκφυσιν ἐκ τοῦ νωτιαίου μυελοῦ ποιούμενα καὶ ὡς μὲν ἀβίαστος ἔξω φορὰ τοῦ πνεύματος ἐκπνοὴν ἄψοφον ἐργάζοιτο, βιαίαν δ' εἶναι τὴν ἑτέραν αὐτῆς γινομένην μετὰ ψόφου, ἣν ἐκφύσησιν ὀνομάζομεν· ἐπιδείξαντος δὲ καὶ ὡς ἡ

non venire, aut certe non venturum fuiſſe. Poſtquam jam diſceſſiſſem, cum alii Alexandrum increpabant, tum Adrianus Demetriusque, male ſemper erga contentionem affecti, probabilem occaſionem habebant, qua vehementer eum corriperent. Quum vero ſtudioſi etiam omnes, qui in urbe Romanorum erant, et Severus Paulusque et Barbarus id reſciverunt, omnes certe graviter ipſum accuſarunt, voluerunt que praeſentibus ipſis fieri diſſectiones, congregatis ad hoc aliis univerſis, qui in medicina et philoſophia erant celebres. Durante igitur conventu pluribus diebus, oſtendi inſpirationem fieri thorace dilatato, exſpirationem vero contracto; praeterea muſculos indicavi, a quibus dilatatur; ad haec nervos, qui in ipſos inſeruntur, ex ſpinali medulla proficiſci: inſuper quomodo non coacta ſpiritus foras dilatio exſpirationem ſine ſtrepitu efficiat; violentam vero eſſe diverſam ab ea cum ſtrepitu accidentem, quam efflationem nominamus. Quum autem

τοιαύτη μόνη κατὰ τὴν διὰ τοῦ φάρυγγος ἔξοδον ὑπὸ τῶν κατὰ τὸν χόνδρον πληττομένη τὴν φωνὴν ἐργάζοιτο, καὶ ὡς ὑπὸ μυῶν οὗτοι κινοῖντο καὶ ὡς τὰ νεῦρα τὰ τούτους κινοῦντα κακωθέντα, τὴν ἀφωνίαν ἐργάζοιτο καὶ τῶν παραφθεγξαμένων ὁπότε ἐδείκνυον ταῦτα πάντων ἐλεγχθέντων, ὁ Βοηθὸς ἐδεήθη μου σχεῖν αὐτῶν ὑπομνήματα. καὶ πέμψαντός γε αὐτοῦ τοὺς διὰ σημείων ἠσκημένους ἐν τάχει γράφειν, ὑπηγόρευσα πάντα τὰ δειχθέντα καὶ λεχθέντα μὴ προορώμενος εἰ μέλλει δώσειν αὐτὰ πολλοῖς. καὶ μέχρι δὲ νῦν, ὦ Ἐπίγενες, οὐδὲν ἐτόλμησέ τις ἀντειπεῖν (456) αὐτοῖς ἐτῶν ἐν τῷ μεταξὺ γεγονότων ιέ. καίτοι γε διαβουλευομένων γε πολλῶν ἀντειπεῖν, ὅπως ἀκουσθῶσιν αὐτὸ τοῦτο μόνον, ὡς ἀντειρήκασιν, οὐ μὴν τολμώντων γε εἰς κρίσιν ἐπὶ φιλολόγων ἀνδρῶν ἀγαγεῖν τὰ γραφέντα.

Κεφ. στ'. Λοιπὸν οὖν ὅπερ ὑπεσχόμην ἐφεξῆς σοι διηγήσομαι, ἣν λέξιν καὶ προσθεῖναι δὲ τῷ παρόντι λόγῳ, μάλιστ' ἐπειδὰν καὶ τῶν σοφιστῶν ἰατρῶν ἔνιοι, ἀγνοούμενοι τίνι λόγῳ τὸν ἔρωτα τῆς παλλακῆς τοῦ πατρὸς Ἐρα-

monſtraſſem etiam talem ſolam, dum per arteriam aſperam exit, a cartilaginibus ictam, vocem efficere et a muſculis has moveri, nervosque hos moventes affectos vocis abolitionem moliri; et oblocutoribus haec ubi indicaſſem, omnibus convictis, Boëthus rogavit me ut eorum commentaria ſibi darem. Ac cum miſiſſet ipſe, qui notis celeriter ſcribere noverunt, dictavi omnia et oſtenſa a me et dicta, non praevidens, an ea multis eſſet communicaturus. Et hactenus, o Poſthume, nemo auſus eſt refragari, quindecim interea annis praeteritis; quamvis multi contradicere nitantur, ut hoc ſolum apud vulgus audiant, nempe Galeno ſe contradixiſſe, non tamen audent ſcripta ad doctorum hominum judicium referre.

Cap. VI. Reliquum igitur, quod pollicitus ſum, deinceps tibi enarrabo, modo et hoc apponere ſermoni praeſenti oporteat; praeſertim quum et ſophiſtarum medicorum nonnulli, ignorantes qua ratione Eraſiſtratus adoleſcentis

σίστρατος ἐγνώρισεν, ἔγραψαν τῶν ἀρτηριῶν τοὺς σφυγμοὺς τοῦ νεανίσκου, σφυζουσῶν ἐρωτικῶς ἐξευρεῖν αὐτὸν, οὐκέθ᾽ ὑπομείναντες εἰπεῖν ἐκ τῶν σφυγμῶν εὑρεθῆναι. ἐγὼ δ᾽ ὅπως μὲν Ἐρασίστρατος ἔγνω, τοῦτο λέγειν οὐκ ἔχω. ὅπως δὲ αὐτὸς ἔγνων ἤδη σοι φράσω. παρεκλήθημεν εἰς τὴν ἐπίσκεψίν τινος γυναικὸς, ὡς ἀγρυπνούσης ἐν ταῖς νυξὶ καὶ μεταβαλλούσης ἑαυτὴν ἄλλοτε εἰς ἄλλο σχῆμα κατακλίσεως, εὗρον δ᾽ ἀπύρετον, ἐπυθόμην ὑπὲρ ἑκάστου τῶν κατὰ μέρος αὐτῇ γεγονότων, ἐξ ὧν ἴσμεν ἀγρυπνίας συμβαινούσας. ἡ δὲ μόγις, ἢ οὐδ᾽ ὅλως ἀπεκρίνετο, ὡς μάτην ἐρωτωμένην ἐνδεικνυμένη καὶ τὸ τελευταῖον ἀποστραφεῖσα, τοῖς μὲν ἐπιβεβλημένοις ἱματίοις ὅλῳ τῷ σώματι σκεπάσασα πᾶσαν ἑαυτὴν, ἄλλῳ δέ τινι μικρῷ ταραντινιδίῳ τὴν κεφαλὴν ἔκειτο καθάπερ οἱ χρήζοντες ὕπνου. χωρισθεὶς οὖν ἐγὼ δυοῖν θάτερον αὐτὴν ἐνόησα πάσχειν, ἢ μελαγχολικῶς δυσθυμεῖν, ἤ τι λυπουμένην οὐκ ἐθέλειν ὁμολογεῖν. εἰς τὴν ὑστέραιαν οὖν ἀνεβαλλόμην ἀκριβέστερον διασκέψασθαι περὶ

erga ancillam patris cognovit amorem, ſcribant arterias pulſus juvenis amatorios edentibus ipſum inveniſſe, nunc autem non amplius, ut quis ex pulſibus inventum eſſe dicat, ſuſtinent. Ego ſane quomodo Eraſiſtratus id deprehenderit, dicere non poſſum; quomodo autem ipſe cognoverim, jam tibi aperiam. Vocatus ſum ad mulierem inviſendam, quae noctu vigiliis torquebatur et alias in aliam decubitus figuram ſe transmutabat. Hanc dum febri carentem invenio, rogo de ſingulis particulatim ei obortis, unde vigilias accidere deprehendimus. Ipſa autem vix aut nequaquam reſpondebat, ceu fruſtra interrogaretur indicans; denique vultu averſo veſtimentis ſuperinjectis univerſo corpori, totam ſe contegit, ac alteri cuipiam exiguo pulvino caput inclinabat, quemadmodum ii, qui ſomno indigent. Digreſſus itaque ego, inde alterutrum ipſam pati exiſtimabam, aut melancholice animo torqueri, aut qua triſtitia afficeretur, nolle fateri. Differebam itaque in ſubſequentem diem exactius de ipſa conſiderare, ac quum

αὐτῶν καὶ πορευθεὶς τὸ μὲν πρότερον ἤκουσα τῆς παραμενούσης οἰκέτιδος ὡς ἀδύνατον αὐτὴν ἄρτι θεάσασθαι· δεύτερον δ' ἐπανελθὼν ὡς ἤκουσα πάλιν ταυτὸ, τρίτον πάλιν ἧκον. εἰπούσης δέ μου τῆς θεραπαίνης ἀπαλλάττεσθαι, μὴ βούλεσθαι γὰρ ἐνοχλεῖσθαι τὴν γυναῖκα, καὶ γνοὺς αὐτὴν ἐμοῦ χωρισθέντος λελουμένην τε καὶ τὰ συνήθως προσενεγκαμένην [840], ἧκον τῇ ὑστεραίᾳ καὶ μόνος διαλεχθεὶς τῇ θεραπαίνῃ πολυειδῶς, ἔγνων σαφῶς τινι λύπῃ τειρομένην, ἣν ἐξεῦρον κατὰ τύχην, ὁποίαν οἶμαι καὶ Ἐρασιστράτῳ γενέσθαι. προεγνωσμένου γάρ μοι τοῦ μηδὲν εἶναι κατὰ τὸ σῶμα πάθος, ἀλλὰ ἀπὸ ψυχικῆς τινος ἀηδίας ἐνοχλεῖσθαι τὴν γυναῖκα, συνέβη κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν ὃν ἐσκόπουν αὐτὴν βεβαιωθῆναι τοῦτο, παραγενομένου τινὸς ἐκ τοῦ θεάτρου καὶ φάντος ὀρχούμενον ἑωρακέναι Πυλάδην· ἠλλάγη γὰρ αὐτῆς καὶ τὸ βλέμμα καὶ τὸ χρῶμα τοῦ προσώπου, κἀγὼ θεασάμενος τοῦτο, τῷ καρπῷ τῆς γυναικὸς ἐπιβαλὼν τὴν χεῖρα, τὸν σφυγμὸν εὗρον ἀνώμαλον ἐξαίφνης πολυειδῶς γενόμενον, ὅστις δηλοῖ τὴν ψυχὴν τεθορυβῆσθαι· ὁ αὐτὸς οὖν καὶ τοῖς ἀγωνιῶσι περί τι πρᾶγμα

veniſſem, primum audivi ab ancilla aſtante fieri non poſſe ut ipſam viderem. Iterum reverſus poſtquam idem audiviſſem, tertio redii: ac cum famula mihi diceret ut diſcederem, nolle enim mulierem moleſtari, quumque noviſſem, ipſam me egreſſo et lotam et ſolita aſſumpſiſſe, veni poſtridie, ac ſolus cum ancilla multifariam diſſerens cognovi manifeſto triſtitia quadam affectam, quam caſu inveni, ut etiam Eraſiſtrato accidiſſe puto. Nam cum certus eſſem nullum in corpore affectum exiſtere, ſed animali quadam moleſtia mulierem torqueri, contigit eodem tempore, quo ipſam inviſebam, id confirmari, adventante quodam ex theatro et nuntiante ſe Pyladem vidiſſe ſaltantem: mutatus enim ipſius viſus eſt et faciei color: quod ego contemplatus manu mulieris brachiali injecta pulſum deprehendi inaequalem, ſubito ac multis modis agitatum, qui animam turbatam eſſe indicat: idem igitur et de re quadam contendentibus obvenit. Poſtridie dixi

συμβαίνειν. κατὰ τὴν ὑστεραίαν οὖν εἰπὼν ἀκολούθῳ τινὶ τῶν ἐμῶν, ὅταν ἐπισκεψάμενος ἔλθω πρὸς τὴν γυναῖκα, μετ' ὀλίγον ἀφικόμενος ἀνάγγειλόν μοι, Μόρφον ὀρχεῖσθαι σήμερον, εἶθ' ὡς ἤγγειλεν, ἄτρεπτον εὗρον τὸν σφυγμόν. ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὴν ἑξῆς ἡμέραν ποιήσας ἀγγελθῆναι περὶ τοῦ τρίτου τῶν ὀρχηστῶν, ὁμοίως μείναντος ἀτρέπτου τοῦ σφυγμοῦ. κατὰ τὴν τετάρτην ἠκρίβωσα νύκτα πάνυ παραφυλάξας, ἡνίκα Πυλάδης ὀρχούμενος ἠγγέλθη, ταραχθέντα πολυειδῶς αὐτὸν ὁρῶν, εὗρον οὕτως ἐρῶσαν τοῦ Πυλάδου τὴν γυναῖκα καὶ τοῦτο παραφυλαχθὲν ἀκριβῶς ἐν ταῖς ἐφεξῆς ἡμέραις εὑρέθη βεβαίως. καθάπερ γε καί τινος ἄλλου τῶν πλουσίων δοῦλος οἰκονόμος ὁμοίως κάμνων ἐγνώσθη μοι. λυπούμενος γὰρ ἐν τῷ μέλλειν ἀποδιδόναι λογισμοὺς ὧν διῴκησεν, ἐν οἷς ἠπίστατο λεῖπον οὐκ ὀλίγον ἀργύριον, ὑπὸ τῆς φροντίδος ἠγρύπνει τε καὶ λυπούμενος ἐτήκετο, προειπὼν δὲ αὐτοῦ τῷ δεσπότῃ μηδὲν εἶναι σωματικὸν πάθημα τῷ πρεσβύτῃ, σκέψασθαι συνεβουλευσάμην, ὅτι φοβοῖτο μέλλοντος αὐτοῦ τοὺς λόγους, ὧν ἐνεχείρισεν

cuidam ex iis, qui ſequebantur me, quum mulierem viſitatum accederem, ut paulo poſt adveniens nuntiaret mihi Morphum hodie ſaltare; id ubi factum eſt, pulſum nihil offendi mutatum. Similiter et ſequenti die quum curaſſem ut de tertio ſaltatore nuntiaretur, ſimiliter pulſus haud mutatus eſt. Quarta rem diligenter examinavi nocte; qua obſervans pulſum, quum Pylades ſaltare nuntiaretur, turbatum ipſum multifariam ipſum videns, deprehendi ita mulierem Pyladem amare, atque hoc exacte obſervatum diebus ſubſequentibus confirmatum eſt. Quemadmodum etiam divitis cujusdam ſervus oeconomus ſimiliter cognitus eſt mihi aegrotare. Quum enim angeretur de reddendis rationibus eorum, quae diſpenſarat, in quibus non parum argenti deſiderari ſciens, prae curis vigilabat et triſtitia contabeſcebat. Quum autem praedixiſſem domino ipſius nullum eſſe affectum corporeum ſeni, inſpicere conſului, qui timeret, quum ipſe rationes eorum, quae adminiſtra-

ἀπαιτεῖν, καὶ διὰ τοῦτο λυποῖτο, γινώσκων οὐκ ὀλίγον ἐν αὐτοῖς εὑρήσεσθαι λεῖπον. ἐπειδὴ καλῶς ἔφη με στοχάζεσθαι, τοῦτο συνεβούλευσα βεβαίας ἕνεκεν διαγνώσεως, εἰπεῖν αὐτῷ ὅσον ἔχει παρακείμενον ἀργύριον αἰτῆσαι τοῦτο, μή πως ἐξ αἰφνιδίου τελευτήσαντος ἀπόληται, μεταστάσης εἰς ἄλλον οἰκέτην τῆς διοικήσεως, οὗ μήπω πεῖραν ἔχει· παρὰ γὰρ ἐκείνου μὴ χρήζειν ἀπαιτήσεως λογισμῶν. ὡς δὲ ὁ δεσπότης αὐτῷ ταῦτα διελέχθη, πεισθεὶς οὐκ ἐξετασθήσεσθαι καὶ διὰ τοῦτο γινόμενος ἄλυπος ἐν τῇ τρίτῃ τῶν ἡμερῶν τὴν κατὰ φύσιν ἕξιν τοῦ σώματος ἀνεκτήσατο. τί δή ποτ᾽ οὖν ἐλάνθανε τοὺς ἔμπροσθεν ἰατροὺς τήν τε προειρημένην γυναῖκα καὶ τὸν προειρημένον οἰκέτην ἐπισκοπουμένους; ἐκ γὰρ κοινῶν ἐπιλογισμῶν εὑρίσκεται τὰ τοιαῦτα, κἂν βραχεῖαν ἐπιστήμην ἔχῃ τῆς ἰατρικῆς θεωρίας. ἐγὼ μὲν ἡγοῦμαι διότι μηδεμίαν ἔχουσι διάγνωσιν, ὧν τὸ σῶμα διὰ τῆς ψυχῆς πάθη πάσχειν εἴωθεν. ἴσως δὲ ὅτι οὐδὲ διὰ τοὺς ἀγῶνας καὶ τοὺς φόβους ἐξαίφνης τὴν ψυχὴν ταράξαντας οἱ σφυγμοὶ τρέπονται γινώσκουσιν. ὅπερ Ἐρασίστρατος ἐπι-

vit, eſſet repetiturus, nam idcirco triſtitia afficiebatur, quod ſciret non exiguum in eis deſideratum iri. Quoniam recte conjeciſti hoc, inquit, conſului firmae agnitionis cauſa ut ei diceret quantam haberet famulus repoſitam pecuniam, hanc poſtularet, ne derepente eo mortuo periret, diſpenſatione in alium domeſticum translata, quem nondum eſſet expertus; ab illo enim non deſideraret rationes. Poſtquam dominus haec ſervo dixiſſet, is perſuaſus ſe non examinatum iri poſtea, eoque evadens laetior, tertio die naturalem corporis habitum recuperavit. Curnam igitur priores medicos et praedictam mulierem praedictumque famulum viſitantes haec latebant? Nam ex communibus ratiocinationibus hujusmodi inveniuntur; etiam ſi exiguam ſpeculationis medicae ſcientiam habeant. Ego ſane puto, eo quod nullam habent cognitionem eorum, quae corpus propter animi affectus pati conſuevit; forſan etiam, quod neque ob contentiones et metus ſubito animum turbantes pulſus mutari cognoſcunt. Quod Eraſiſtra-

στάμενος ἐπὶ τῆς αὐτῆς οἰκίας τῷ νοσοῦντι τῆς γυναικὸς ὑπαρχούσης εὐκολώτερον ἐξεῦρεν, ὡς ἂν δυναμένου αὐτοῦ συνεχέστερον ὁρᾶσθαι τὸν νεανίσκον, μὴ διὰ πλειόνων ἡμερῶν καθάπερ ὁ Πυλάδης· οὐδ' οὖν οὐδὲ τότε φαινομένου, ἀλλ' ἀκουομένου ἐκταράττειν τὴν γυναῖκα. λῆρος οὖν μακρὸς ἐρωτικῶς κινούμενοι σφυγμοὶ τῶν οὐ γινωσκόντων ἔρωτος μὲν οὐδένα δηλωτικὸν σφυγμὸν εἶναι, θορυβουμένης δὲ ψυχῆς τοὺς σφυγμοὺς ἀλλοιοῦσθαι, μήτε τὴν κατὰ φύσιν ὁμαλότητα μήτε τὴν τάξιν ἀποσώζοντας.

[841] Κεφ. ζ'. [*Διὰ τίνων τεχνῶν τὸν Κύριλλον τὸν Βοηθοῦ υἱέα κατέλαβε ἐσθίειν λάθρα.*] Ἓν οὖν ἔτι προσθεὶς, ἐφ' οὗ παραχρῆμα μὲν ἐξεπλάγη Βοηθὸς, ἀκούσας δ' ὅπως εὑρέθη θαυμάζειν οὐκέτι ἔφασκεν, ἀλλὰ τῶν ἀγνοούντων τὸ θεώρημα καταγινώσκειν ὡς ἀμαθῶν, ἐπ' ἄλλο τι μεταβήσομαι. νοσήσαντος γὰρ αὐτῷ θατέρου τῶν υἱῶν, εἶτα ῥωσθέντος ὑποστρέψαντός τε τοῦ νοσήματος, εἶτ' αὖθις παυσαμένου καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν ἐπιπυρέξαντος τοῦ παιδὸς, ἐμοῦ τε λέγοντος ἐσθίειν αὐτὸν λάθρα· τὰ γὰρ ἐν τῷ φα-

tus intelligens, quando mulier in eadem domo cum aegrotante eſſet, facilius invenit, ut quae ab adoleſcente frequentius videri poterat, non pluribus diebus quemadmodum Pylades, qui neque tunc apparens, ſed auditus tantum mulierem turbaret. Nugae igitur ſunt pulſus amatorie moti eorum qui ignorant nullum quidem pulſum amoris eſſe indicem, ſed anima turbata ob quamcunque rem pulſus alterari, neque naturalem aequalitatem neque ordinem conſervantes.

Cap. VII. [*Quibus artibus Cyrillum Boëthi filium clam cibum ſumere deprehendit.*] Itaque quum unum adhuc adjecero, ob quod ſtatim ſane obſtupuit Boëthus, ubi autem quomodo eſſet inventum audiſſet, admirari non amplius ſe dicebat, ſed ignorantes ſpeculationem tanquam indoctos damnare, ad aliud quid digrediar. Quum itaque alter filiorum ipſius aegrotaſſet, deinde convaluiſſet, quumque mox recidivam morbus feciſſet iterumque ceſſaſſet et poſt haec rurſus puer febricitaſſet, dixi eum clancu-

νεοῷ διδόμενα πρὸς τῷ ταῖς ποιότησιν ὑπάρχειν ἐπιτήδεια καὶ τῇ ποσότητι σύμμετρα εἶναι, τὴν μητέρα τοῦ παιδὸς ὑποσχομένην ἀκριβῶς αὐτὸν φυλάξαι ἐπέστησε φύλακα παρακαθημένην τε δι' ὅλης τῆς ἡμέρας, ἀποκωλύουσάν τε τοὺς εἰς τὸν οἶκον ἐκεῖνον εἰσιόντας, κατὰ τὸν οἶκον αὐτοῦ κοιμωμένου, ἀποκεκλεισμένον ἔνδοθεν ἀκριβῶς ἀπ' αὐτῆς. ἐπεὶ δὲ τέτρασιν ἡμέραις οὕτω φυλαττόμενος ἐθερμάνθη διὰ τῆς νυκτὸς, ὁ Βοηθὸς ἀναρτήσας με καὶ παραλαβὼν ἦγεν εἰς τὴν οἰκίαν ἐπὶ τὸν παῖδα, συνηκολούθησαν δ' αὐτῷ καὶ οἱ κατὰ τὴν ὁδὸν ἀπαντῶντες, ἐν οἷς ἦσθα καὶ σύ. κατέλαβον δὲ ἐκ μὲν τοῦ κοιτῶνος ἅμα τῇ μητρὶ προεληλυθότα τὸν παῖδα πρὸς ἕτερον οἴκημα, ἐν ᾧ καὶ κλίνη, καθ' ἧς ἡ μήτηρ τοῦ παιδὸς ἐκαθέζετο· σκίμπους δέ τις ἔζευκτο μικρὸν τῶν μέσων αὐτοῦ κατωτέρω, καθ' οὗ τὸν παῖδα κατακλίνασα παρεφύλαττεν, ὡς μηδεὶς αὐτῷ προσέρχοιτο. καθέδρα δὲ ἦν μία τοῦ σκίμποδος, οἷα σύμμετρον ἐφ' ἑαυτῇ ἐπ' αὐχένι ἔχουσι. κατάντικρυς δὲ τοῦ σκίμποδος πρὸς τοῖς ἄνω πέρασι τῆς κλίνης ἐφεξῆς ἀλλήλων ἔκειντο δύο βάθραι,

lum comedere. Nam quae manifeſto ei dabantur, praeterquam quod qualitatibus eſſent idonea, etiam quantitate moderata fuerant. Quapropter matrem pueri, ubi diligenter ſe ipſum obſervaturam promitteret, conſtituit cuſtodem, quae toto die aſſideret, prohiberetque domum illam ingredientes, in qua ipſe dormiebat, occluſam interius ab ipſa exacte. Poſteaquam quatuor jam diebus ita obſervaretur, noctu incaluit; ob quod Boëthus mihi indignatus et acceptum domum ſuam deduxit ad puerum; ſequuti autem ſunt ipſum etiam qui in via occurrebant, inter quos et tu eras. Puerum deprehendi ex cubiculo una cum matre ad aliud domicilium digreſſum, ubi etiam lectus erat in quo mater pueri decumbebat; lectica vero quaedam exigua inter duos lectos inferius, juncta, in quam puerum collocans obſervabat ne quis eum accederet. Porro ſedile unum lecticae mediocre ad cervicem ejus habebatur. E regione juxta ſuperiores lecti terminos duo ordine ſedilia

καθ᾽ ὧν ὁ Βοηθὸς ἡμᾶς καθίσας αὐτὸς, τῇ γυναικὶ παρακαθε (457) σθεὶς, ἤγαγον Γαληνὸν, ἔφη, τοῦτον ὅπως ἀκούσῃ παρὰ σοῦ περὶ τῆς ἀκριβοῦς φυλακῆς ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις γεγενημένης τοῦ παιδὸς, ὡς οὐδὲν ἐν τῇ διαίτῃ πλημμελοῖτο· θεασάμενός τε πότερον ὄντως ἐπύρεξε διὰ τῆς νυκτὸς, ἢ σὺ φάσκουσά μοι θερμότερον αὐτὸν γεγονέναι παρελογίσθης ὑπὸ δειλίας, ὡς οἰηθῆναι πυρετὸν εἶναι τὴν θερμότητα δι᾽ ἄλλην ἴσως αἰτίαν γενομένην· ἵνα μὲν ὅπως διάγει σαφῶς ἡμῖν δηλώσειεν, ἅμα δὲ καὶ τὰ τῆς διαίτης αὐτῷ πάντα σε διδάξειεν. ἁψάμενος οὖν ἐγὼ τῆς κατὰ τὸν καρπὸν ἀρτηρίας τοῦ παιδὸς ἀπύρετον μὲν αὐτὸν ἔφην εἶναι, παρέχειν δέ μοι σκωμμάτων ἀρχὴν τοῖς ὀνομάζουσί με μάντιν. ὑπολαβὼν οὖν ὁ Βοηθὸς ἔφη· κἀγὼ πρὸς ἐκείνους, ὡς οἶσθα, καλεῖν εἴωθά σε μάντιν ὄντα, ὅταν τοιοῦτον εἴπῃς, ὁποῖον οἱ ἀντίτεχνοί σου φάσκουσιν ἀδύνατον εἶναι, διὰ τῶν τῆς ἰατρικῆς θεωρημάτων γνωσθῆναι. ἀλλά τοι μέχρι δεῦρο πάντ᾽, ἔφην, ἔδειξά σοι τὰ τοιαῦτα διὰ θεωρίας ἰατρικῆς εὑρισκόμενα καί τινάς τε τῶν ἰατρῶν

vicina erant: ſuper quae Boëthus nos collocans, ipſe uxori aſſidens, adduxi Galenum, inquit, hunc, ut audiat abs te quam diligenter hisce diebus puerum cuſtodieris, ne quicquam in victus ratione peccaretur; videatque num revera nocte febricitarit, an tu, quum calidiorem ipſum factum eſſe diceres, deſipueris prae timore, quae putaris febrem eſſe calorem ob aliam forte cauſam obortum; ut deinde quomodo habeat manifeſto nobis indicet, ſimulque omnem ipſius victus rationem te doceat. Quum itaque arteriam pueri in brachiali tetigiſſem, absque febri ipſum eſſe dixi, ſed praebere me convitiorum occaſionem iis, qui me vaticinatorem appellant. Interloquens itaque Boëthus ait: et ego apud illos te vocare, ut noſti, conſuevi vatem, quum hujusmodi diceres, quale hoſtes tui fieri non poſſe dictitant, ut ex medicinae ſpeculationibus cognoſcatur. Atqui hactenus omnia (dicebam) oſtendi tibi talia ex ſpeculatione medica inveniri et quosdam medicorum ea ſcri-

αὐτὰ γεγραφότων. λέγειν οὖν ἐκελεύετε πάντες ἤδη τὸ μάντευμα· κἀγὼ δεηθεὶς ἅπαξ ἔτι συγχωρήσειν μοι τῶν σφυγμῶν ἅψασθαι τοῦ παιδὸς, ἐπειδὴ τοῦτ᾽ ἔπραξα, μαρτυρήσεις, ἔφην, ὦ Βοηθὲ, μηδένα μοι παραγινομένῳ μετὰ σοῦ διαλεγομένων ἡμῶν δι᾽ ὅλης τῆς ὁδοῦ προσεληλυθότα τὸ μέλλον λέγεσθαι μάντευμα μεμηνυκέναι. φάντος οὖν αὐτοῦ μαρτυρήσειν, οἶσθα ὅπως γελάσας ἐγὼ προσέχειν τε καὶ ἀκούειν ὑμᾶς ἐκέλευσα τὸ τοῦ μάντεως θέσπισμα τοιόνδε τι φήσας εἶναι· τῷ Κυρίλλῳ τούτῳ κατὰ τὸν οἶκον τοῦτον ἀποκέκρυπταί τι τῶν ἐδωδίμων, ὅπως ὅταν εἰς τὸ βαλανεῖον ἡ μήτηρ αὐτοῦ πορευομένη κλείσῃ τὸν οἶκον, [842] εἶτα ὑπὲρ ἀσφαλείας εἰς γλωττόκομον ἐμβάλλουσα τὴν κλεῖν κατασημήνηται, τοῦτο γὰρ ἀκούω ποιεῖν αὐτὴν ἑκάστοτε, κατακεκρυμμένον ἀνελόμενος ὁ υἱὸς αὐτῆς οὕτως προσενέγκηται. ταῦτ᾽ ἀκούσας Βοηθὸς εὐθέως ἐξορμήσας πρὸς τὸν παῖδα συναρπάζει τε καὶ μετακομίσας ἐπὶ τὴν κλίνην, ἀναστορεσθῆναι τὸν σκίμποδα κελεύσας, ἐπειρᾶτο τὸ κατακεκρυμμένον ὡς αὐτίκα φανησόμενον. ἐπειδὴ τά τ᾽ ἐπιβλήματα πάντα καὶ τὸ ὑπεστορεσμένον αὐτοῖς ἀνετινάχθη, τὸ γνάφαλον ἑξῆς

pſiſſe. Dicere igitur jam vaticinium omnes mihi juſſiſtis; ac ego precatus vos ſemel adhuc ut permitteretis mihi pueri pulſum tangere, poſteaquam hoc feciſſem, teſtaberis, dixi, o Boëthe, nullum mihi proficiſcenti tecum, quum tota via nos diſſereremus acceſſiſſe, qui futurum vaticinium praedicaverit. Poſtquam itaque ipſe dixiſſet ſe atteſtaturum, Noviſti, inquam, quomodo ridens ego advertere et audire vos juſſi vatis oraculum, tale quoddam eſſe loquutus. Cyrillo huic in domo iſta aliquid ex eſculentis occultatum eſt, quod quum mater ipſius ad balneum proficiſcens domum clauſerit, deinde ſecuritatis gratia clavi ſerae injecta obſignaverit, hoc enim audio ipſam frequenter facere, abſconſum filius accipiens, ita ingerat. Poſtquam hoc Boëthus audiviſſet, ſtatim proſiliens ad puerum corripit ipſum et in lectum transferens lecticamque ſterni jubens ſperabat occultatum quamprimum appariturum. Ubi operimenta omnia et ſubſternicula excuſſa eſſent, pannum

ἀνετίναξεν. εἶτα τὴν καθέδραν ἐπάρας ἐπεσκοπεῖτο μή τι κατακεκρυμμένον ὑπ' αὐτῇ φανείη. ὡς δ' οὐδὲν οὐδ' οὕτως ἐφάνη, μετακομίσας ἀπὸ τῆς κλίνης τὸ παιδίον ἐπὶ τὸν σκίμποδα τὴν κλίνην ὅλην ἀναστορέσας, ἐκέλευσεν αὖθις στρώννυσθαι. γελάσας τε, τί, φησὶν, ὁ μάντις λέγει; θαυμάσας δ' ἐγὼ διότι μηδὲν εὗρεν ἐφ' ὧν ᾤετο κατακεκρυμμένον, ὃ μόνον ἀζήτητον, ὡς οὐδενὸς ὑποπτεύοντος ἐν αὐτῷ περιέχεσθαι τὸ ζητούμενον ἐπάρας ἀνέσειον· ἦν δὲ τοῦτο παντελῶς σμικρὸν τῆς μητρὸς αὐτοῦ ταραντινίδος ἐπικείμενον τῇ καθέδρᾳ, σεισθέντος δ' αὐτοῦ μέρος ἄρτου τὸ περιεχόμενον ὑπ' αὐτοῦ κατὰ γῆς ἔπεσε καὶ ὑμεῖς πάντες ἀνακεκράγατε μέγιστον ἅμα τῷ Βοηθῷ γελῶντες καὶ τὴν μαντικὴν ἐπαινοῦντες. ὁ δ' οὖν Βοηθὸς ὑπὲρ πάντας γελῶν ἐθαύμαζε πῶς ὁ σφυγμὸς, εἰ καὶ τὸ κατακεκρυμμένον ἐδώδιμον, ἱκανός ἐστι δηλοῦν. ἀλλὰ τό γε μέλλον ὑπὸ τοῦ παιδὸς ἔσεσθαι λουομένης τῆς μητρὸς ἐμήνυσα· κἀγὼ πρὸς αὐτὸν ἔτι ἔφην, ὦ δριμύτατε, μὴ δηλωσάντων τοῦτο τῶν σφυγμῶν ὁ Γαληνὸς ἐτεκμήρατο. κλεισθείσης γὰρ ἀκριβῶς

deinde perſcrutatus eſt. Poſtea ſedili ſublato obſervabat num aliquid ſub eo occultatum appareret. Quum autem nihil ita apparuiſſet, translato puero a lecto ad lecticam, lectum totum iterum ſterni juſſit, ac in riſum ſolutus, quid, ait, vaticinator dicit? Ego autem admiratus quod nihil inveniſſet, ubi occultatum putabatur, id quod ſolum indiscuſſum remanſerat, tanquam nullo quod quaerebatur in eo contineri ſuſpicante, in altum attollens commovebam; erat autem hoc exiguum matris ipſius velamentum ſedili impoſitum, quo discuſſo pars panis in eo contenta in terram decidit, ac vos omnes altiſſime clamaſtis, una cum Boëtho ridentes, vaticinatoriamque commendantes. Boëthus vero ſupra omnes ridens admirabatur, quomodo pulſus esculentum reconditum indicare poſſit. Sed quid puer facturus eſſet, matre lavante, indicavi; dixique praeterea, o vir acerrime, pulſibus hoc non indicantibus, Galenus conjecit. Nam oſtio exacte clauſo puerum ſine metu

τῆς θύρας κατὰ πολλὴν σχολὴν, τὴν ἐδωδὴν αὐτῷ τῷ παιδὶ γενέσθαι δυναμένην ἀδεῶς, οὐ χαλεπὸν ἦν τεκμήρασθαι, ἀλλὰ καὶ ὅτι κατακέκρυπταί τι καὶ τὸ κατακεκρυμμένον ἐδώδιμόν ἐστιν, ὁ μὲν σφυγμὸς οὐκ ἤγγειλέ μοι· τεταραγμένον δ' αὐτὸν θεασάμενος ἐνόησα, καθάπερ ἐπὶ τῆς ἐρώσης γυναικὸς καὶ τοῦ φοβουμένου δούλου τὴν ταραχὴν ἐπὶ ψυχικῷ τινι πάθει γενέσθαι, ἀπυρέτου τελέως γε ὄντος τοῦ παιδός. ἐρωτήσεις οὖν ἴσως ἐκ τίνος ἐτεκμηράμην ἐδώδιμον εἶναι τὸ κατακεκρυμμένον· ἄκουε δὴ καὶ περὶ τούτου τὴν ταραχὴν τῆς ψυχῆς. οὔτε δίκην μέλλων ἐρεῖν ὁ παῖς οὔτε παλαίειν, ἢ παγκρατιάζειν, ἢ ὅλως ἐπιδείκνυσθαι πλεονέκτημά τι σωματικὸν, ἢ ψυχικὸν, οὐχ ὅλως ἐγκαλούμενός τι διαμένουσιν ἴσχειν. ἀκούσας οὖν ὁ Βοηθὸς ταῦτα, νὴ τοὺς θεοὺς ἔφη θαυμάζειν, εἰ οὕτως εὔγνωστα φάρμακα τῶν ἰατρῶν οὐδεὶς οἶδεν. εὔδηλον γὰρ ὅτι μήτ' αὐτοὶ τοιοῦτον ἔργον ἐπεδείξαντο πώποτε, καὶ σὲ πάντα μᾶλλον ἢ ἐξ ἰατρικῆς αὐτὰ πράττειν φασίν. ἐοίκασι δ', ἔφη, μὴ μόνον ἀγνοεῖν ὁποῖός ἐστι τῶν ἀγωνιώντων ὁ σφυγμὸς, ἀλλὰ μηδ' εἴπερ

comedere potuiſſe, haud erat difficile conjectu. Imo etiam quod aliquid occultatum eſſet, idque esculentum, pulſus ſane non indicavit; verum turbatum ipſum puerum conſpicatus intellexi ut in muliere amante et ſervo timente, turbationem ex animali quodam affectu obortam, quum puer omnino ſebri vacaret. Rogabis igitur forſan, unde id quod occultatum erat esculentum eſſe conjecerim. Audi jam de hoc quoque turbationem animi. Quum puer neque cauſam eſſet dicturus in judicio, nec luctaturus neque certamen ſolemne initurus, aut denique a quoquam reprehenſus fuiſſet, ob rem corpoream magis quam animalem turbari eum ratio indicat. Quae quum audiviſſet Boëthus, per deos, inquit, mirandum eſt tam nota medicamenta nullum medicorum cognoviſſe. Unde clare conſtat et ipſos hujusmodi opus nunquam oſtendiſſe; ac te omnia aliunde potius quam ex medicina facere dictitant. Videntur autem, ajebat, non modo ignorare qualis ſit contendentium pulſus, ſed neque ſi forte aliquis ipſorum no-

ἔγνω τις αὐτῶν κατὰ τύχην ἃ προσελογίσω, προσεπιλογίσασθαι δύνασθαι. διὰ τὸ μήτε φῦναι συνετοὶ μήτε μαθήσει γεγυμνάσθαι τὸν λογισμόν. ἀλλά γε τῆς κακοηθείας ἔφην ἔργα γεγυμνασμένοι τέ εἰσι καὶ σοφοί.

Κεφ. η'. [Τὴν γυναῖκα τοῦ Βοηθοῦ τῷ γυναικείῳ ῥῷ περιπεσοῦσαν ἰᾶται παρὰ τὴν ἄλλων δόξαν.] Τούτων μὲν οὖν, ὦ Ἐπίγενες, αὐτὸν ἔχω μάρτυρά σε, πολλῶν δ' ἄλλων ἑτέρους ἁπάντων τῶν πραχθέντων μοι κατὰ τὴν πρώτην ἐπιδημίαν. ἤκουες δ' αὐτὸ παρ' αὐτῶν τῶν ὑπ' ἐμοῦ θεραπευθέντων. ἓν οὖν ὄντως θαυμάσιον πραχθὲν, ὃ οὐ μόνον με παραδοξολόγον ὡς ἔμπροσθεν οἱ πολλοὶ τῶν ἰατρῶν ὠνόμαζον, ἀλλὰ καὶ παραδοξοποιὸν ἐποίησε κληθῆναι σιωπήσω. ἡ γὰρ τοῦ Βοηθοῦ γυνὴ τῷ καλουμένῳ ῥῷ γυναικείῳ περιπεσοῦσα κατ' ἀρχὰς μὲν [843] αἰδουμένη τοὺς ἀξιολόγους ἰατροὺς, ὧν εἷς ἤδη κἀγὼ πᾶσιν ἐδόκουν εἶναι, ταῖς συνήθεσι μαίαις ἀρίσταις οὔσαις τῶν κατὰ τὴν πόλιν ἑαυτὴν ἐπέτρεπεν. ὡς δ' οὐδὲν ὠφελεῖτο, πάντας ἡμᾶς ὁ Βοηθὸς ἀθροίσας ἐπεσκοπεῖτο τί χρὴ ποιεῖν. ὡς δὲ συν-

vit, quae tu ratione disquiſieris, poſſe disquirere: eo quod nec natura prudentes, nec disciplina mentem exercuerunt. At in malignitatis, ajebam, operibus et exercitati et ſapientes ſunt.

Cap. VIII. [*Boëthi uxorem uteri profluvio laborantem praeter ſpem aliorum ſanat.*] Horum igitur, o Poſthume, teipſum teſtem habeo; aliorum autem multorum, quae in prima profectione omnia a me geſta ſunt, alios. Audiviſti autem ea ab illis, qui a me ſunt curati. Unum igitur revera mirabile, non tantum me praeter omnium opinionem dicentem, ut antea plerique medicorum nominabant, ſed etiam praeter opinionem facientem, appellari effecit. Nam Boëthi uxor fluore muliebri ut appellant infeſtata, quum per initia celebres medicos, e quorum numero et ego jam unus eſſe omnibus videbar, revereretur, conſuetis obſtetricibus optimis quibusque in urbe ſeipſam concredidit. Poſtquam vero nihil juvaretur, Boëthus congregatos nos omnes conſulebat quid eſſet fa-

ωμολογήθη, κατὰ τὴν γεγραμμένην ὑφ' Ἱπποκράτους τε καὶ τῶν ἀρίστων μετ' αὐτὸν ἰατρῶν θεραπείαν, ἅπαντα πράττειν ἀξιώσαντος αὐτοῦ καὶ συνεχῶς ἐπιφαίνεσθαί με ταῖς ὑπηρετούσαις αὐτῇ γυναιξὶν, ὁρᾷν τε τὰς ὕλας τῶν κατὰ μέρος βοηθημάτων πρὸς τὸν καθόλου σκοπὸν ἀποβλέποντα, κεφάλαιον ἔχοντα, ξηραίνειν μὲν οὐ μόνον τῆς μήτρας τὰ χωρία, ἀλλὰ καὶ σύμπαν τὸ σῶμα, προσφέρειν τε καὶ ἀλειμμάτων στυφόντων τοῖς γυναικείοις τόποις, ἐποίουν οὕτως. ἐπεὶ δὲ ταῦτα πραττόντων ἐφαίνετο χείρων ἡ διάθεσις ἀποτελουμένη, κατὰ τὸ εἰκὸς ἀπορία πᾶσιν ἡμῖν ἐγίνετο καὶ ζητοῦσιν ἑτέραν ἀγωγὴν θεραπείας, ἐφ' ἣν μεταβῶμεν, οὔτ' ἐκ λογισμοῦ τις εὕρισκεν οὔτ' ἐκ πείρας ἀνεμιμνήσκετο βέλτιον τῆς ὑπὸ τῶν ἀρίστων ἰατρῶν ὁμολογουμένης. ἐν τούτῳ δὲ καὶ ὄγκος τις ὤφθη κατὰ τὴν γαστέρα παραπλήσιος τῷ γινομένῳ ταῖς κυούσαις, ὃν ἔνιαι τῶν θεραπευουσῶν αὐτὴν γυναικῶν ᾠήθησαν ὄντως ἐπὶ κυήσει γενέσθαι, οὐ μὴν τῶν γε ἄλλων ἰατρῶν τις ἐπείθετο. τὰ γὰρ ἐκκρινόμενα γνωρίσματα ὄντα τοῦ ῥοῦ τοῦ γυναικείου καθ' ἑκάστην ἡμέραν

ciendum. Quum itaque inter nos conveniſſet ut ſecundum ſcriptam ab Hippocrate et praeſtantiſſimis poſt ipſum curationem univerſa fierent, quumque ipſe Boëthus cuperet me frequenter famulantibus ipſi mulieribus adeſſe, ac materias particularium praeſidiorum univerſalem ſcopum reſpicientium intueri, quae huc potiſſimum ſpectabant, ut ſiccarent quidem non modo uteri regiones, ſed etiam totum corpus, ita ut et unctiones aſtrictoriae muliebribus locis adferrentur, ſic faciebam. Verum quum haec agendo diſpoſitio deterior fieri appareret, dubitatio ut veriſimile eſt, omnes nos invaſit; ac quaerentibus aliam curationis rationem ad quam digrederemur, non ex ratione aliquis invenit, neque ab experientia ſuggerebat meliorem ea, quae apud optimos medicos in confeſſo eſt. Interea et tumor aliquis in ventre viſus eſt ſimilis ei, qui gravidis accidit, quem nonnullae mulieres ex iis, quae ipſi inſerviebant, exiſtimarunt revera ob conceptum accidiſſe, non tamen aliorum medicorum quiſquam arbitrabatur.

ἀντιμαρτυρήσει τῇ δόξῃ ταύτῃ. τῆς φυλαττούσης οὖν αὐτὴν, ἣν ἐπεπιστεύκειμεν ἀρίστην εἶναι, τά τ᾽ ἄλλα πραττούσης ὡς ἐπὶ κυούσης λουούσης τε καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν, συνέβη κατὰ τὸν πρῶτον οἶκον τοῦ βαλανείου σφοδροτάτης ὠδίνης γενομένης, οἷαι ταῖς τικτούσαις εἰώθασι συμπίπτειν, ὑδατῶδες ὑγρὸν ἐκκενωθῆναι τοσοῦτον ὡς λειποθυμήσασαν ἐξενεχθῆναι τοῦ βαλανείου τὴν γυναῖκα. καλουσῶν δὲ καὶ κεκραγυιῶν τῶν ἀμφ᾽ αὐτὴν, οὐδεμιᾶς δὲ (458) οὐδὲ πόδας οὐδὲ χεῖρας οὐδὲ τὸ στόμα τῆς γαστρὸς, ὃ δὴ καὶ στόμαχον ὀνομάζουσι κατὰ τὸ σύνηθες, ἀνατριβούσης, ἐγὼ κατὰ τύχην ἑστὼς πρὸ τῆς ἔξω θύρας τοῦ βαλανείου, κραυγῆς ἀκούσας, εἰσεπήδησα καὶ θεασάμενος ἀπεψυγμένην αὐτὴν, εἰς χεῖρας λαβὼν ναρδίνου μύρου τὸν στόμαχον ἀνατρίβειν ἐγκελευσάμενος ταῖς παρούσαις, μὴ μάτην ἑστάναι κεκραγυίας, ἀλλὰ τὰς μὲν τοὺς πόδας ἐκθερμαίνειν, τὰς δὲ τὰς χεῖρας, ἐνίας δ᾽ ὀσφραντὰ προσφέρειν τῇ ῥινί· τότε μὲν ἀνεκτησάμεθα ταχέως αὐτήν. ἥδετο δὲ μεγάλως ἡ μαῖα, προσταλείσης ἐπὶ τῇ κενώσει τῆς γαστρὸς, οὐχ οὕτως ἐπὶ τῷ σφαλῆναι ἐπὶ τῇ τοῦ τίκτειν

Nam muliebris fluxus notae, quae quotidie excernebantur, opinioni huic repugnabant. Quum itaque mulier eam obſervans, quam praeſtantiſſimam eſſe crediderat, tum alia faceret, ut in gravida tum quotidie lavaret, accidit in prima balnei domo ut vehementiſſimo dolore oborto, quales parientibus accidere conſueverunt, aqueus humor evacuaretur tantus, ut animo defecto mulier e balneo exportaretur. Dum autem famulae ipſius lugerent clamarentque omnes, nulla vero nec pedes nec manus nec os ventriculi, quod ſane et ſtomachum conſueto vocabulo appellant, perſricaret, ego forte fortuna ante externum balnei oſtium ſtans clamore exaudito inſilii; ac intuitus ipſam perfrixiſſe, nardino unguento in manus ſumpto ſtomachum fricui, juſſique praeſentibus ne fruſtra vociferantes otioſae conſiſterent, ſed aliae pedes excalefacerent, aliae manus, nonnullae odoramenta naribus offerrent, atque his tunc ſtatim ipſam recollegimus. Laetabatur autem mirifice obſtetrix, ventre ob evacuationem compreſſo, non adeo

δόξῃ, ἀλλ' ἐπὶ τὸ διατεταγμένον ἀπιστοῦσιν ἡμῖν ἀντιλέγειν, ὡς ἐπιστημονικῶς εἰδυῖα τὸ πρᾶγμα. ἀποροῦντος δ' ἑκάστου ὅ τι δεῖ πράττειν καὶ μὴ κατὰ τὸν αὐτὸν σκοπὸν τῷ πρόσθεν ἰᾶσθαι τὴν γυναῖκα, κατατολμῶντας ἐφ' ἕτερον μεταβῆναι, φροντίζοντι νύκτωρ ἐπῆλθε τοιόνδε τι. λειποψυχίας αὐτῇ γεγενημένης, ὡς ἔφην, ὁπότε καὶ τὰς γυναῖκας εἶπον οὐδὲν μὲν βοηθεῖν, ἑστάναι δὲ κλαιούσας, ἐμαυτόν τε μύρον νάρδινον εἰς τὰς χεῖρας λαβόντα τὸ στόμα τῆς γαστρὸς καὶ τὸ ὑποχόνδριον παρατρίβειν, ἀνεμνήσθην ὅτι τοσαύτην εἶρον ἐν τοῖς χωρίοις τούτοις μαλακότητα τῶν ὑποχονδρίων μυῶν, ὡς ἐμὲ γοῦν ἐν ἀρχῇ βιαιότερον ἀνατρίβειν αὐτὰ διεγνωκότα, φοβηθέντα μὴ θλίψας τὴν σάρκα πελιδνὸν ἐργασαίμην τι μόριον, ἀποστῆναι τοῦ βιαίου. ὡς γὰρ ἄν τις ἄκρως εἰκάσαι βουληθείη παραπλήσια γάλακτι μὲν πηγνυμένῳ εἰς τυροῦ γένεσιν, οὐ μὴν ἤδη γε πεπηγότι, κατεφάνη μοι κατὰ τὸ ὑποχόνδριον ἅπαντα. τοῦ μὲν οὖν ξηραίνειν τὴν ἄμετρον ὑγρότητα τοῦ πάθους ὑδατώδους ὄντος τυροῦ πάντες ἔχεσθαι διεγνώκαμεν, ἐξευρεῖν δὲ τρόπον ἰάσεως,

quod falſa eſſet quae parere ipſam opinaretur, ſed quod diſpoſitioni nobis non credentibus contradixerit, ceu rem ſcientifice noſcens. Porro dum ambigimus quid faciendum eſſet, ſimiline, ut prius, ſcopo mulierem medicari auderemus, an ad alium tranſire, ſolicito mihi per noctem tale quid in mentem venit: ac memini, deliquio animi ut dicebam orto, quando etiam mulieres nihil quidem auxiliari dicebam, aſtare autem plorantes, ego vero unguento nardino in manus ſumpto os ventriculi et praecordia perfricarem, tantam in his regionibus mollitiem musculorum per praecordia inveniſſe, ut quum per initia violentius ea infricare ſtatuiſſem, timens poſtea ne carne preſſa partem quandam lividam efficerem, a violentia deſtiti. Ut enim quis per ſumma voluerit aſſimilare omnia praecordiorum loca, ſimilia lacti ſane in caſei generationem coalescenti, non tamen jam concreto mihi apparuerunt. Itaque immoderatam affectus caſei modo aquoſi humiditatem ſiccare omnes ſtatuimus, ac curationis modum invenire, ex ma-

[844] οὐ διὰ ξηραινούσης ὕλης μόνον, ἀλλὰ καὶ θερμαινούσης, ὅπως μὴ τήκοιτο τὸ σῶμα, ψυχρᾶς κράσεως ἀμέτρως ὑπάρχον· καὶ μάλιστ᾿ ἐπειδὴ θέρους ὥρᾳ καὶ ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἡμεῖς τοὐναντίον ἐπράττομεν, ἐν θαλαττίᾳ ψάμμῳ θερμῇ κατακλίναντες αὐτήν· λογισάμενος δέ τι καὶ ἄλλο κοινότερον ἁμάρτημα κατὰ τὰ πλεῖστα τῶν παθῶν ἑκάστοτε γιγνόμενον ὑπὸ τῶν ἰατρῶν κενούντων μὲν τὸ περιττὸν, ὅπως δὲ μὴ γεννῷτο παραπλήσιον τῷ κενωθέντι παραλειπόντων, ἐνενόησα τὸν σκοπὸν τῆς διαίτης ποιήσασθαι διά τε πόματος ἐλαχίστου καὶ τρίψεως ὅλου τοῦ σώματος, ἔτι τε χρίσεως οὕτω σκευαζομένης, οὐ διὰ πίττης τε καὶ ῥητίνης, ἀλλὰ διὰ μέλιτος μόνου μέχρι πλείονος μὲν ἑψηθέντος, ἀποψυχθέντος δ᾿ εἰς τοσοῦτον, ὡς τούτῳ δὴ τῷ κατὰ τὰς κρήνας ὕδατι θέρους ὥρᾳ παραπλήσιον εἶναι. καθάπερ δὲ διὰ τοῦ δέρματος ἔγνων ἄμεινον εἶναι διαφορεῖν τὴν περιττὴν ὑγρότητα, τὸν αὐτὸν τρόπον οὐρητικοῖς τε φαρμάκοις ἐπὶ τὴν κύστιν αὐτὴν ποδηγεῖν· ἐπιμελεῖσθαι δὲ τοῦ καὶ διὰ κάτω γαστρὸς ὑπάγεσθαι. πειραθεὶς δ᾿ ἐν ταῖς μετὰ

terie quae non tantum ſiccet, ſed etiam calefaciat ne corpus contabescat frigida temperie immoderate praeditum; praeſertim quum aeſtivo tempore contrarium tunc nos moliamur maritimae arenae calidae eam immittentes. Ratiocinatus autem etiam aliud quoddam communius peccatum in plerisque affectibus frequenter a medicis committi, qui ſuperfluum quidem inaniunt, ut autem inanito ſimile generetur, dicere omittunt; cogitavi victus rationis conſilium inſtituere ex potione pauciſſima, totius corporis frictione, praeterea unctione ita praeparata, non ex pice et reſina, ſed ex melle ſolo largius quidem cocto, ſed refrigerato tantum, ut aquae fontanae aeſtivis horis ſit perſimile. At quemadmodum ſatius eſſe novi ſuperfluam humiditatem per cutem diſſipare, eodem modo urinam moventibus medicamentis ipſam ad veſicam deducere; caeterum ut alvus ſubducatur cura habenda eſt. Facto autem diebus poſt ſubitam excretionem circiter ſeptem ſubſequen-

τὴν ἀθρόαν ἔκκρισιν ἡμέραις ἐφεξῆς ὡς ἑπτὰ, καθ' ἃς ὁ μὲν Βοηθὸς ἅπαντας ἡμᾶς ἰδίᾳ τε καὶ κοινῇ παρεκάλει σκοπεῖσθαί τινα θεραπείας τρόπον, ἀπαγαγὼν αὐτὸν ἀπὸ τῶν παρόντων οἰκετῶν τε καὶ φίλων ἰδίᾳ ἐπὶ τῆς οἰκίας διελέχθην, οὐδὲν, εἰπὼν, ἄχρι τήμερον οὐδὲ καθ' ἓν με σφαλέντα τῶν ἰατρικῶν ἔργων ἐπιστάμενος ἐπίσκεψαι κατὰ σαυτὸν εἰ συγχωρεῖς δέκα ταῖς πάσαις ἡμέραις, ὡς βούλομαι πρᾶξαι περὶ τὴν γυναῖκά σου· κἂν μὲν ἄμεινον ἴσχειν ἑκάστοτε φαίνηται, μετὰ ταῦτα ἄλλαις τοσαύταις ἐπιτρέψεις μοι πράττειν τι περὶ αὐτήν· εἰ δὲ μὴ, τότε κἀγὼ χωρισθήσομαι τελέως αὐτῆς. ἑτοίμως δέ μοι συγχωρήσαντος αὐτοῦ, πρῶτον μὲν ὑδραγωγῷ φαρμάκῳ διὰ τῆς κάτω γαστρὸς ἐκένωσα, μετὰ ταῦτα δὲ πίνειν ὕδωρ ἐναφεψηθέντος ἀσάρου τε καὶ σελίνου. ἐπεὶ δὲ ταῖς πρώταις ἡμέραις δύο τούτων γενομένων οὐδὲν ἐφάνη τοῦ ῥοῦ, κατὰ τὴν τρίτην ἔδωκα πάλιν οὐ πολὺ τοῦ διὰ τῆς κάτω γαστρὸς ἐκκενοῦντος τὸ ῥέπον ἔμπροσθεν εἰς τὴν μήτραν, οὐ μόνον δι' οὔρων, ἀλλὰ καὶ διὰ τῆς κάτω γαστρὸς παροχετεύειν βουλό-

tibus experimento, ſecundum quos Boëthus omnes nos et privatim et communiter rogabat, ut aliquem curationis modum proſpiceremus, abduxi tum eum a praeſentibus et familiaribus et amicis in domo ſeorſim ac cum eo diſſerui, In nullo, inquiens, ne in uno quidem opere medico hactenus erraſſe me quum ſcias, tu conſiderato apud te an decem in totum diebus permiſſurus ſis ea quae circa uxorem tuam facere inſtituo; et ſi melius habere quolibet die videatur, poſtea aliis totidem diebus aliquid ei facere concedes; ſin minus, tunc et ego prorſus ab ea diſcedam. Quod quum prompte ille annuiſſet, primum ſane medicamento aquam ducente per alvum evacuavi; poſtea bibere aquam, in qua decoctum ſit aſarum et apium. Ubi vero primis diebus duobus his adminiſtratis nihil ex fluore apparuiſſet, tertio rurſus exhibui, non copioſe per alvum evacuans id quod prius in uterum vergebat, non modo per urinas, ſed etiam per ventrem inferiorem derivare cupiens. Poſt haec corpus melle ſingulis diebus il-

μενος. καὶ μετ᾽ αὐτὸ ἔχριόν τε τῷ μέλιτι καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν, ἀνέτριβόν τε τὸ σῶμα τὰ μὲν πρῶτα διὰ σινδόνων μαλακωτάτων, εἶτα διὰ σκληροτάτων· ἐδίδουν τε κρέα τῶν ὀρείων ὀρνίθων, ἰχθύων δὲ πετραίων. ὡς δὲ διὰ τούτων ἡμέραις πεντεκαίδεκα τῆς θεραπείας γινομένης οὐδὲν ὅλως ἐφάνη τοῦ πάθους γνώρισμα, γνοὺς ὁ Βοηθὸς μεῖζον ἢ κατὰ τὴν ὑπόσχεσιν εἰργασμένον με, τελέως ἐκθεραπεῦσαι τὴν διάθεσιν ἐδεῖτο, ὑποθήκας τε δοῦναι πρὸς τὸν λοιπὸν χρόνον, ὅπως μηκέθ᾽ ὁμοίως νοσήσειε. ἐπεὶ δὲ πληρωθέντος τοῦ μηνὸς εὔχρους τε ἦν ἀκριβῶς, ὡς μηδὲν ἀποδεῖν ἀκριβῶς τῆς κατὰ φύσιν ἕξεως, οὐδὲν δὲ τοῦ ῥεύματος ἐπεφάνη, τετρακοσίους μὲν ἔπεμψέ μοι χρυσοῦς, ηὔξησέ τε τὸν φθόνον τούτων τῶν γενναίων ἰατρῶν ἐφ᾽ οἷς ἐτύγχανεν ἐπαινῶν με. καὶ μέντοι καὶ αὐτὸς ἕτοιμος ἦν, ὥσπερ ὅ τε Σεβῆρος, τὸ μηνῦσαι τὰ κατ᾽ ἐμὲ τῷ τε κατὰ τὴν τῶν Ῥωμαίων πόλιν ὄντι Μάρκῳ Αὐρηλίῳ Ἀντωνίνῳ αὐτοκράτορι. Λεύκιος γὰρ ἀπεδήμει τῆς πόλεως ἕνεκα τοῦ Παρθικοῦ πολέμου γενηθέντος ὑπὸ Βολογέσου.

levi ac perfricui, primum ſane linteis molliſſimis, deinde duriſſimis; dedique carnes avium montanarum et piſces ſaxatiles exhibui. Poſtquam vero his remediis quintodecimo curationis die adveniente nulla prorſus affectus nota appareret, Boëthus intelligens plus a me quam eſſem pollicitus praeſtitum, rogabat ut in totum diſpoſitionem perſanarem, praeceptiones darem in reliquum tempus ne amplius ſimiliter aegrotaret. Quoniam vero menſe completo colorata exacte erat, ut nihil plane a naturali habitu deſideraretur, nihil quoque ex fluore conſpiceretur, quadringentos aureos ad me miſit, auxitque generoſorum horum medicorum invidiam, inde quod me laudibus extolleret. Quin etiam ipſe quemadmodum et Severus opera a me geſta haud detrectabat indicare Romanorum urbis imperatori Marco Aurelio Antonino. Lucius enim ab urbe diſceſſerat Parthici belli gratia, quod a Bologeſo ortum erat.

Κεφ. θ'. [*Γαληνοῦ ἐπάνοδος εἰς τὴν πατρίδα καὶ ἡ πρὸς τῶν αὐτοκρατόρων ἐπανάκλησις αὐτοῦ.*] Κἀγὼ θεασάμενος αὐτῶν τὴν ὁρμὴν καὶ δείσας μὴ φθασάντων τι πρᾶξαι κωλυθῶ τῆς ἐς Ἀσίαν ἐπανό- [845] δου, παρεκάλεσα βραχὺν ἐπισχεῖν χρόνον. ἐγὼ γὰρ ἔφην ἐρεῖν αὐτοῖς τὸν καιρὸν, ὁπόταν βουληθῶ τοῦτό μοι γενέσθαι. καὶ τοίνυν ὅταν ἐπυνθανόμην πεπαῦσθαι τὴν στάσιν, ἄφνω τῆς Ῥωμαίων πόλεως ἐξῆλθον, ὡς δῆθεν εἰς Καμπανίαν ἀπιὼν, ἕνα καταλιπὼν οἰκέτην φυλάττοντα τὰ κατὰ τὴν οἴκησιν· ᾧ προσέταξα πλοῖον ἐπιτηρήσαντι τῶν εἰς Ἀσίαν ἐξιόντων, ἡμέρᾳ μιᾷ τῶν ἐκ τῆς Βηβούρας κερκώπων παραλαβόντα τινὰ πωλῆσαί τε τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν, ἐξελθεῖν τε παραχρῆμα καὶ τῆς νεὼς ἐπιβάντα κατὰ τὸν ἐπὶ Σικελίας πλοῦν εἰς τὴν πατρίδα παραγενέσθαι. ταῦτα μὲν οὖν ὀλίγον ὕστερον ἐπράχθη. ἐγὼ δ' ἀνὰ Καμπανίαν γενόμενος, εἶτ' ἐκεῖθεν ἔσπευσα μὲν εἰς τὸ Βρεντήσιον· ἀφικόμενος δὲ ὥρισα κατὰ τὴν πρώτην ἀναγενομένην ναῦν, εἴτ' ἐς Δυῤῥάχιον εἴτ' ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος πλέοι, διαπεραιωθῆναι· δεδιὼς μὴ

Cap. IX. [*Galeni reditus in patriam, ejusque ab imperatoribus revocatio.*] Ac ego intellecta ipſorum prompta voluntate, ac veritus ne dum hoc illi agerent a reditu in Aſiam impedirent, rogavi eos ut pauco tempore id differrent. Ego enim dicebam me tempus ipſis nunciaturum, quum hoc in gratiam meam fieri vellem. Quando igitur bellum ceſſaſſe intellexi, ſtatim ex Romanorum urbe diſceſſi, ceu nimirum in Campaniam iturus, ſamulo videlicet uno relicto, qui domum obſervaret; cui injunxi ut navigio ex iis quae in Aſiam proficiſcuntur inveſtigato, una die adducto quodam inſtitorio ex Bebura emptore venderet ea, quae in domo haberentur, exiretque protinus urbem et navim ingreſſus Siciliam adiret, inde in patriam reverteretur. Haec igitur paulo poſt geſta ſunt. Ego autem per Campaniam profectus illinc poſtea ad Brunduſium contendi; quo perveniens ſtatui prima quaque navi, ſive in Dyrrhachium ſive in Graeciam navigaret, permeare; veritus ne quis praepotentum virorum vel etiam impera-

τις ἄρα τῶν πολὺ δυναμένων ἀνδρῶν ἢ καὶ αὐτὸς ὁ αὐτοκράτωρ γνούς μου τὴν ἔξοδον, ὡς δραπέτου πέμψας στρατιώτην εἰς Ῥώμην ἐπανελθεῖν κελεύσειεν. ἐγὼ μὲν οὖν οὕτως μετὰ μίαν ἡμέραν εἰς Κασσιόπην ἔπλευσα. ζητοῦντες δέ με οἱ ἐν Ῥώμῃ φίλοι, παρά τε τοῦ καταλειφθέντος οἰκέτου πυνθανόμενοι ποῦ ποτ᾽ εἴην, ἀκούοντες δὲ ἐν τῇ Καμπανίᾳ διατρίβειν με, τὸ μὲν πρῶτον ὑπώπτευον τὸ γεγονός· προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου μήθ᾽ ὁρῶντες μήτε τὸν ἐμὸν ἄνθρωπον ἐν Ῥώμῃ, ἔγνωσαν πεποιηκότα με τὰ ἐξαρχῆς λεγόμενα· καὶ τότε μόγις ἐπείσθησαν ἅπαντες οἱ πρόσθεν ἀπιστοῦντες ὄντως προκεῖσθαί μοι καταλιπεῖν τὴν Ῥώμην, ὅτι μὴ ψευδῶς, ἀλλ᾽ ἀληθῶς ἔφασκον τοῦτο. μετὰ χρόνον δ᾽ οὐ πολὺν ἐπανεληλυθότος τοῦ Λευκίου, πολέμου δ᾽ ἑτέρου τοῦ (459) πρὸς Γερμανοὺς πολεμηθέντος αὐτοῖς ἀρχὴ καθεστήκει. γενομένου δὲ λόγου περὶ τῶν ἔργοις, οὐ λόγοις ἐπιδεικνυμένων ἰατρικήν τε καὶ φιλοσοφίαν, οὐκ ὀλίγοι τῶν περὶ αὐτοὺς ὠνόμαζον ἐμὲ τοιοῦτον ὑπάρχειν. ἐξωρμηκότες οὖν ἤδη τῆς πόλεως, ὡς ἐπὶ τὸν πόλεμον, ὡρικότες τε τοῦ

tor, cognito diſceſſu, tanquam fugitivi, militem mitteret, quo me Romam juberet reverti. Ego itaque poſt unum diem Caſſiopen navigavi. Amici autem Romae dum me quaererent et a famulo relicto ſciscitarentur ubinam eſſem, audirent autem me in Campania agere, primum ſane id quod factum erat ſuſpicabantur; at procedente tempore, quum neque me neque famulum meum Romae viderent, intellexerunt ea quae ab initio dicebam eſſe facta; atque tunc vix perſuaſum habebant omnes qui prius non credebant, revera mihi inſtitutum fuiſſe Romam relinquere, quoniam non falſo, ſed vere id dicebam. Haud multo tempore poſt Lucius reverſus eſt, ſed alterius belli, quod contra Germanos ſuſceptum erat, initium conſtitutum. Porro ubi mentio de his, qui operibus, non verbis medicinam philoſophiamque oſtenderent, fieret, haud pauci ex familiaribus ipſius talem me eſſe nominabant. Egreſſi igitur jam ex urbe ad bellum ſtatuentesque per hiemem in

χειμῶνος ἐν Ἀκυληΐᾳ διατρῖψαι, παρεσκευακότες τε καὶ συγκροτοῦντες τὸ στράτευμα πέμπουσιν ὡς ἐμὲ κελεύοντες ἥκειν ὡς αὐτούς. ἀλλὰ τοῦ Λευκίου κατὰ μέσον τοῦ χειμῶνος μεταστάντος εἰς θεοὺς ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ κομίσας εἰς Ῥώμην τὸ σῶμα καὶ ποιήσας ἀμφ' αὐτῷ τὰ νομιζόμενα, τῆς ἐπὶ τοὺς Γερμανοὺς ὁδοιπορίας εἴχετο κελεύων ἕπεσθαι κἀμέ. χρηστὸν δ' ὄντα καὶ φιλάνθρωπον αὐτὸν ἐδυνήθην, ὡς οἶσθα, πεῖσαι καταλιπεῖν ἐν τῇ Ῥώμῃ με· καὶ γὰρ διὰ ταχέων ἐπανήξειν. παντὶ δ' οὖν τῷ τῆς ἀποδημίας αὐτοῦ χρόνῳ μεμνημένος τῆς συνήθους κακοηθείας τῶν κατὰ τὴν πόλιν ἰατρῶν τε καὶ φιλοσόφων ἔγνων ἀναχωρεῖν αὐτῆς ἄλλοτε εἰς ἄλλο χωρίον, ἐν ᾧπερ ἂν ὁ υἱὸς αὐτοῦ Κόμμοδος, ὑπὸ Πειθολάῳ τρεφόμενος ἐντολὰς ἔχοντι παρ' αὐτοῦ τοῦ αὐτοκράτορος Ἀντωνίνου, καλεῖν πρὸς τὴν ἐπιμέλειαν ἐπὶ παιδὸς, εἰ νοσήσειέ ποτε. παρὰ προσδοκίαν δ' αὐτοῦ χρονίσαντος ἐν τῷ Γερμανικῷ πολέμῳ, παντὶ τούτῳ τῷ χρόνῳ πολλὰς πραγματείας ἔγραψα φιλοσόφους τε καὶ ἰατρικὰς, ἃς ὑποστρέψαντος τοῦ βασιλέως εἰς τὴν Ῥώμην αἰτήσασι τοῖς φίλοις ἔδωκα, παρὰ μόνοις ἐκείνοις ἐλπίσας

Aquileia degere, ac praeparato maturatoque exercitu mittunt ad me, jubentes ut ad ipſos venirem. Verum quum Lucius media hieme fatis conceſſiſſet, frater ipſius corpore Romam translato, factisque ei juſtis, profectionem ad Germanos ſuſcepit, injungens et me ipſum comitari. Quoniam autem benignus erat et humanus, potui, ut noſti, ab eo impetrare ut Romae manerem, quia ſtatim erat rediturus. Toto igitur quo ipſe aberat tempore, memor ego conſuetae urbis medicorum et philoſophorum improbitatis, decrevi inde recedere alias in alium locum, ubicunque filius ipſius Commodus eſſet, qui a Pitholao educabatur; cui imperator ipſe Antoninus injunxerat ut, ſi quando puer aegrotaret, me ad curationem ejus accerſeret. Quum autem ipſe diutius in bello Germanico quam putarat moraretur, univerſo hoc tempore multa opera conſcripſi et philoſophica et medica, quae rege Romam reverſo amicis petentibus exhibui, ſperans ipſa apud ſolos illos fore.

αὐτὰς ἔσεσθαι. ὡς εἴ γε ἠπιστάμην ἐκδοθήσεσθαι τοῖς ἀναξίοις, οὐκ ἂν οὐδ᾽ ἐκείνοις ἔδωκα. καλῶ δ᾽ ἀναξίους ὅσοι μοχθηροὶ τὴν ψυχὴν, οὐχ ἕνεκα τοῦ μαθεῖν τι πρὸς τὴν ἀνάγνωσιν ἥκουσιν, ἀλλ᾽ ὅπως ἐπηρεάσαι τινὰ δυνηθῶσιν ἐξ αὐτῶν. ἐν τούτοις οὖν τοῖς βιβλίοις ἡ θεωρία πᾶσα γέγραπται τῆς τε διὰ τῶν σφυγμῶν προγνώσεως καὶ τῶν ἄλλων προγνωστικῶν σημείων. ἣν οὖν πρόγνωσιν ἐποιησάμην ἐπὶ θατέρου τῶν Κυιντιλιανοῦ υἱῶν ἐξ αὐτῶν βουληθέντι σοι μαθεῖν [846] ἐκ τίνος θεωρίας ἐγένετο, ῥᾳδία καὶ καταφανὴς ἔσται τὴν περὶ κρίσεων πραγματείαν ἀναγνόντι, γεγυμνασμένῳ τὸν λογισμὸν ἐκ παιδὸς ἐν γεωμετρίᾳ τε καὶ διαλεκτικῇ. τοῖς πολλοῖς δὲ τούτοις ἰατροῖς, ὅσοι τῆς μὲν ἐν τοῖς ἔργοις γυμνασίας ἀπέστησαν, εἰς πανουργίαν δ᾽ ἐκτραπόμενοι τὴν ἐπ᾽ αὐτῇ τέχνην ἤσκησαν, οὔτε γνωσθῆναί τι τῶν γεγραμμένων δύνανται οὔτε ἀκουσθῆναι.

Κεφ. ι΄. [*Πρόγνωσις ὑποστροφῆς πυρετοῦ καὶ λύσις αὐτῆς δι᾽ ἱδρῶτος.*] Ἕξστος οὖν Ἀντωνίνου υἱὸς ἤρξατο μὲν ὀξύτατα νοσεῖν, ὡς μὴ δύνασθαι τὴν ἑβδόμην ἡμέραν

Nam ſi indignis communicatum iri ſciviſſem, ne illis quidem dediſſem. Voco autem indignos, qui animo pravi non ut diſcant aliquid ad lectionem ſe conferunt, ſed ut quaedam ex ipſis poſſint calumniari. In his igitur libris tota ſpeculatio praenotionis ex pulſibus et aliorum praeſagiendi modorum tradita eſt. Quam igitur praenotionem in altero Quintiliani filio molitus ſum, ſi inde voles diſcere, ex qua ſpeculatione facta ſit, facilis et perſpicua tibi erit, quum opus de criſibus perlegeris ingeniumque a puero exercueris in geometria et dialectica. At vulgares hi medici, qui ab operum exercitio deſtiterunt, ad impoſturas autem converſi, artem in eis exercuere, neque intelligere quippiam ex iis quae ſunt ſcripta poſſunt, nec audire.

Cap. X. [*Recidivae febris praenotio et illius per ſudorem diſceſſus.*] Sextus igitur Antonini filius acutiſſime coepit laborare, ut ſeptimum diem citra criſin egredi

Ed. Chart. VIII. [846.] Ed. Baſ. III. (459.)

ὑπερβαλεῖν ἄνευ κρίσεως. ἥτις δ' αὐτοῦ τούτου πρόγνωσίς ἐστι, διὰ τῶν περὶ κρίσεως ὑπομνημάτων γέγραπται, δι' ὧν καὶ ὅτι προεκρήγνυται πολλάκις ἡ κρίσις, οὐ περιμείνασα τὴν πιστῶς κρίνουσαν δεδήλωται. συμβῆναι δὲ τοῦτο τῷ Ἔξστῳ δυνάμενον ἔγνων κατὰ τὴν τετάρτην ἡμέραν, ὡς προειπεῖν ἐρομένῳ Πειθολάῳ τῷ κοιτωνίτῃ ὅ τι θεσπίζοιμι περὶ τῶν μελλόντων. ἤρετο γὰρ οὗτος, ἐπειδὴ προεπειρᾶτό μου, πολλὰ τῶν δοκούντων τοῖς σοφωτάτοις ἰατροῖς ἀδυνάτων εἶναι προειρηκότος. ἀπεκρινάμην οὖν αὐτῷ γελάσας, τῆς μὲν ἑβδόμης ἡμέρας ἐξωτέρω μὴ δύνασθαι προελθεῖν τὸ νόσημα· κριθήσεσθαι δὲ πάντως ἢ ἑκταῖον, ἢ ἑβδομαῖον. ἑκταῖον μὲν οὖν κριθὲν ὑποστρέφειν αὐτό· ἑβδομαῖον δὲ βεβαίαν ἕξειν τὴν κρίσιν· ἔσεσθαι μέντοι τὴν κρίσιν ἐξ ἀνάγκης δι' ἱδρῶτος. ἐπεὶ δὲ κατὰ τὴν ἕκτην ἡμέραν οὕτως γε ἐκρίθη, φιλόνεικος ὢν ἐσχάτως ὁ Ἔξστος, ὅπως ἐλέγξῃ ἐμὲ μὴ γενομένης ὑποστροφῆς, ἐλούετο μὲν καθ' ἑκάστην ἡμέραν, οὔτε δ' οἶνον ἔπινεν οὔτε προσηνέγκατό τι πλὴν χυλοῦ πτισάνης, ἢ αὐτὴν, ἢ μετὰ ψίχας ἄρτου· πολλάκις

non poſſet. Quae vero hujus ipſius praenotio ſit, commentariis de criſi proditum eſt; quibus etiam criſin frequenter antevertere ac praerumpi, dum non expectat diem ſideliter decernentem, oſtendimus. Hoc autem quum Sexto poſſet accidere, ſtatui in quarto die ceu praedicere Pitholao, roganti quid de futuris augurarer. Interrogabat autem hic, quum praeſciret me multa ex his quae ſapientiſſimi medici ſieri non poſſe arbitrantur, praeſagiiſſe. Reſpondi igitur ipſi ridens, extra ſeptimum quidem diem morbum progredi non poſſe, ſed omnino aut ſexto aut ſeptimo criſin experturum. Quod ſi igitur ſexto fuerit judicatus, recidivam ejus eſſe timendam; ſin autem ſeptimo, firmam habiturum criſin, eamque fore neceſſario per ſudorem. Poſtquam vero ſexto die criſin ita expertus eſſet Sextus, natura admodum contentioſus, ut me corriperet, recidiva non facta, lavabat ſane quotidie, neque vinum bibebat neque aliquid praeter ptiſanae cremorem vel ſolum vel cum micis panis aſſumebat; frequenter et

δὲ καὶ αὐτὸς τὸν ἄρτον ἐν ὕδατι βρέξας ἠρκεῖτο μόνον. ταῦτα ποιήσας ἄχρι τῆς δωδεκάτης ἡμέρας ἐκαυχήσατο κατ᾽ αὐτὴν νενικηκέναι μου τὴν πρόγνωσιν. ἔπιε δὲ κατὰ τὴν τρισκαιδεκάτην ἡμέραν τρίτῃ ὥρᾳ ὑδατώδους οἴνου βραχύ τι σὺν τῷ καὶ τὴν ὅλην δίαιταν ἁδροτέραν βραχὺ ποιήσασθαι τῆς ἔμπροσθεν, ἔτι μέντοι φυλάττων λεπτήν· ἀλλὰ κατά τε τὴν ἑξῆς ἡμέραν ἀπὸ τῆς πρώτης κατακλίσεως τεσσαρεσκαιδεκάτην οὖσαν ἀρξάμενος πυρέττειν ἐκέλευσε μηδένα μοι δηλῶσαι, νομίζων μηδὲ σφοδρὸν ἔσεσθαι τὸν πυρετὸν μηδὲ πλέον ἡμέρας μιᾶς ἐκταθήσεσθαι αὐτόν. ἐπεὶ δὲ προϊούσης τῆς ἡμέρας ἀεὶ καὶ μᾶλλον ἐφαιδρύνετο, Κλαύδιος Σεβῆρος ὑποστρέφων εἰς τὴν ἑαυτοῦ οἰκίαν πλησίον οὖσαν τῆς ἐκείνου, πυθόμενος αὐτὸν πυρέττειν ἐπορεύθη πρὸς αὐτόν, εὑρών τε σφοδρῶς ἤδη πυρέττοντα, πρῶτον μὲν ἐπύθετο τίνα γνώμην ἐγὼ περὶ τῆς ἀρχῆς τοῦ γεγενημένου πυρετοῦ νῦν [αὐτῷ φαινοίμην ἔχων, ἀκούσας δὲ παρ᾽ αὐτοῦ τὸ ἀληθές, ὡς διὰ φιλονεικίαν οὐκ ἐδήλωσε πορευθῆναί τινα πρός με, ἐκέλευσε παρακαλεῖν με εἰς τὴν ἐπίσκεψιν τοῦ Ἕξστου καὶ μετὰ ταῦτα πρὸς αὐτὸν ἀφικέσθαι. τούτων

pane ipſo in aqua macerato contentus erat. His ad duodecimum usque diem factis jactitabat in eo praenotionem meam ſe viciſſe. Bibit autem tertiodecimo die hora tertia vini aquoſi pauxillulum, necnon totam victus rationem pleniorem paulo priori inſtituit, ſervans tamen adhuc tenuem. Sequenti die a primo decubitu quartodecimo ſebricitare orſus juſſit ut nemo mihi indicaret, putans neque vehementem fore febrem neque die diutius uno duraturam. Ubi vero procedente die ſemper etiam magis incrudeſceret, Claudius Severus revertens in ſuam ipſius domum illi vicinam, quum audiret ipſum febricitare, ad ipſum profectus eſt, ac vehementer jam affligi offendens, primum ſane rogabat quam ſententiam ego de ortae febris initio nunc habere ei viderer, audita que ab ipſo veritate, quod ob contentionem noluerit quenquam ad me qui indicaret accedere, Claudius ipſe juſſit ut Sextum inviſerem ac poſtea ad ipſum accederem. Quibus factis roga-

γενομένων ἐπυνθάνετο τί μοι δοκεῖ περὶ τῆς ὑποστροφῆς τοῦ νοσήματος. ἀπεκρινάμην οὖν αὐτῷ ὅπερ καὶ τῷ Ἔξστῳ προειρήκειν, μετὰ τρεῖς ἡμέρας λυθήσεσθαι τὴν ἐπιβολὴν ταύτην ἱκανῶς θερμοῦ γενομένου τοῦ πυρετοῦ κατὰ αὐτάς· εἶτα κριθησομένου κατὰ τὴν ἑπτακαιδεκάτην ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ἡμέραν. Ἔξστος οὖν ἡδέως ἀκούσας τὴν ἐν τάχει γενησομένην λύσιν ἑτοίμως ἐπίστευσεν· ὃ γὰρ ἕκαστος βούλεται δηλονότι, τοῦτο καὶ οἴεται γενήσεσθαι. Σεβῆρος δ᾽ ὅτι οὐκ ἂν σφαλείην ὑπὲρ τοῦ [847] σωθήσεσθαι τὸν Ἔξστον ἐπίστευσέ μοι· τὸ δὲ τῆς ἡμέρας ἐν ᾗ τελέως ἀπαλλαγοῖτο τοῦ νοσήματος οὐκ ἐπίστευε, δύσκολον εἶναι νομίζων ἄνευ τοῦ περιμεῖναι κἂν τὴν ἑξῆς ἡμέραν ἀποφήνασθαί τι βέβαιον ὑπὲρ τῶν εἰς τετάρτην ἡμέραν ἐσομένων. ἅτε δ᾽ οὕτως διακείμενος ἔπεμψεν ὄρθρου βαθέος ἐπὶ τὴν οἰκίαν Ἔξστου περιμένοντά τε καὶ πρὸς αὐτὸν ἄξοντα μετὰ τὴν ἐσομένην ἐπίσκεψιν. ὡς δὲ θεασάμενος τὸν Ἔξστον ἐπορεύθην πρὸς αὐτὸν, ἀντιφήσεις, ἔφη, οἷς χθὲς εἶπες, ἢ διαμενεῖς ἐπὶ τῶν αὐτῶν; ἐπεὶ δὲ νῦν μᾶλλον ἔφην ἢ χθὲς ἀποφήνασθαί μοι

ſuo latere propenſa: harum pars ab humero ad cubitum usque pertendens brachium vocatur: cubitus autem qua tota manus flectitur: cujus exteriorem partem corona et olecranum nominatur. Dein cubitus, quo et homines metiuntur. Ubi hic deſinit et cum ſumma manu articulum facit, carpus dicitur. Succedens huic pars metacarpium. Inde nodi, a quibus digiti incipiunt. Digitorum maximus, pollex eſt, quod toti ſummae manui cooperans aequipolleat. Poſt hunc index, nomen ab uſu, ut apparet, ſortitus: dein medius: hunc medio proximus ſequitur, medicis dicatus, atque ab iis nomen ſortitus. Poſtremus parvus dicitur, quod omnibus ſit inferior. Itaque a carpo ſumma manus dicitur: cujus ſupinae pars juxta pollicem aſſurgens vola nominatur, huic pars oppoſita ſubvola vocatur. Verum unde digiti procedunt, pectus manus eſt. Quod medium horum omnium eſt, manus concavum dicitur. Supra vero thorax ea pars appellatur, quae a collo toto

ἄνωθεν δὲ τὸ ὑπὸ τὸν τράχηλον πᾶν, ἐκ τῶν ἔμπροσθεν μέχρι λαγόνων, θώραξ καλεῖται. τούτου δὲ τὸ μὲν ὑπὸ τὰς κλεῖδας ἀμφοτέρωθεν καὶ τὰς χεῖρας, αἱ πλευραὶ, ἐξ ὧν καὶ πλευρὸν ἑκάτερον λέγεται, τὸ δὲ μεταξὺ τούτων στῆθος. καὶ τὸ μεσαίτατον αὐτοῦ στέρνον, μέχρι τοῦ χόνδρου, ὑφ᾽ ὃν τὸ στόμα τῆς κοιλίας· ὁ δὲ τόπος οὕτως καὶ ἔξωθεν λέγεται. ἐντεῦθεν δὲ τὸ ἐπιγάστριον ἀνέρχεται. τὰ δὲ ὑπὸ στόμα τῆς κοιλίας· κατὰ τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν εἰκότως ὑποχόνδρια καλεῖται, ἐπεὶ κατὰ τὴν εὐθύτητα ὑπὸ τὸν χόνδρον ἐστὶ, ὡσανεὶ μετὰ τοῦτον. εἰσὶ δὲ μύες ἡπλωμένοι καὶ ὑπεστρωμένοι τῷ περιτοναίῳ, ἔξωθεν δὲ σκεπόμενοι τῷ δέρματι. ὁμωνύμως δὲ τούτοις καὶ τὰ ἔνδοθεν σπλάγχνα ὑποχόνδρια καλεῖται, ἐπειδὴ καὶ αὐτὰ ὑπὸ τοὺς χόνδρους ἐστὶ τῶν νόθων πλευρῶν καὶ οἷον ἐντὸς αὐτῶν. τὰ δὲ ἐκτὸς μέσα, τὰ κυρίως λεγόμενα ὑποχόνδρια, τὸ μὲν ἔμπροσθεν τῶν λαγόνων περιέχον τὸ ὑποχόνδριον, ἐπιγάστριον, τὸ δὲ ἑκατέρωθεν κενεών. τὸ δὲ μεσαίτατον τοῦ λαγόνος ὀμφαλός. τὸ δὲ ὑπὸ τοῦτον ἦτρον. εἶτα τὸ ἐφήβαιον, ὃ καὶ ἐπίσειον καλεῖται.

ad ilia usque ex anteriore parte protenditur. Hujus pars, quae ſub claviculis utrinque et manibus habetur, coſtae ſunt: ex quibus et latus utrumque dicitur. In harum medio pectus. Hujus rurſus medium usque ad cartilaginem, ſub qua ventriculi os deliteſcit, ſternum: idem locus etiam extrinſecus ita appellatur. Hinc epigaſtrium oritur. Quae ſub ventriculi ore ad partem exteriorem apparent, hypochondria nominamus, quoniam ſecundum rectitudinem ſub cartilagine veluti poſt ipſam habentur. Sunt autem muſculi, qui expanſi peritonaeo ſubjacent: extrinſecus vero cute conteguntur. Aequivoco autem cum his vocabulo etiam interiora viſcera vocamus hypochondria: quoniam et ipſa ſub cartilaginibus notharum coſtarum ab interiore parte exiſtunt: ſed exteriora proprio. Quod ante ilia hypochondria comprehendit, abdomen eſt: quod utrinque eſt, ilia. Ilium medium occupat umbilicus. Sub hoc ſumen. Poſtea pubes ſequitur, quae et aqualiculus dicitur, in quem thorax finit: ubi et maſculorum pudenda conſti-

εἰς ὃ τελευτᾷ ὁ θώραξ, ἔνθα καὶ τὰ αἰδοῖα τῶν ἀῤῥένων τέτακται καὶ τῶν θηλειῶν κατὰ τὴν διάφυσιν τῶν μηρῶν, ὅπως κρύπτηται ὑπὸ τούτων. τοῦ μὲν οὖν ἀρσενικοῦ τὸ προῦχον καυλός. τὸ δὲ ἄκρον αὐτοῦ βάλανος. καθ' ὃ δὲ τετρύπηται πρὸς ἔκκρισιν, ἀπὸ τῆς χρείας οὐρήθρα ὀνομάζεται· τὸ δὲ σκέπον τὸ ἄκρον ποσθή. τὸ δὲ κάτω μέρος τοῦ καυλοῦ κατὰ μῆκος αὐτοῦ ῥαφή. τὸ δὲ διατεῖνον μέχρι τῆς ἕδρας ταῦρος καλεῖται. δίδυμοι δὲ καὶ ὄρχεις ἔνδοθέν τε καὶ ἔξωθεν ὀνομάζονται. καὶ ὄσχεον τὸ περὶ τοὺς διδύμους. τοῦ δὲ γυναικείου αἰδοίου, οὕτω γὰρ αὐτὸ οἱ παλαιοὶ ὠνόμαζον, αὐτὸς μὲν ὁ κόλπος κτεὶς καλεῖται. τὰ δὲ περιέχοντα τὸν κόλπον πτερυγώματα. τὸ δὲ μέσον τούτων κατὰ τὴν διασχίδα ἐκπεφυκὸς σαρκίδιον, νύμφη, ὃ καὶ διὰ τὸ προκύπτειν ἐπὶ πολὺ ἐκτομῆς ἀξιοῦται παρ' Αἰγυπτίοις ἐπὶ τῶν παρθένων. κοινῶς δὲ τὸ στόμα τοῦ ἀπευθυσμένου διὰ τῆς ἕδρας ἐξερχόμενον, πρὸς τὸ ἐπέχειν ὁπότε βουλόμεθα τὰς ἐκκρίσεις, εὐχρηστεῖ· δακτύλιος δὲ ἀπὸ τοῦ σχήματος καὶ σφιγκτὴρ ἀπὸ τῆς ἐνεργείας κέκληται. τὸ δὲ ὑπὸ τὸν

tuta ſunt: tum foeminarum ad ſemoris utriusque exortum, ut ſub hoc occultentur. Maris pars prominens coles vocatur, ſummitas ejus glans: qua foramen habet ad excretionem, urethra ab uſu nuncupatur. Cutis quae eam contegit, praeputium dicitur. Inferior pars colis in longitudinem ejus vergens ſutura vocata eſt. Quae vero adusque ſedem producitur, taurus. Teſticuli duplici nomine didymi et teſtes, intus et foris appellantur. Quod teſticulos ambit, ſcrotum vocant. Muliebris autem pudendi (ſic enim ipſum nominaverunt antiqui) ſinus ipſe pecten vocatur. At quae ſinum ambiunt, alae vocantur, inter has autem caruncula ad fiſſuram exorta, nympha quam, quod multo promineat, Aegyptii in virginibus excidere conſueverunt. Porro recti inteſtini orificium per ſedem prodiens, quo excretionem, quum lubet, retinemus; annulus a figura, ab officio ſphincter vocatus eſt. Caeterum poſteriores corporis partes, quae collo ſubjacent,

τράχηλον ἐκ τῶν ὄπισθεν, οὕτως ἔχει διαθέσεώς τε καὶ ὀνομασίας. τὸ μὲν πᾶν νῶτα καλεῖται. ἐντεῦθεν δὲ τὰ μὲν ἑκατέρωθεν ὠμοπλάται, τὸ δὲ μεταξὺ αὐτῶν μετάφρενον, ᾧ καὶ στόμαχος ἔνδοθεν ὑπόκειται. [371] τὸ δὲ μεσαίτατον τοῦ νώτου παντὸς ἄνωθεν μέχρι γλουτῶν, ῥάχις. ταύτης δὲ τὸ μὲν εὐθὺ ὑπὸ τὸ μετάφρενον ἄκνηστιν εἶπεν Ὅμηρος, ὃ καὶ διασαφῶν προσέθηκεν,

— κατ᾽ ἄκνηστιν μέσα νῶτα.

ἐπεὶ καὶ κατὰ εὐθεῖαν τοῦ μήκους μέσα εἰσὶ τὰ νῶτα καὶ τὸ μέσον ἐστὶ τοῦ μεταφρένου καὶ ὀσφύος. διαδέχεται οὖν ἡ ὀσφὺς, ἥτις ἰξὺς ὠνόμασται, καθ᾽ ὃ ζωννύμεθα. λήγει δὲ αὕτη εἰς τὸ ἱερὸν ὀστοῦν. παρ᾽ ἑκάτερα δὲ τούτου τὰ ἰσχία ἐστὶ, ἐφ᾽ οἷς οἱ γλουτοί. διὰ τὸ ὀστᾶ εἶναι τὰ ὑποκείμενα μέγιστα, ἔνθεν ὑπεστρώθη αὐτοῖς σώματα σαρκώδη. ὧν τὰ κυρτώματα ἐκ τοῦ περιφερῆ εἶναι, σφαιρώματα προσαγορεύεται. ἐντεῦθεν δὲ ἡνωμένον τὸ σῶμα διχοφυὲς γίνεται. διαμερίζεται γὰρ εἰς δύο, ἃ καλεῖται σκέλη, ὧν τὴν διασχίδα, διχάλαν οἱ παλαιοὶ λέγουσιν. ταῦτα δὲ ὅλα μὲν μέ-

hunc ſitum et appellationem habent: totum dorſum vocatur: inde utroque in latere ſcapulae habentur. Media ipſarum pars inter ſcapulium, cui etiam ſtomachus intus ſubjacet. Rurſus media totius dorſi ſedes ſuperne ad clunes usque ſpina dicitur. Hujus partem, quae recto tramite ſub dorſo habetur inſcalptam Homerus nominavit, manifeſto aliis dictionibus exponens,

— κατ᾽ ἄκνηστιν μέσα νῶτα,

quoniam et juxta rectitudinem longitudinis media ſunt dorſi, mediumque eſt interſcapulii et lumbi. Spinam lumbi, qui ilium oſſa nominati ſunt, qua cingimur, excipiunt. Hi in os ſacrum terminantur: in cujus utraque parte coxae ſunt: in quibus nates, quoniam quae his ſubjiciuntur, maxima oſſa ſunt. Inde carnoſa ipſis corpora ſubſtrata ſunt. Quorum gibbae partes, quod orbiculares ſunt, globoſae natium partes nominantur. Inde corpus unum in duos exit proceſſus. Nam in duo crura

χρι περάτων, σκέλη λέγεται, τούτων δὲ τὰ μὲν ἀπὸ τῶν ἰσχίων εὐθὺς ἐρχόμενα μηροί. καθὸ δὲ μετὰ ταῦτα συμβάλλει τὰ κῶλα τοῖς ὑποκάτω καὶ ἄρθρον ποιεῖ, γόνυ καλεῖται. οὗ τὰ κατόπιν, ἰγνύα ἢ ἀγκύλη. τὰ δὲ ἐντεῦθεν, ἐπὶ τὰ κάτω μέγιστα κῶλα κνῆμαι. ὧν τὸ μὲν ἔμπροσθεν ἀντικνήμιον, τὸ δὲ ὄπισθεν γαστροκνήμη. τὰ δὲ πέρατα τῶν τῆς κνήμης ὀστῶν εἴς τε τὸ ἔνδον μέρος καὶ εἰς τὸ ἔξω ἐξέχοντα, σφυρὰ προσαγορεύεται. τὰ δὲ ἀπὸ τῶν σφυρῶν κυρίως πόδες λέγονται. ἀφ᾽ ὧν καὶ ἕτερον μέτρον ἑαυτοῖς οἱ ἄνθρωποι εὕραντο, τὸν πόδα ἄραντες. τῶν δὲ ποδῶν τὸ μὲν ὄπισθεν πτέρνα ὀνομάζεται. τὸ δὲ ἔμπροσθεν ἀπὸ τῶν σφυρῶν μέχρι δακτύλων ταρσὸς καλεῖται. τούτου δὲ τὸ μὲν ἔνδοθεν πρὸς ἀλλήλους ἀφορώντων τῶν ποδῶν, ὡς ἐπὶ τὸν μέγαν δάκτυλον, ἀρχόμενον ἀπὸ τοῦ ἔσω σφυροῦ, πεδίον. τὸ δὲ ὑπὸ τούτου εὐθὺς ἐν μέσῳ κατωτάτω τοῦ ποδὸς κοῖλον. τὸ δὲ κατώτατον, ἐφ᾽ ᾧ πατοῦμεν καὶ ᾧ ἐπιβαίνομεν, πέλμα. οὗ τὸ μὲν πρὸς τοὺς δακτύλους μετὰ τὸ κοῖλον ἐπανεστηκὸς, στῆθος ποδός. εἶτα οἱ δάκτυλοι,

nominata bipartitur, quorum diviſionem veteres biſulcam nominant: atque haec tota ad extrema usque crura dicuntur: quae vero a coxis ſtatim incipiunt, femora: ubi vero artus poſtea committuntur inferioribus articulumque efficiunt, genua nominamus. Eorum partes retrorſum ſpectantes, poplites vel ancyle: inde ad ima maximi artus tibiae: quarum anterior pars ocrea, poſterior ſura nominantur. Poſtremum oſſium tibiae in utrumque latus excedens talus eſt: ab hoc profecti, pedes proprie appellantur: quibus etiam menſuram ſibi aliam homines attollentes pedem invenerunt. Pedis pars poſterior calx: prior a talo usque ad digitos tarſus vocatur. Interior autem quaſi pedibus invicem ſe aſpicientibus ab interiore talo verſus magnum digitum procedens, pedium appellatur. Quod ſub hac ſtatim in medio imi pedis habetur, concavum dicitur. Infimum, quo terram contingimus et ambulamus, planta vocatur. Quod poſt concavum ad digitos aſſurgit, pectus

ἰσάριθμοι μὲν τοῖς τῶν χειρῶν, οὐ τυχόντες δὲ τῶν αὐτῶν ὀνομάτων, διὰ τὸ μηδὲ τὰς αὐτὰς χρείας ἐπιτελεῖν, πλὴν ὅσα ἐκ τῆς κατὰ τὸ μέγεθος διαφορᾶς, ἢ ἐκ τῆς κατὰ τὴν θέσιν τάξεως.

(377) *Κεφ. ια'.* [*Ἀνατομὴ τῶν ἐντός.*] Ἀνατομὴ καταχρηστικῶς μὲν λέγεται καὶ ἡ τῶν ἐκτὸς μερῶν τε καὶ μορίων τοῦ σώματος διέξοδος, ἥτις ἐστὶ διὰ λόγου διήγησις ἑκάστου, μετὰ τῆς κατὰ φύσιν θέσεως αὐτῶν καὶ τάξεως καὶ χρείας, ἣν παρέχεται τῷ ζώῳ καὶ τῆς οἰκείας ἑκάστου ὀνομασίας, περὶ ὧν ἤδη διεξήλθομεν· κυρίως δὲ λέγεται ἡ ἀνατομὴ, ἡ τῶν ἐντὸς μετὰ λόγου ἀνάπτυξις. οὐ γὰρ τὸ τῇ ὄψει αὐτὰ δειχθῆναι ἀνατομή ἐστιν, ἀλλὰ τὸ μετὰ λόγου ἑκάστου αὐτῶν γνῶσιν λαβεῖν, τάς τε κατὰ φύσιν ἐνεργείας, ὅπως δι' αὐτῶν ἀποτελοῦνται ἐκμαθεῖν καὶ τὰς κοινωνίας ἃς ἔχει πρὸς ἄλληλα τὰ σπλάγχνα καὶ τὰ ἄλλα μέρη τοῦ σώματος διὰ φλεβῶν. ὁ μὲν οὖν ἐγκέφαλος ἐξ οὐδενὸς τῶν προειρημένων, κατ' Ἐρασίστρατον ἀρχικῶν ἀγγείων φαίνεται πεπλέχθαι, διὸ καὶ παρέγχυμα τροφῆς δοκεῖ αὐτῷ εἶναι.

pedis nuncupatur. Deinde digiti numero manuum digitis pares. Non autem eadem ſortiti nomina, quoniam nec eosdem praeſtant uſus, quanquam magnitudine aut ſitus ordine conveniant.

Cap. XI. [*Partium interiorum anatome.*] Anatome abuſive quidem dicitur etiam exteriorum corporis partium et particularum commemoratio, quae verbis uniuscujusque ipſorum naturalem ſitum, ordinem, uſum, quem animanti praebent, propriam cuique illorum appellationem, de quibus jam retulimus, percenſet: proprie vero anatome interiorum cum ſermone explicatio dicitur. Siquidem oculis eas indicatas eſſe, anatome non eſt, ſed cujusque notitiam ex ſermone ac verbis accepiſſe et naturales actiones, quomodo ipſas obeant, didiciſſe, praeterea quam invicem communionem viſcera aliaeque corporis partes per venas habeant. Cerebrum itaque ex nullo eorum, quae praediximus, principali vaſe compoſitum eſſe videtur Eraſiſtrato, eoque nutrimenti affuſio ipſi eſſe videtur. Eſt autem cor-

ἔστι δ' ἁπλοῦν σῶμα καὶ διὰ τοῦτο ἀρχικὸν καὶ κυριώτατον τῶν ἐν ἡμῖν. διὸ καὶ τὸ ἡγεμονικὸν τῆς ψυχῆς αὐτῷ πιστεύουσιν, ὡς Πλάτων καὶ Ἱπποκράτης. περιέχεται δὲ ὑπὸ μηνίγγων δύο, καὶ μιᾶς μὲν προσεχοῦς καὶ προστυποῦς αὐτῷ, ἣ καλεῖται χοροειδὴς καὶ ἔστι φλεβωδεστέρα. ἡ δὲ ἑτέρα ἐπὶ ταύτης οὖσα προσήρτηται μᾶλλον τῷ κρανίῳ κατά τινα μέρη. καὶ ἔστι νευρωδεστέρα. ἐκ μὲν οὖν τῶν ἄνω φλέβες ἀπὸ καρδίας εἰς αὐτὸν ὀχετεύουσι τὴν τροφὴν, κατὰ τὸ λεγόμενον ληχηνεῖον, ἐκ τῶν πρὸς τῇ βάσει ἀρτηριῶν. ἐντεῦθεν δὲ καὶ νεῦρα ἄρχεται ἐκφύεσθαι αὐτοῦ, ὅθεν καὶ εἰς πᾶν τὸ σῶμα ἀναδιδόασιν τὰς ψυχικὰς ἐνεργείας. νεύρων δὲ εἴδη δύο, τὸ μὲν τῶν συνδετικῶν, τῶν συνεχόντων τὰ ὀστᾶ πρὸς ἄλληλα. τὸ δὲ τῶν αἰσθητικῶν καὶ κινητικῶν, ἃ τὴν αἴσθησιν ἐμποιεῖ τῷ σώματι καὶ τὴν προαιρετικὴν κίνησιν εἰς πᾶν διαπέμπει, ἐξ ὧν καὶ τῶν μυῶν ἡ γένεσις. τῶν δὲ ὀφθαλμῶν οἱ πόροι ἐκπεφύκασι καὶ αὐτοὶ ἀπὸ τῆς βάσεως τοῦ ἐγκεφάλου, δι' ὧν τὸ ὁρατικὸν πνεῦμα εἰς τοὺς ὀφθαλμοὺς διαδίδοται. ἐντεῦθεν δὲ καὶ εἰς τοὺς μυκτῆρας

pus ſimplex, atque ob id omnium, quae humano continentur corpore et praecipuum et princeps. Quapropter Plato et Hippocrates animi principatum in eo conſtituunt. Comprehenditur ſane membranis duabus: una contigua et aſſimili, quae choroeides appellatur venoſiorque eſt: altera quae huic ſuperiacet, calvariae quibusdam partibus magis adhaereſcit. Sed haec nervoſior exiſtit. Ex ſuperiore igitur parte venae nutrimentum a corde juxta eum locum, qui torcular dicitur, ex arteriis, quae ad baſin ſunt, acceptum in id derivant, inde et nervi exortus principium ex eo capiunt, unde et animales functiones univerſo corpori communicant. Nervorum autem ſpecies duae ſunt, una mutuos oſſium connexus colligat continetque, altera ſentiendi movendique pro arbitrio facultatem toti corpori transmittit. Atque hinc etiam musculorum proventus eſt. Oculorum meatus et ipſi ab ima cerebri parte proveniunt et per eos viſorius ſpiritus oculis impertitur. Inde vero nares etiam proceſſus habent, per

ἀποφύσεις ἤρτηνται, δι᾽ ὧν τε ὀσφραινόμεθα καὶ δι᾽ ὧν ἐκκαθαίρεται ὁ ἐγκέφαλος. εἰς δὲ τὰ ὦτα ἀποφύσεις μὲν οὔκ εἰσι. τέτρηται δὲ αὕτη ἡ μῆνιγξ ἐκ τῶν ὄπισθεν καὶ σκωληκοειδῆ ἀπόφυσιν ποιεῖται, δι᾽ ἧς καὶ αὐτὰ ἀποκαθαίρεται· καὶ ἐν ἀρχῇ ταύτης τὸ λεγόμενον κωνοειδές. ἐντεῦθεν δὲ καὶ ὁ ῥαχίτης μυελὸς ἄρχεται. κοιλίας δὲ ἔχει ὁ ἐγκέφαλος δύο· κατ᾽ ἐνίους δὲ μίαν, ἔνθα τὸ ἡγεμονικὸν τῆς ψυχῆς ἵδρυται. περιέχεται δὲ καὶ τὰ τοῦ κρανίου ὀστᾶ, ἄνωθεν ὑπὸ τῷ δέρματι, τῷ περικρανίῳ λεγομένῳ ὑμένι, ἐκπεφυκότι μὲν διὰ τῶν ῥαφῶν, ἐκ τῶν μηνίγγων· ἀρχὴ δὲ οὗτος γίνεται τοῦ τε ὑπεζωκότος τὰς πλευρὰς ὑμένος καὶ τοῦ διαφράγματος καὶ τοῦ περιτοναίου καὶ παντὸς ὑμένος νευρώδους. ὁ δὲ ὀφθαλμὸς συνέστηκεν μὲν καθ᾽ Ἱπποκράτην ἐκ χιτώνων δύο, οὓς μήνιγγας ὁ Ἱπποκράτης καλεῖ, ἐπειδὴ ἐκ τῶν μηνίγγων ἐκπεφύκασιν. κατὰ δὲ τοὺς νεωτέρους ἐκ τριῶν, κατ᾽ ἐνίους δὲ ἐκ τεσσάρων. πρῶτος μὲν οὖν ἔξωθέν ἐστιν ὁ κερατοειδὴς, λευκὸς μὲν κατὰ τὰ ἄλλα, κατὰ δὲ τὴν ἶριν λεπτυνόμενος διαφαίνει τὸ ὑποκείμενον χρῶμα, καθ᾽

quos et olfacimus et cerebrum expurgatur. Ad aures proceſſus non ſunt, verum a poſteriore parte tenuis membrana, quam meningem vocant, perforata eſt, atque in vermis ſpeciem proceſſum habet: per quam ſimiliter ipſae repurgantur. In illius principio cerebri pars coniformis appellata, ſedem habet. Jam vero illinc et ſpinalis medulla incipit. Caeterum duos habet cerebrum ventriculos, ſecundum aliquos vero unum, ubi animi principatus reſidet. At calvariae oſſa ſuperiore parte ſub cute, membrana, quae per ſuturas e meningibus prodiit, pericranium appellata, conteguntur. Eſtque haec origo membranae coſtas ſuccingentis et ſepti transverſi et peritonaei et omnis membranae nervoſae. Oculus ex Hippocratis ſententia habet duas tunicas, quas Hippocrates meningas, quod ex illis provenerint, appellat. Recentiores tres ponunt, nonnulli quatuor. Ex quibus prima exterior eſt cornea vocata. Ea reliqua ſui parte alba eſt, pupillae loco extenuatur, perſpicuumque ſubjectum colorem reddit, qua-

ὁ μέλας, ἢ γλαυκότερος, ἢ χαροπὸς φαίνεται· δεύτερος δέ ἐστιν ὁ ῥαγοειδὴς ῥαγὶ σταφυλῆς ἐοικὼς τὰ ἔνδοθεν, τετρημένος κατὰ τὴν κόρην. τρίτος δὲ ὁ ἀμφιβληστροειδὴς, ἐγκολπούμενος ὥσπερ καὶ δεχόμενος ἐπ᾽ ἄκρῳ τὸν ὑπό τινων εἰσαγόμενον τέταρτον χιτῶνα, ὃν καὶ ἄδηλον προσαγορεύουσιν. ἔστι μὲν γὰρ ὑμὴν σμικρότατός τε καὶ ἰσχνότατος. ἀλλ᾽ ὁ μὲν πρῶτος καὶ ὁ δεύτερος στερεοὶ ὑμένες καὶ χιτῶνες παχεῖς εἰσιν. ὁ δὲ τρίτος καὶ τέταρτος ἰσχνότατοι. διὸ καὶ Ἱπποκράτης τοὺς πρώτους μόνους οἶδε, λέγων. ὁ δὲ ὀφθαλμὸς μήνιγγας ἔχει δύο. ὑγρὰ δὲ περιέχουσιν οἱ ὑμένες οὗτοι τρισσὰ, τότε ὑδατοειδὲς καὶ τὸ ὑαλοειδὲς καὶ τὸ κρυσταλλοειδές· βλεφάρων δὲ τὰ μὲν ἔσωθεν σαρκώδη, τὰ δὲ μεταξὺ χονδρώδη. ἔξωθεν δὲ δέρματι σκέπεται. διὰ δὲ τὸ σκληρὸν τοῦ μεταξὺ χόνδρου πιμελὴ ὑπέστρωται αὐτῷ οἷον μάλαγμα, ἥτις ἐπὶ τὸ πολὺ πλεονάζουσα τὰς ὑδατίδας ποιεῖ. ἡ δὲ γλῶσσα σαρκώδεις μὲν τὰ πλεῖστα· διττὸν δὲ νεύρων εἶδος ἐμπέφυκεν εἰς αὐτὴν ἐκ τῆς τοῦ ἐγκεφάλου βάσεως, τὸ μὲν τῶν καλουμένων μαλακῶν νεύρων, δι᾽ ὧν τὴν αἴσθη-

tenus niger vel caeſius vel fulvus apparet. Secunda, qua pupilla eſt, modico foramine concava, quae quod parte interiore ſit acino uvae ſimilis, nominatur. Tertia retis modo ſinum habens, retiformis nuncupatur: perinde quaſi in ſummo quartam tunicam a nonnullis invectam excipiat, quam minus apparentem vocant. Eſt etenim membrana minima ſimul et tenuiſſima, ſed prima et ſecunda firmae membranae craſſaeque tunicae ſunt: tertia vero et quarta tenuiſſimae. Quare et Hippocrates priores ſolas cognovit, oculus, inquiens, membranas duas habet. Porro triplicem hae tunicae continent humorem. Hunc ab aquae ſimilitudine aqueum vocant. Illum vitreum, quod vitro quiddam ſimile referat. Tertium cryſtallinum. Palpebrarum interiores partes carnoſae: mediae cartilaginoſae, exteriores cute teguntur. At quoniam cartilago media dura eſt, adeps ſubjecta eſt lenimenti, malagmatisve inſtar, quae frequenter exuperans veſiculas aqua plenas parit. Lingua maxime carnoſa eſt, in quam duplex nervorum genus ab

σιν τὴν γευστικὴν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἀναδίδωσι. τὸ δὲ τῶν σκληρῶν, δι᾽ ὧν καὶ ἡ κίνησις, ἡ προαιρετικὴ ἐπ᾽ αὐτὴν ἀναφέρεται. πρὸς δὲ τῇ ῥίζῃ αὐτῆς ἐμπέφυκεν ἡ ἐπιγλωττὶς, ἥτις ἐν τῷ καταπίνειν ἀνατρέχουσα ἐπιπωματίζει τὸν βρόγχον, ἵνα μή τι τῶν στερεῶν, ἢ ὑγρῶν ἐμπέσῃ εἰς αὐτόν. τῆς δὲ αὐτῆς αἰτίας ἕνεκα καὶ αἱ ἀντιάδες γεγόνασι, τέσσαρες οὖσαι τὸν ἀριθμὸν, δύο μὲν προφανεῖς πρὸς τῇ ῥίζῃ τῆς γλώττης ἑκατέρωθεν, δύο δὲ ἐχόμεναι τούτων ἐνδότεραι. λέγονται δὲ αὗται καὶ παρίσθμια, διὰ τὸ ἐοικέναι τὸ χωρίον ἰσθμῷ εἰς ὃ παράκεινται, μάλιστα δὲ ὅταν φλεγμαίνωσιν. διότι στενοῦσιν ἄγαν τὴν δίοδον ταύτην. [373] ἐπεὶ δὲ δύο ὕλαις διοικεῖται τὸ ζῶον, τροφῇ καὶ πνεύματι, πνεύματος μὲν ὁδοί τε καὶ καταδοχαὶ τάδε, ῥῖνες, στόμα, βρόγχος, τραχεῖα ἀρτηρία, πνεύμων. ῥὶς μὲν καὶ στόμα πρὸς τὸ ἀναπνεῖν, ὁ δὲ γαργαρεὼν, ἵνα μὴ ἀθρόως εἰς τὸν βρόγχον προσεμπίπτῃ ψυχρὸς ἀήρ. ἀρτηρία δὲ τραχεῖα, πάροδός ἐστιν αὐτῷ εἰς τὸν πνεύμονα ἐν τῷ στήθει κείμενον, δι᾽ οὗ καὶ ἡ πᾶσα ἀναπνοὴ γίνεται, διαστελλομένου μὲν, ἵνα δέ-

ima parte cerebri prodiens inſeritur. Alii molles appellati, guſtandi ſenſum ad principium: alii duri, motum arbitrarium ad ipſam deducunt. Ad hujus radicem exigua inhaeret epiglottis, quae cum deglutimus, recurrens arteriam claudit, ne quid ex ſolidioribus aut humidis in ipſam delabatur. Cujus rei quoque cauſa tonſillae numero quatuor creatae ſunt: duae ad linguae radicem, utrinque conſpicuae: duae his proximae, penitiores. Nominantur eaedem etiam pariſthmia, quoniam locus ad quem ſitae ſunt, iſthmo, praeſertim cum per inflammationem intumuerunt, eoque tranſitum hunc arctum nimis reddunt, figura reſpondent. Porro quum duabus animal materiis gubernetur, alimento et ſpiritu; ad hunc quidem percipiendum nares, os, fauces, aſpera arteria et pulmo, partes ſunt aptiſſimae. Nares ſane et os reſpirationi ſerviunt: gurgulio, ne frigidus in fauces aër cumulatim irrumpat: aſpera arteria, ut eundem in pulmonem deducat cujus in pectore ſedes eſt: per hunc et omnis fit reſpiratio, ſubmittentem

ξηται συστελλομένου δὲ, ἵνα ἐκπέμψῃ. διὸ καὶ ἔοικε τῇ μὲν ἐνεργείᾳ ταῖς χαλκευτικαῖς φύσαις, τῷ δὲ σχήματι βοὸς ὁπλῇ. ἐν πνεύμονι δὲ κατεργασθέντος τοῦ πνεύματος, τὸ μὲν ἀναγκαιότατον εἰς τὴν ἀριστερὰν κοιλίαν τῆς καρδίας φέρεται, τὸ δὲ ἄχρηστον ἐκπνεῖται δι᾽ ὧν περ εἰσεπνεύσθη. τροφῆς δὲ ἀγγεῖα, τὰ πρὸς ὑποδοχὴν καὶ ὄργανα πρὸς κατεργασίαν τάδε· στόμα μὲν καὶ ὀδόντες, στόμαχος, κοιλία, νῆστις καὶ λεπτὰ ἔντερα. στόμα μὲν καὶ ὀδόντες πρὸς λέανσιν. στόμαχος δὲ πρὸς ὄρεξιν καὶ κατάποσιν. παρατέταται δὲ τῇ τραχείᾳ ἀρτηρίᾳ καὶ διατείνει μέχρι διαφράγματος. κοινὴ δὲ πρὸς πέψιν ἡ γαστήρ. ἄρχεται δὲ ὡς ἀπὸ μέσου τοῦ χόνδρου, ἔνθα στόμα κοιλίας λέγεται, ὑπιοῦσα δὲ τὸ ἧπαρ, τῷ κύτει σιγματοειδὴς οὖσα, ἐπὶ τὰ ἀριστερὰ νεύει, τῷ ἑτέρῳ ἄκρῳ, ἔνθα καὶ ὁ πυλωρός ἐστιν, ἵνα μὴ ἀθρόως διεκπίπτῃ αὐτῆς ἡ τροφή. νῆστις δὲ καὶ λεπτὸν ἔντερον πρὸς ἀνάδοσιν· πολλοὺς δὲ ἑλιγμοὺς ἡ νῆστις ἔχει καὶ συνέχεται τῷ μεσαραίῳ, ἢ μεσεντερίῳ, ὃ ἐξυφαίνουσιν αἱ εἰς

quidem ſe, ut ſpiritus emittatur, attollentem vero, ut idem recipiatur. Quare actione ſimilitudinem quandam cum fabrorum follibus habere videtur, figuram vero ungulae bubulae ſervat. Porro ex ſpiritu in pulmone elaborato quicquid maxime neceſſarium eſt, ad ſiniſtrum cordis ventriculum defertur, quicquid inutile eſt, illac, qua inſpiravimus, effiatur. Nutrimenti vaſa ad excipiendum et inſtrumenta ad elaborationem inſtituta haec ſunt, os, dentes, ſtomachus, ventriculus, jejunum et tenuia inteſtina. Os quidem et dentes cibum extenuant moluntque. Stomachus appetit et deglutit: appenſus autem aſperae arteriae ad ſeptum usque transverſum porrigitur. Ventriculus omnis eſt ad concoctionem, incipit velut a media cartilagine, ubi ventris os ſitum dicitur, ſubſidet leviter jecinori, latitudine ſigma literam referens et altero extremo in ſiniſtram partem vergit, ubi eſt et pylorus, quoniam portae modo, ne nutrimentum ex eo conſertim delabatur, prohibet. Jejunum et tenue inteſtinum digeſtioni dicatum eſt, in ſinus

αὐτὸν καθήκουσαι φλέβες, δι' ὧν ἡ πλείστη ἀνάδοσις γίνεται ἐπὶ πύλας ἥπατος. συνάπτεται δὲ αὐτῇ τὸ λεπτὸν ἔντερον, ὡς μέρος αὐτῆς δοκεῖν εἶναι· ἔοικε γὰρ νήστει ἡπλωμένῃ. ἑξῆς δὲ τὸ τυφλὸν ἔντερον, πρὸς ὑποδοχὴν τῆς τροφῆς. ἐπὶ δὲ τούτῳ τὸ κῶλον πρὸς ὑποδοχὴν τῶν διακεκριμένων περιττωμάτων ἐκ τῆς ἀναδόσεως, δια- (378) βαῖνον δὲ ἐπὶ τὰ δεξιὰ ὑπὲρ ὀμφαλὸν ἐντὸς τοῦ ἥπατος καὶ τοῦ σπληνὸς εἰς τὰ κάτω πάλιν φέρεται διαζῶσαν τὸ ἐπιγάστριον ὅλον καὶ τελευτᾷ κατὰ τὸ ἀπευθυσμένον. δύο τοίνυν πόροι ἀρχόμενοι ἀπὸ τῆς τοῦ στόματος εὐρυχωρίας, ὁ μὲν κατὰ τὸ ἔμπροσθεν τοῦ τραχήλου τέτακται καὶ καλεῖται βρόγχος, ἢ τραχεῖα ἀρτηρία. ὅθεν δὲ ἄρχεται, καθ' ἃ ἀνεστόμωται φάρυγξ λέγεται, ἢ λάρυγξ. συνέστηκε δὲ ὁ πᾶς πόρος, ἐκ χόνδρων οἷον κρικοειδῶν, ἢ κυκλοτερῶν, ἵνα ἀσύμπτωτος μένῃ πρὸς τὸ ἀδιαλείπτως εἰσπνεῖν τὸ ζῶον, διὸ καὶ ἀεὶ ἀναπέπταται αὐτοῦ τὸ στόμα. τροφῆς μὲν γὰρ ἀποσχέσθαι ἐπὶ πλεῖστόν ἐστιν ὑπομένειν, μὴ εἰσπνεῖσθαι δὲ, οὐδὲ τὸ ἀκαριαῖον· διὰ τοῦτο δὲ καὶ καθαρὰν τῷ

multos implicitum: committitur autem meſaraeo ſeu meſenterio, quod venae in id deſcendentes intertexunt, per quas digeſtio plurima fit ad portas hepatis. Ei vero tenuius inteſtinum eſt ita connexum, ut pars ejus eſſe videatur, quippe jejuno explicato perſimile eſt. *Differt tamen quod nec vacuum ſit, nec vaſorum copiam habeat.* Deinde caecum inteſtinum alimento recipiendo accommodatum. Huic adhaereſcit laxius inteſtinum, quod excrementa ex diſtributione ſegregata ſuſcipit. Pertendens autem in dextram ſupra umbilicum inter jecur et lienem, deorſum rurſus fertur, totumque amplexum abdomen in rectum inteſtinum deſinit. Quum igitur duo meatus a lato oris ſpatio incipiant, alterum juxta priorem colli partem bronchum vel aſperam arteriam nominamus: alterum ſtomachum. Unde vero initium capit arteria et ubi aperitur, pharyngem vel laryngem vocant. Caeterum totus meatus ex cartilaginibus annuli modo vel circuli compoſitis conſtat, quo ſirmus continuae animantis reſpirationi

πνεύματι τὴν δίοδον ταύτην παρέχει, ὅπως μηδέποτε ἐμποδίζῃ τὴν ὁδὸν τῷ πνεύματι. ἀμέλει εἴπου ἐν τῷ τρέφεσθαι λαθὸν παρεμπέσοι τι εἰς αὐτὸν, εὐθὺς βὴξ καὶ πνιγμὸς ἐπακολουθεῖ, ἄχρις οὗ ἐξωθούμενον ὑπὸ τοῦ πνεύματος ἀνενεχθῇ. διαπέμπει δὲ τὸ πνεῦμα ἡ τραχεῖα ἀρτηρία εἰς τὸν πνεύμονα καὶ περαιοῦται εἰς τὰς ἐν αὐτῷ τραχείας ἀρτηρίας, αἳ καὶ αὐταὶ καὶ βρόγχια καλοῦνται. ὁ δὲ στόμαχος ἐνδοτέρω τοῦ βρόγχου ὢν, πρὸς τοῖς σπονδύλοις τοῦ τραχήλου, συμπαρεκτείνεται μὲν τῇ τραχείᾳ ἀρτηρίᾳ ἐπὶ πολὺ, ἀλλ' ὁ μὲν βρόγχος προσκείμενος, ἐν τῷ καταπίνεσθαι τὴν τροφὴν προσανατρέχων, ἐπιπωματίζεται ἀκριβῶς τῇ ἐπιγλωττίδι, ἥτις πέφυκεν ἐκ τῆς ῥίζης τῆς γλώττης. ἡ δὲ ἐπιγλωττὶς οὐ μόνον τὸ στόμα ἐπιπωματίζει, ἀλλὰ καὶ τὴν τροφὴν τὴν ὑπὸ τῆς γλώττης, οἷον ὑπὸ πτύου ἀναλιχμωμένην διαπορθμεύει, ὥσπερ γέφυρα, ἐπὶ τὸν στόμαχον ὑπὲρ τὸ στόμα τοῦ βρόγχου ὑπερθεῖσα αὐτήν. [374] ὁ δὲ στόμαχος φυσικὴν ἐνέργειαν ἔχων τὴν ὀρεκτικὴν δύναμιν διαστέλλεται μὲν ὑπὸ

maneat nec comprimatur, quare etiam oſtium ejus ſemper pateſcit. Nam cibi abſtinentiam tolerare potes diutiſſime, non inſpirare, ne minimum quidem temporis potes. Hujus rei gratia purum hunc ſpiritui tranſitum natura dedit, ne impedimenti quid ſentiat. Enimvero ſi quid vel cibi vel potus in arteriam imprudentibus delabitur, ſtrangulationes et tuſſes ſtatim excitantur donec a ſpiritus impetu excuſſum efferatur. Jam vero aſpera arteria ſpiritum pulmoni transmittit, deſinitque in ejusdem arterias aſperas, quas ipſas quoque bronchia nominant. Stomachus interius quam arteria exiſtens, cervicis vertebris annexus, longiſſime cum aſpera arteria porrigitur. Sed bronchus illi adjunctus, cum cibum deglutimus, recurrens, exacte ipſum lingula cooperit, quae ex linguae radice trahit originem. Porro haec lingula non modo os claudit, ſed etiam cibum a lingua velut ventilabro purgatum et arteriae orificio ſuperimpoſitum ad ſtomachum, pontis modo dejicit. Stomachus pro naturali functione appetendi facultatem

τῆς ὀρέξεως καὶ καταπίνει τὰ εἰσφερόμενα. ἡ δὲ τῷ ὑποκειμένῳ στελλομένη, οἷον ἐκθλίβει καὶ ἀπωθεῖται αὐτὰ ἐπὶ τὰ ὑποκείμενα μέρη ἐκβαλὼν διὰ τοῦ διαφράγματος, συμφυεῖ τῷ στόματι τῆς κοιλίας, δι᾽ οὗ στενοῦ πόρου ὄντος εἰς τὴν γαστέρα τροφὴ παρέρχεται γαστρὸς δὲ, ἡ μὲν φυσικὴ ἐνέργεια πέττει τὴν προσενεχθεῖσαν αὐτῇ τροφήν. πεφθεῖσα δὲ αὐτὴ, πρῶτον μὲν ἔοικεν χυλῷ πτισσάνης. διά τε τοῦ λεγομένου πυλωροῦ ὄντος ἔτι στενωτέρου, διηθεῖται εἰς τὴν νῆστιν ἡ τροφὴ, ἥτις λεπτὸν ἔντερον οὖσα, διὰ τοῦτο ὑπὸ τῆς φύσεως εἰς ἕλικας πλείστας συνετέθη, ὅπως μὴ ῥᾳδίως διακόπτηται, ἢ διασπᾶται. συνέχονται δὲ αἱ ἕλικες αὐτῆς καὶ ὑποβαστίζονται τῷ λεγομένῳ μεσαραίῳ, ἢ μεσεντερίῳ· οὐ μόνον δὲ τὴν χρείαν ταύτην παρέχει τὸ μεσάραιον, ἀλλὰ καὶ τὰς ὑπὸ τοῦ ἥπατος ἐκπεφυκυίας δύο φλέβας, ἔπειτα εἰς πολλὰς ἀποσχίδας διαιρουμένας, αἳ ἐμβάλλουσιν εἰς τὸ μεσάραιον, ὅπως καὶ αὗται μὴ διαῤῥήσσωνται. ἰσχναὶ οὖσαι. ἀλλ᾽ ἀνέχονται ὑπὸ τοῦ ἐνυφασμένου αὐτῷ ὑπερεί-

habet. Dum appetit quidem, ſe attollit et quae offeruntur deglutit: dum autem accepta quaſi elidit et ad ſubjectas partes expellit, ac ventriculi orificio contiguo per transverſum ſeptum tradit, ſubmittitur. Per quem anguſtum exiſtentem meatum in ventrem alimenta deſcendunt. Ventriculi naturale officium eſt, ut alimentum ſibi commiſſum concoquat, quod a concoctione primum ptiſſanae cremori perſimile eſt: verum per eum quem pylorum appellari diximus, qui adhuc arctior eſt, alimentum jejuno inſtillatur, quod cum tenue ſit inteſtinum, in flexuoſiſſimos orbes natura implicavit, ne ex facili videlicet diſſecaretur divelleretur que. Meſaraeum ſeu meſenterium amfractus et orbes ejus amplectitur, atque ipſos ſuſtentat: quamquam id non ſolum hunc praeſtat uſum, ſed etiam venas duas ſub jecinore emergentes *fulcit*, quae poſt in diverſas partes diducuntur et meſaraeo inſeruntur, quo et ipſae, ſunt enim tenues, ruptionis periculum effugiant. Suſtinentur autem ab intexto eidem fulcimento, huic in-

σματι, συγχρώμεναι τούτῳ καὶ οἷον διαβάθρα κουφιζόμεναι περαιοῦνται καὶ οὕτως ἐπὶ πάσας τὰς ἕλικας τῆς νήστεως ἐοικυίας βδέλλαις, ἀνεστομωμέναι εἰς τὴν νῆστιν, πᾶσαν δέχονται τὴν ἐν αὐτῷ κεχυλωμένην τροφήν. ἅμα δὲ τῷ δέξασθαι εὐθὺς ἐξαιματοῦσιν αὐτὴν χυλὸν ὄντα τὸ πρόσθεν, μέχρις ὅτε ἐν τῇ νήστει ἐστί. οὐδὲ γὰρ ἑτέρωθεν αἵματος ἀγγεῖον, οὔτε φλέγματος, ἢ ἄλλου τινὸς εἶναι περιεκτικὸν, ὁ τῆς φύσεως νόμος διαγορεύει. πάλιν οὖν διὰ τοῦ μεσαραίου αἱ φλέβες αὗται ἐδέξαντο, δύο γενόμεναι ἐκ πολλῶν ἐμβάλλουσιν εἰς τὸ ἧπαρ κατὰ τὰς λεγομένας αὐτοῦ πύλας. ἐν δὲ τῷ ἥπατι ἐξαιματουμένης τῆς τροφῆς, ὁμοῦ διακρίνεται ἕκαστον τῶν περιττωμάτων. καὶ ἡ μὲν ξανθὴ χολὴ ἐπὶ κύστιν τὴν ἐν τῷ ἥπατι φέρεται. ἡ δὲ μέλαινα ἐπὶ σπλῆνα. ἀπὸ δὲ ἥπατος ἐξαιματωθεῖσα ἡ τροφὴ εἰς τὴν δεξιὰν ἀναδίδοται τῆς καρδίας κοιλίαν. ἀπὸ δὲ τῆς καρδίας, διὰ μὲν τῶν σφαγιτίδων, ἐπὶ τὰ ἄνω τὸ αἷμα ἀναδίδοται. διὰ δὲ τῆς κοίλης φλεβὸς, ἐπὶ πάντα τοῦ σώματος τὰ μέρη. ἀπὸ γοῦν τῆς κοίλης φλεβὸς διακρινομένου τοῦ ἐῤῥώδους

nitentes et veluti ſubſtrato allevatae ſiniunt. Atque hoc pacto in ſingulis amfractibus ad hirudinum ſimilitudinem compoſitis, aperto ore jejuno inhiantes, omnem in eo alimoniam in ſuccum converſam exugunt. Simul autem inter exugendum protinus ipſum in ſanguinem mutant, qui ſuccus antea erat, dum in jejuno eſſet. Non enim aliunde vel pituitae vel ſanguinis vel alterius cujusdam vas eſſe natura indicat. Rurſus igitur duae factae ex multis venae, a meſaraeo acceptum, ad hepar per dictas ejus portas digerunt. In jecinore quum ſanguinis naturam nutrimentum induit, recrementa ſingula pariter ſecernuntur. Flava bilis ad veſicam ei inhaerentem defertur: atra ad lienem. Jam vero ab hepate verſum in ſanguinem alimentum in dextrum cordis ventriculum diſtribuitur. A corde ſanguis per jugulares venas ad ſuperiores corporis partes derivat. Per cavam autem venam in univerſum corpus diffunditur. Ab hac rami duo, ſanguine jam a ſero diſcreto, ad renes perreptant, qui lumbis ſub clunium carnibus, per quas

ἀπὸ τοῦ αἵματος, ἀποσχίδες ἐπὶ νεφροὺς φέρουσιν, οἳ κεῖνται κατὰ τὴν ὀσφὺν ὑπὸ τὰς ψόας, δι᾽ ὧν διηθεῖται τὸ οὖρον. ἐπὶ τὴν κύστιν δὲ παραγίνεται, διὰ τῶν λεγομένων οὐρητήρων. ἡ δὲ κύστις δέχεται μὲν κατὰ τοῦ σώματος αὐτῆς τὸ οὖρον. ἐκκρίνει δὲ διὰ τοῦ καυλοῦ εἰς τὰ ἐκτός. δίδυμοι δὲ τὴν μὲν σύστασιν ἀδενώδεις, δοχεῖα δέ εἰσιν καὶ ἐργαστήρια τοῦ γόνου, ὃς φέρεται ἐπ᾽ αὐτοὺς διὰ τῶν κρεμαστήρων. καθήκουσι δὲ εἰς αὐτοὺς καὶ ἕτερα ἀγγεῖα τὰ τρέφοντα αὐτούς. περιέχεται δὲ ὑπὸ δύο χιτώνων, τοῦ τε ἐρυθροειδοῦς καὶ τοῦ δαρτοῦ λεγομένου. ἐπὶ δὲ τούτοις ἡ ὀσχή. ταῖς δὲ γυναιξὶν ἡ ὑστέρα ἔοικεν ὀσχῇ ἀνεστραμμένῃ. ἀνεστόμωνται εἰς τὸ ἔνδον αὐτῆς φλέβες, ὡς ὅτι πλεῖσται, δι᾽ ὧν τὸ αἷμα ἀποκαθαίρεται, ὃ ἐν ταῖς συλλήψεσιν ἐπέχεται καὶ χωρεῖ εἰς τροφὴν καὶ διάπλασιν τοῦ ἐμβρύου· ἀπὸ γὰρ τῶν φλεβῶν τῶν πλεκουσῶν τὸ χορίον γενόμεναι δύο φλέβες καὶ ἀπὸ τῶν κατ᾽ αὐτὸ ἀρτηριῶν δύο ἀρτηρίαι καὶ ἀπὸ τῶν νεύρων νεῦρον ἓν συνελθόντα ἀποτελεῖ τὸν οὐραχόν, ὃς ἐμβάλλει εἰς τοῦ ἐμβρύου τὸν ὀμφαλὸν, ἐξ οὗ καὶ ἐκφύεται καὶ ἀποκρεμᾶται. ἀπὸ δὲ ὀμφαλοῦ αἱ μὲν φλέβες

urina deſtillat, inhaerent. Ad veſicam autem per ureteras proficiſcitur. Veſica corpore ſuo urinam recipit et per colem foras excernit; teſticuli vero ſubſtantia glandulоſi ſunt, conceptacula et officinae ſeminis, quod per cremaſteres ad eos fertur. In quos etiam alia vaſa ipſos nutrientia deſcendunt. Caeterum duabus tunicis conteguntur, quarum tenuiorem erythroidem, valentiorem dartum appellant. Ab his eſt, quod ſcrotum dicitur. Foeminis autem vulva ſcroti converſi ſimilitudinem refert. Venae in partem ejus interiorem quam plurimae aperiuntur, per quas ſanguis expurgatur: qui in conceptibus retinetur, ceditque in alimentum foetui et formationem. Nam a venis, quae ſecundas implicant, binae aliae prodeuntes venae, ab arteriis ibidem ſitis binae arteriae et a nervis unus nervus mutuo in unum congreſſu urachum appellatum abſolvunt, qui infantis umbilico inſeritur, ex quo et enaſcitur et ſuſpenſus eſt. Ab umbilico autem venae ad je-

Ed. Chart. II. [374. 375.] Ed. Baſ. IV. (378.)

ἐπὶ ἥπατος πύλας τὸ αἷμα διδόασιν ἐπὶ τῶν ἐμβρύων. αἱ δὲ ἀρτηρίαι κατὰ τὴν κύστιν εἰς τὴν παχεῖαν ἀρτηρίαν ἐμβάλλουσι. τὸ δὲ νεῦρον τοῦτο εἰς τὴν ῥάχιν.

[375] Κεφ. ιβ'. [Περὶ ὀστεολογίας.] Τῶν δὲ ὀστῶν διττὴ ἡ σύνθεσις, ἡ μὲν πρὸς τὸ κινεῖσθαι καὶ καλεῖται ἄρθρον, ἡ δὲ πρὸς τὸ ἀκίνητον καὶ καλεῖται συνάρθρωσις. εἴδη δὲ ταύτης τρία, ῥαφὴ, σύμφυσις, γόμφωσις, κατὰ ῥαφὴν μὲν οὖν σύγκεινται τὰ ἐκ τῆς κεφαλῆς ὀστᾶ. ῥαφαὶ δὲ εὑρίσκονται ἐπὶ τῶν πλείστων πέντε. στεφανιαία ἡ διὰ τοῦ βρέγματος. ὀβολιαία ἡ διὰ τῆς κορυφῆς. λαμβδοειδὴς, ἡ διὰ ἰνίου. κροτάφιαι δύο καθ' ἑκάτερον κρόταφον μία. ὀστᾶ δὲ κρανίου ἑπτά· ἰνίου ἕν· κορυφῆς δύο· κροτάφων δύο· μετώπου ἕν. πολυμόρφου ἕν· ἐκφύσεις δὲ ἔχει ὁ ἐγκέφαλος δύο, ἑκατέρωθεν τῆς παρεγκεφαλίδος, αἳ καλοῦνται κορῶναι. ἐναρμόζονται δὲ εἰς τὰς τοῦ πρώτου σπονδύλου κοιλότητας, ἐν ᾧ καθάπερ ἐπὶ κνώδακος τῆς τοῦ δευτέρου σπονδύλου ἀποφύσεως, ἡ κεφαλὴ εἴς τε τὰ πλάγια ἐπιστρέφεται, ἀνανεύει τε καὶ ἐπινεύει. μετὰ δὲ ταῦτα, αἱ ὀστοειδεῖς ἀπο-

cinoris portas ſanguinem in foetibus transmittunt: arteriae vero juxta veſicam, craſſiori arteriae: nervus hic ſpinae inſeritur.

Cap. XII. [*De oſteologia.*] Oſſium duplex compoſitio, una ad motum accommodata nomen articuli habet: altera ad ſtabilitatem, ſynarthroſis appellatur. Hujus autem tres ſunt ſpecies, ſutura, ſymphyſis et gomphoſis. Suturis igitur capitis oſſa conſtant. Inveniuntur autem ſuturae in plurimis quinque. Prima per ſinciput, coronalis. Altera per verticem ſagittalis. Tertia per occipitium, lambdoidea littera. Duae temporales, in utroque temporum una. Oſſa calvariae ſeptem numerantur, occipitis unum, verticis duo, temporum item duo, frontis unum, multiformis unum. Cerebrum duos ab utraque cerebelli parte proceſſus obtinet quae coronae vocantur, qui in primae vertebrae cavitates inſinuantur, in qua velut centro, ſecundae vertebrae caput in latera movetur, annuit, renuitque, deinde oſſei dicti proceſſus duo, paululum in-

φύσεις καλούμεναι δύο μικρὸν διεστῶσαι, δι᾽ ὧν τένοντες καὶ νεῦρα καταφέρονται· εἶτα ἄλλα δύο ἐπάνω τῶν ἀκουστικῶν πόρων, τὰ ζυγοειδῆ καλούμενα ὀστᾶ· ὑπὸ δὲ ταῦτα λιθοειδῆ ὀστᾶ δύο καὶ ταῦτα. ἔμπροσθεν δὲ αἱ βελονοειδεῖς ἐκφύσεις. ἐγένοντο δὲ εἰς διάστασιν τοῦ φαρυγγέτρου. καὶ λέγεται ὑοειδὲς ὀστοῦν, καθ᾽ ὃ χόνδρῳ συνδεῖται αὐτῶν τὰ ἄκρα. ἐπάνω δὲ τούτων τὰ ἀνώνυμα, ὧν κατὰ τὸ ἔμπροσθεν μέρος κεῖται τὸ πολύμορφον. κατὰ δὲ σύμφυσιν τὰ τῆς ἄνω γνάθου ὀστᾶ σύγκειται. συμφύσεις δὲ ἔχει τὸ πρόσωπον ἐννέα, μίαν μὲν κατ᾽ εὐρυ- (379) χωρίαν ἑκατέραν τῶν ὀφθαλμῶν τεταγμένην· δύο δὲ ἐκ πλαγίων τῆς ῥινός. καὶ ἄλλην μέσην τὴν ῥῖνα ἐπ᾽ εὐθείας τέμνουσαν. δύο δὲ κατὰ μῆλα καὶ δύο κατὰ τῆς ὑπερώας πλαγίας. μίαν δὲ ἐπ᾽ εὐθείας διαιροῦσαν καὶ τέμνουσαν τὴν ὑπερώαν. κοιναὶ δὲ προσώπου καὶ κεφαλῆς αἱ ἐπὶ τῶν ζυγωμάτων. ὀστᾶ δὲ προσώπου δώδεκα, ῥινὸς δύο. ὀφθαλμῶν δύο. μήλων δύο, ὑπερώας τέσσαρα. τὰ τῶν φατνίων δύο, τὰ τοῖς πτερυγίοις ὅμοια. ἡ δὲ κάτω γνάθος κατ᾽ ἐνίους μὲν δύο ἐστὶν ὀστᾶ

vicem diſſidentes, per quos tendines et nervi deorſum feruntur. Poſt alia duo oſſa ſuper foramina, per quae facultas audiendi eſt, emergunt, jugalia appellata. Sub his rurſus alia duo petroſa. Priore capitis parte proceſſus ſunt ſtiliformes. Facti autem ſunt ad faucium diviſionem. Ubi ſummae eorum partes cartilagine committuntur, os hyoeideum appellatur. Quae vero ſuper his ſunt, nomen deſiderant. Quorum in priore parte ſitum eſt os multiforme. Porro ſuperioris maxillae oſſa ſymphyſi conſtant. Facies item ſymphyſes novem habet. Prima in lato utroque oculorum ſpatio ſitum obtinet: duae a latere narium utroque: alia medias nares recta interſecat. Malae quoque ſingulas habent. Duae rurſus obliquae palatum ſecant, unaque in rectum idem palatum dividit. Communes autem faciei et capiti ſunt in oſſibus jugalibus. Jam quidem faciei duodecim oſſa ſunt, narium duo, oculorum quoque totidem, malarum ſingula, palati quatuor, dentium receptaculorum duo, alis ſimilia. Maxilla inferior quo-

συμπεφυκότα κατὰ τὸ γένειον· κατ' ἐνίους δὲ ἕν. κατὰ γόμφωσιν δὲ σύγκεινται οἱ ὀδόντες, ἐγγεγόμφωνται γὰρ τοῖς φατνίοις. εἰσὶ δὲ τὸν ἀριθμὸν λβ'. ἔν τε τῇ ἄνω καὶ κάτω γνάθῳ. τομεῖς ὀκτώ. κυνόδοντες τέσσαρες, μυλῖται εἴκοσι. τῶν δὲ ἄλλων ὀστῶν αἱ μὲν κλεῖδες πρὸς μὲν τὸ ἀκρώμιον συμφυεῖς δέδενται, πρὸς δὲ τὸ στέρνον μίγμα ἄρθρου καὶ συμφύσεως δοκοῦσιν ποιεῖσθαι. ἐοίκασι δὲ τῷ σχήματι τῷ ῥωμαϊκῷ σίγμα S, καὶ αὐτῷ ἡπλωμένῳ. ἑξῆς δὲ πλευραί. δώδεκα γὰρ αἱ πᾶσαι καθ' ἑκάτερον πλευρόν. ἑπτὰ δὲ αὐτῶν πρός τε τοὺς τῆς ῥάχεως σπονδύλους καὶ πρὸς τὸ στέρνον συνάπτουσιν ἑκατέρωθεν. αἱ δὲ λοιπαὶ πέντε τῇ μὲν ῥάχει συμβάλλουσιν ἐκ τῶν ὄπισθεν, κατὰ δὲ τὰ ἔμπροσθεν εἰς ἀλλήλας ἀνανεύουσαι, χόνδρῳ συνδέονται. οἱ δὲ σπόνδυλοι εἰκοσιτέσσαρες μὲν οἱ πάντες. διαιροῦνται δὲ τραχήλου μὲν ἑπτά· νώτου δώδεκα· ὀσφύος δὲ πέντε. ἐπὶ πᾶσι δὲ τὸ ἱερὸν ὀστοῦν, δοκοῦν ἐκ σπονδύλων συγκεῖσθαι συμπεφυκότων ἀλλήλοις. τὸ δὲ στέρνον ὁμοίως καὶ αὐτὸ δοκεῖ ἐκ τῶν ἑπτὰ ὀστῶν συγκεῖσθαι, συμπεφυκότων ἀλλήλοις ἐν τῷ

rundam ſententia duo in mento connata habet oſſa, nonnullorum unum. Caeterum dentes gomphoſi junguntur, quippe alveolis inſixi ſunt. Sunt autem numero triginta duo. Ex his quaterni primi in ſuperiore atque inferiore maxilla, quia ſecant, inciſores nominantur: canini quatuor, maxillares ſeu molares viginti ſunt. Reliquorum oſſium claviculae ad ſummum humerum coëuntes deligantur: ad pectus autem articuli et ſymphyſeos mixtionem facere videntur et Romanae literae S, ejusque ſimplicis figuram oſtendunt. Dein coſtae duodecim utroque latere habentur. Septem ex eis cum ſpinae vertebris, cumque oſſe pectorali utrinque coëunt. Reliquae quinque a poſteriori parte ſpinae inſeruntur, parte anteriori in ſeſe invicem reſupinatae, cartilagine colligantur. Vertebrae vero omnes quatuor et viginti ſunt. Septem in cervice, dorſi duodecim, quinque lumborum: poſt omnes os ſacrum, quod ex vertebris invicem ſymphyſi junctis conſtare videtur. Quin et pectus ſimiliter ex ſeptem oſſibus ſymphyſi conjunctis

ξιφοειδεῖ σχήματι. βραχίων δὲ ἑκάτερος κατὰ ἄρθρον διήρμοσται τῷ τοῦ ὤμου. [376] ἐμβάλλει δὲ τῇ ἑαυτοῦ κεφαλῇ πλαγίως εἰς τὴν κοιλότητα τῆς ὠμοπλάτης. ἐπίκεινται δὲ αἱ ὠμοπλάται μυσὶν τοῖς ὑπεστρωμένοις ταῖς πλευραῖς ἐκ τῶν ὄπισθεν. πῆχυς δὲ καὶ κερκὶς παράκεινται μὲν ἀλλήλοις κατὰ σύμφυσιν, συμβάλλουσιν δὲ καὶ τοῦ βραχίονος τῇ ἑτέρᾳ κεφαλῇ κατ᾽ ἄρθρον. τρισὶ μὲν γὰρ ἑαυτοῦ κονδύλοις εἰς τὴν σιγματοειδῆ τοῦ πήχεος ἀναγλυφὴν ἐναρμόζεται ὁ βραχίων. τῷ δὲ τετάρτῳ κονδύλῳ ὡς περὶ κνώδακα ἡ κερκὶς περιστρέφεται. καρποῦ δὲ τὰ ὀστᾶ τρία μὲν ὄντα πρὸς μὲν ἄλληλα συμφύσει δέδενται· πρὸς δὲ πῆχυν καὶ κερκίδα κατ᾽ ἄρθρον διήρμοσται. τὰ δὲ τοῦ μετακαρπίου πέντε ἐστίν· ἄρθρον δὲ καὶ αὐτὰ ποιεῖ πρὸς τὰ τοῦ καρποῦ, πρὸς ταῦτα γὰρ συμπέφυκε. τὰ δὲ τοῦ καρποῦ πρὸς μὲν αὐτὰ καὶ πρὸς τὰ τοῦ μετακαρπίου συμφύσει συνέχεται, πρὸς δὲ τὰς πρώτας τῶν δακτύλων σκυταλίδας κατ᾽ ἄρθρον συμβάλλονται. δακτύλων δὲ σκυταλίδες μὲν καθ᾽ ἕκαστον τρεῖς, κατ᾽ ἄρθρον δὲ ἡ σύνθεσις αὐτῶν. μηροῦ δὲ

enſis figura ſtructum eſſe apparet. At brachium utrumque cum humero conjungitur articulo. Porro ſuo ipſius capite oblique in ſcapularum ſinum immittitur. Caeterum ſcapulae muſculis qui poſteriore parte coſtis ſubſternuntur incumbunt. Cubitus et radius ſymphyſi quidem ſeſe contingunt, articulo vero alteri brachii capiti committuntur. Tribus enim ſui condylis brachium in cubiti ſigmoeidem cavitatem inſeritur. Quarto jam condylo radius veluti circa axem volvitur. Carpi oſſa tria mutua ſymphyſi deligata ſunt: ad cubitum tamen et radium articulum apte faciunt. Metacarpii quinque oſſa videre licet, articulum cum carpi oſſibus, quibus connata ſunt, explentia. Carpi oſſa invicem et metacarpi oſſibus ſymphyſi junguntur continenturque. Caeterum cum primis digitorum intermediis articulo junguntur: digitorum vero internodia ſingulorum tria, quae articulo componuntur. Femoris os unum eſt, cujus caput leniter reflexum in coxae profundum ſinum conjicitur. Quam commiſſuram nervus, qui e

ἓν μὲν ὀστοῦν. συμβάλλει δὲ ἐπικεκαμμένη μετρίως τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ εἰς βαθεῖαν κοτύλην τοῦ ἰσχίου καὶ νεύρῳ ἀπήρτηται ἐκφυομένῳ ἐκ μέσης τῆς κοτύλης καὶ ἐμφυομένῳ εἰς μέσην τὴν κεφαλὴν τοῦ μηροῦ. τὰ δὲ ἰσχία δύο ὄντα ὀστᾶ, ἐκ μὲν τῶν ὄπισθεν κατὰ σύμφυσιν παράκειται τῷ ἱερῷ ὀστῷ· ἐκ δὲ τῶν ἔμπροσθεν ἀλλήλοις, ἔνθα καὶ ἥβης ὀστᾶ καλεῖται. κνήμης δὲ ἑκατέρας, δύο μὲν τὰ ὀστᾶ, τότε τῆς κνήμης καὶ τὸ τῆς περόνης. οὐκ ἐξικνεῖται δὲ ἡ περόνη πρὸς τὸ κατὰ γόνυ ἄρθρον, ἀλλὰ μόνον τὸ τῆς κνήμης ἄκρον, τέσσαρας ἔχον ἐν αὐτῷ ἐπιπολαίους τύπους, εἰς οὓς ὑποδέχεται τοὺς τοῦ μηροῦ κονδύλους δύο ὄντας. ἐπίκειται δὲ αὐτοῖς ἡ ἐπιγονατὶς, ἐκ τῶν ἔμπροσθεν ὀστάριον στρογγύλον, ὑπόπλατυ οἷον ἀσπιδίσκιον συνέχον αὐτῶν τὴν συμβολὴν, διὰ τὸ ἐπιπολαίως συνηρθρῶσθαι. τῆς δὲ περόνης τὸ μὲν ἄνω ἄκρον συμπέφυκε κατὰ τοῦ ἀντικνημίου ὑπὸ τὴν ἐπίφυσιν, κατὰ δὲ τὰ σφυρὰ ἐπὶ πέρατα τοῦ ἀντικνημίου καὶ τῆς περόνης, πρὸς μὲν ἄλληλα συνδεῖται νευροχονδρώδει δεσμῷ. ἐπιβέβηκε δὲ τῷ ἀστραγάλῳ, ἐντὸς αὐτοῦ συνέχον τὰ ὀστᾶ. ὁ δὲ ἀστράγαλος κατὰ μῆκος τοῦ

medio ſinu prodit et in medium ſemoris caput inſeritur, continet. Coxae, quae duo ſunt oſſa a poſteriore parte, cum oſſe ſacro; priore inter ſe coaleſcentiam habent: ubi et pubis oſſa vel pectinis nominantur. Tibiae utriusque oſſa duo, nempe tibiae et fibulae: non pervenit autem fibula ad genu articulum, verum ſola tibiae ſummitas quatuor in ſe ſuperficiales ſinus obtinens, quibus duos ſemoris nodos excipit. His incumbit ab anteriore parte parvum os rotundum, ſublatum, ſcuti brevis inſtar, commiſſuram eorum continens, quod in ſummo coarctetur. Fibulae ſuperior extremitas anteriori tibiae parti ſub inſertione connectitur: juxta malleolos autem, qua deſinunt utraque tibiae oſſa, ligamento nerveo cartilaginoſoque invicem colligantur: caeterum intus talo incumbit intra ſe oſſa continens. Talus, juxta pedis longitudinem ſitus, fibulae inſidet eique firmiter coaptatus eſt. Caeterum ti-

ποδὸς κείμενος τῇ μὲν περόνῃ ἐπιβέβηκε καὶ συνήρμοσται ἀκινήτως. τοῖς δὲ τῆς κνήμης ὀστοῖς καὶ τῷ σκαφοειδεῖ κατὰ τὰ ἔμπροσθια αὐτοῦ μέρη συμβάλλει κατὰ ἄρθρον. τὸ δὲ σκαφοειδὲς καθὰ μὲν συμβάλλει τῷ ἀστραγάλῳ κεκοίλωται, ὡς σκαφοειδὲς δοκεῖν εἶναι. ἐκ δὲ τοῦ ἀντικειμένου κυρτὸν ὂν ἔχει τρίβους τρεῖς, αἷς δέχεται τὰ χαλκοειδῆ ὀστᾶ τρία ὄντα· τὸ δὲ κυβοειδὲς ἔξωθεν μὲν τὴν θέσιν ἔχει· συνήρθρωται δὲ πρὸς τὸ σκαφοειδὲς καὶ τὴν πτέρναν. ἔχει δὲ καὶ ἔκφυσιν ἐκ τῶν κάτω εἰς τὸ ἔμπροσθεν, ὑφ' ἣν ὑπελήλυθε τοῦ ταρσοῦ τὸ ὀστοῦν, πρὸς τὸ ἀνέχειν αὐτό. εἶτα τὸ καλούμενον πεδίον ἐκ πέντε καὶ αὐτὸ συγκείμενον ὀστῶν· εἶτα ἐφεξῆς εἰσιν οἱ πέντε δάκτυλοι τοῦ ποδὸς, ἐκ τριῶν ἅπαντες φαλάγγων, ὁμοίως τοῖς κατὰ τὰς χεῖρας συγκείμενοι πλὴν τοῦ μεγάλου, μόνος γὰρ αὐτὸς ἐκ δύο ἐγένετο. συνάγουσι δὲ τὰς μὲν τούτων διαρθρώσεις ὑμενώδεις τινὲς σύνδεσμοι, τὰς δὲ κατὰ τὸν ἀστράγαλόν τε καὶ τὴν πτέρναν ἰσχυροί τε πάνυ καί τινες ἐξ αὐτῶν στρογγύλοι τε ἅμα καὶ νευροχονδρώδεις.

[377] *Κεφ. ιγ'.* [*Περὶ χυμῶν τε καὶ δυνάμεων καὶ*

biae oſſibus, tum naviformi, in anteriore ipſius parte articulo committitur. Rurſus naviforme, ubi cum talo coit, excavatum eſt, ut ſcaphae ſpeciem referre videatur. E regione gibbum calles tres habet, quibus oſſa chalcoeidea, quae tria ſunt, inſeruntur: porro cuboides extrinſecus ſitum eſt: coarctatum eſt autem naviformi oſſi et calci. Proceſſum quoque ex inferiori ad priorem partem obtinet, quam plantae os retinendi ipſius gratia ſubiit. Deinde os dictum metatarſus et ipſum quinque conſtat oſſibus. Tum deinde quinque pedis digiti habentur, ex tribus omnes internodiis, ſimiliter iis, qui in manu ſunt, compoſitis, ſi magnum excipias: is enim ſolus duobus conſtat. Contrahunt autem horum juncturas membranoſa quaedam ligamenta: talum et calcem valida admodum et quaedam ex iis rotunda, ſimul et nervea cartilaginoſaque.

Cap. XIII. [*De humoribus, facultatibus, morbis,*

νόσων καὶ διαφορῶν αὐτῶν καὶ αἰτιῶν καὶ θεραπειῶν.] Οἱ δὲ ἐν τῷ σώματι χυμοὶ ἐκ πρώτης γενέσεως τέσσαρες ὄντες συμμιγεῖς μέν εἰσιν ἀλλήλοις καὶ ἀνακεκραμένοι τῷ σώματι. πλεονάζει δὲ ἄλλος ἐν ἄλλῳ μᾶλλον τόπῳ, τὸ μὲν αἷμα ἐν καρδίᾳ, τὸ δὲ φλέγμα ἐν τῇ κεφαλῇ· ἡ ξανθὴ δὲ χολὴ ἐν ἥπατι· καὶ ἡ μέλαινα ἐν σπληνί. τοῦ δὲ ἐμφύτου πνεύματος διττὸν εἶδος. τὸ μὲν φυσικὸν, τὸ δὲ ψυχικόν. εἰσὶ δὲ οἳ καὶ τρίτον εἰσάγουσι, τὸ ἑκτικόν. ἑκτικὸν μὲν οὖν ἐστι πνεῦμα, τὸ συνέχον τοὺς λίθους. φυσικὸν δὲ τὸ τρέφον τὰ ζῶα καὶ τὰ φυτά. ψυχικὸν δὲ τὸ ἐπὶ τῶν ἐμψύχων αἰσθητικά τε ποιοῦν τὰ ζῶα καὶ κινούμενα πᾶσαν κίνησιν. ἵδρυται δὲ ἐν τοῖς ζώοις· ἐκ γὰρ τῶν τριῶν συνέστηκε τὰ ζῶα. τὸ μὲν οὖν ψυχικὸν ἐν τῇ κεφαλῇ κατῴκισται. τὸ δὲ φυσικὸν ἐν καρδίᾳ. τὸ δὲ ἑκτικὸν ἐν παντὶ τῷ σώματι. φυσικαὶ μὲν οὖν εἰσιν ἐνέργειαι, ἀπὸ πρώτης γενέσεως κύησις καὶ διάπλασις, ἐπὶ δὲ τῶν ἀποτεχθέντων ὄρεξις καὶ κατάποσις, ἡ ἐν τῷ στομάχῳ πέψις, ἀνάδοσις, ἐξαιμάτωσις, διάκρισις, θρέψις, αὔξησις. διακρίνεται δὲ ἐν τῷ σώματι σκύ-

*eorum differentiis, cauſis ac curationibus.*] Humores corporis ex prima generatione quatuor, commixti invicem et contemperati ſunt corpori. Exuperat autem alius in alio magis loco, ſanguis in corde, pituita in capite, flava bilis in jecinore, atra in liene. Caeterum duplex ſpiritus innati ſpecies, alius naturalis, alius animalis. Non deſunt tamen qui et tertium hecticum introducant. Hecticus igitur eſt ſpiritus, qui lapides continet. Naturalis animantia et ſtirpes nutrit. Animalis ſentiendi omnisque motus facultatem animanti exhibet: ſitus autem eſt in animantibus: nam his tribus animalium natura conſtat. Itaque animalis in capite ſedem habet, naturalis in corde: hecticus in toto corpore verſatur. Naturae actiones ſunt, a prima generatione impraegnatio foetusque formatio: in editis appetitus, cibi deglutitio; in ventriculo concoctio, digeſtio, in ſanguinem alteratio, ſegregatio, nutritio et actio. Excernuntur autem in corpore ſtercus, pituita, utraque

βαλον, φλέγμα, χολαὶ, οὖρον, ἱδρῶτες, μύξαι, σίαλον, γάλα. ψυχικαὶ δὲ δυνάμεις, αἴσθησίς τε καὶ προαίρεσις. αἰσθήσεις μὲν οὖν εἰσι πέντε, ἃς τὰ ζῶα παρέχει διὰ τῶν τοῦ σώματος ὀργάνων, ὅρασις, ἀκοὴ, γεῦσις, ὄσφρησις καὶ ἁφή. προαιρεῖται δὲ ἡ ψυχὴ, τὰ μὲν ἄνευ τοῦ σώματος λογιζομένη, ἢ ἐνθυμουμένη· μετὰ δὲ τοῦ σώματος προαιρεῖται, κινοῦσα αὐτὸ πρὸς ὑποδοχήν τινων, ἢ ἔκκρισιν, ἢ τὴν κατὰ τόπους κίνησιν· ἡ δὲ ἀναπνοὴ σύνθετός τις ἐνέργεια δοκεῖ εἶναι, πὴ μὲν κατὰ προαίρεσιν, πὴ δὲ ἀπροαιρέτως καὶ φυσικῶς γενομένη, ὡς ἐν τοῖς ὕπνοις. ὑγιαίνει τοίνυν ὁ ἄνθρωπος, τῶν μὲν πρώτων ἐξ ὧν συνέστηκε τῶν στοιχείων καὶ τῶν δευτέρων ἐξ ὧν διεπλάσθη τῶν τεσσάρων χυμῶν, ποσότητός τε συμμέτρως ἐχόντων πρὸς ἄλληλα καὶ ταῖς ποιότησιν εὐαρμόστως· τῶν δὲ στερεῶν σωμάτων, ἐξ ὧν σύγκειται, (380) μήτε διαιρουμένων, μήτε καταπυκνουμένων, μήτε ἐξισταμένων ἐκ τῆς αὐτῶν χώρας. τῶν δὲ πνευμάτων μήτε ἐπιτεινομένων ἄγαν, ὡς ἐπὶ τῶν φρενιτικῶν, μήτε ἐκλυομένων, ὡς ἐπὶ τῶν ληθαργικῶν, ἢ ἐπὶ τῶν ἐν καρδιακῇ

bilis, urina, ſudores, muci, ſaliva et lac. Animalis vero facultates, ſenſus et voluntas. Senſus quidem ſunt quinque, quibus animantia per corporis inſtrumenta funguntur, viſus, auditus, guſtus, odoratus et tactus. Eligit autem anima quaedam ſine corpore, ut quum ratiocinatur vel reminiſcitur. Cum corpore vero, ubi id ad quorundam receptionem vel excretionem vel ad loca movet. Reſpiratio compoſita quaedam actio eſſe videtur, partim ex arbitrio, partim ſponte et naturaliter, ut in ſomnis facta. Sanus igitur homo eſt, primis, unde conſtat, elementis et ſecundis, unde formatus eſt, quatuor humoribus, tum quantitate, tum qualitate mediocriter invicem contemperatis: ſolidis autem partibus, ex quibus compoſitus eſt, nec diviſis, nec condenſatis, nec e loco ſuo motis: ſpiritibus nec intenſis nimium, ut in phreniticis, nec diſſolutis, ut in lethargicis, vel in iis, qui cardiaco affectu tenentur. His enim hecticus ſpiritus reſolvi vide-

διαθέσει ὄντων· τούτοις γὰρ τὸ ἐκτικὸν πνεῦμα ἔοικεν ἐκλύεσθαι. ἐν ὑγείᾳ δὲ συντηρητέον τὸν ἄνθρωπον, τοῖς τε συνήθεσι γυμνασίοις χρώμενον καὶ τροφαῖς ταῖς κατὰ χώραν ἐν ἑκάστῃ ὥρᾳ τετηρημέναις, τὸ πλῆθος αὐτῶν μόνον φυλαττόμενον, ἐξ οὗ ἀπεψίαι γίνονται, ἀφ' ὧν αἱ νόσοι συνίστανται. προφυλακτέον δὲ τὰς νόσους μελλούσας γίνεσθαι ἢ ἔσεσθαι. εἰ μὲν ἐκ πλήθους, ἀποσιτίαν παραλαμβάνειν, ἢ κάθαρσιν, ἢ φλεβοτομίαν· εἰ δὲ ἀπὸ καμάτου καὶ ἐνδείας, ἀναπαῦσαι καὶ ὑποθρέψαι σύμφορον. αἱ δὲ νόσοι γίνονται πᾶσαι καθ' Ἱπποκράτην αἱ μὲν ἔξωθεν ἐκ τοῦ περιέχοντος, αἱ δὲ ἔσωθεν ἐκ τῶν διαιτημάτων, ἃ προσφερόμεθα, ὑφ' ὧν ἢ πλεονάζει τις τῶν τεσσάρων χυμῶν, ἢ ἐλλείπει, ἢ κατὰ ποιότητα μεταβάλλει. ὑπὸ δὲ τούτων καὶ τὰ ἔμφυτα πνεύματα ἃ μὲν ἐπιτείνεται ἄγαν, ἃ δὲ χαλᾶται εἰς ὑπερβολήν. τὰ δὲ στερεὰ σώματα καὶ ἔνδοθεν καὶ ἔξωθεν πολλὰς αἰτίας ἔχει τοῦ ὑπομένειν πλείονα πάθη. κατὰ δὲ Ἐρασίστρατον καὶ Ἀσκληπιάδην, ὡς ἐπίπαν μίαν αἰτίαν ἐπὶ πάσης νόσου, καθ' ὃν μὲν ἡ παρέμπτωσις

tur. Sanus autem homo conſervandus eſt conſuetis exercitiis et cibis patriis quolibet anni tempore obſervatis, copia eorum ſolum vitanda eſt, ex qua cruditates oriuntur, quae morbos pariunt. Praecavendi morbi ſunt, vel qui jam imminent, vel futuri ſunt. Si ex plenitudine proveniant, inedia vel purgatione vel venae inciſione curandi ſunt. Si ex labore et indigentia, quieti corpus dare et nutrire convenit. Verum univerſi morbi ex Hippocratis ſententia partim extrinſecus ex aëre nos ambiente, partim intrinſecus ex cibis et potu proficiſcuntur: a quibus humorum aliquis vel abundat, vel deficit, vel qualitatem commutat. Ab his etiam ſpiritus inſiti nunc intenduntur nimis, nunc plus aequo relaxantur. Solida vero corpora foris et intrinſecus multas cauſas habent plures affectus ſuſtinendi. Eraſiſtratus autem et Aſclepiades in univerſum unam omni morbo cauſam tribuunt: hic ſanguinis in arterias coincidentiam, ille corporeae

εἰς τὰς ἀρτηρίας τοῦ αἵματος· [378] καθ᾽ ὃν δὲ ἡ ἔκτασις τῶν ὄγκων ἐν τοῖς ἀραιώμασιν. σημεῖα δὲ πλήθους νοσοποιοῦντος, κύρτωσις ἀγγείων καὶ ἔρευθος ἐπὶ τὸ πρόσωπον καὶ ὄγκος ὅλου τοῦ σώματος καὶ τῶν σφυγμῶν τὸ μέγεθος μετὰ εὐτονίας. ἐνδείας δὲ οὔσης σύμπτωσις τοῦ ὄγκου καὶ ἰσχνότης περὶ τὸ πρόσωπον καὶ μικροσφυξία μετ᾽ ἀτονίας. τὸν μὲν οὖν πυρετὸν οἱ παλαιοὶ πάθος, αὐτὸν καθ᾽ αὐτὸν ἡγοῦνται. Ἐρασίστρατος δὲ καὶ τῶν νεωτέρων τινὲς ἐπιγένημα. πυρετὸς δέ ἐστι τροπὴ ἐμφύτου θερμοῦ ἐπὶ τὸ καυσωδέστερον, διὰ τὸ ἔνδον ἀποστρέφεσθαι καὶ ἐμποδίζεσθαι διαπνεῖν. σημειούμεθα δὲ τοὺς πυρέττοντας ἐκ τῆς θερμῆς τῆς ἐπιτεταμένης καὶ ἀπροΐτου οὔσης καὶ τῶν σφυγμῶν ἐν ἀρχῇ μὲν εἰσβολῆς ἀμυδρᾶς καὶ ἀνωμάλου κινήσεως μετὰ πυκνότητος, ἐν ἀκμῇ δὲ σφοδροτάτης μετὰ ἐπάρσεως καὶ τάχους ὑπερβάλλοντος. κατὰ δὲ τοὺς νεωτέρους ἡ ἐκ βάθους ἀναφερομένη θερμασία πλείων τῆς κατὰ φύσιν, δακνώδης καὶ δριμεῖα καὶ ἐπίμονος, μετὰ τῆς τῶν σφυγμῶν πυκνότητός τε καὶ σκληρότητος οὖσα, τὸν πυρετὸν ἀφορίζει. εἴδη δὲ πυρετῶν κατὰ πάντας δύο, ὅ τε συν-

molis in raritate extenſionem. Plenitudinis morbum facientis notae ſunt vaſorum tumor, faciei rubor, totius corporis tumor et pulſuum magnitudo cum robore. Indigentiae ſigna, molis corporeae concidentia, gracilitas in facie et exiguus pulſus cum imbecillitate. Itaque febrim veteres ipſam per ſe affectum arbitrantur. Eraſiſtratus et recentiorum nonnulli ſymptoma. Febris igitur eſt nativi caloris in ardentiorem converſio, eo quod intro averſus perſpirare prohibeatur. Indicia febricitantium colligimus ex calore intenſo et intolerabili; tum in acceſſionis principio, ex languido, inaequali et crebro pulſuum motu: in ſtatu, ex vehementiſſimo motu elato et veloci admodum. Juniores calorem naturali magis ardentem, mordacem, acrem et conſtantem, cum pulſuum frequentia et duritie, ex alto venientem, febrem eſſe definiunt. Sunt autem duae ejus ſpecies ex omnium mente continua et intermittens. Continua eſt quae non ad integritatem prius quam morbus

δεχὴς καὶ διαλείπων. συνεχὴς μὲν οὖν ἐστιν ὁ εἰς ἀπυρεξίαν, πρὶν τελέως λυθῆναι τὸ νόσημα, μὴ παυόμενος. πάλιν δὲ τοῦ διαλείποντος εἴδη εἰσὶν ἓξ κατὰ τοὺς ἀρχαίους, ἀμφημερινὸς, τριταῖος, τεταρταῖος, πεμπταῖος, ἑβδομαῖος, ἐναταῖος. ἀμφημερινὸς μὲν οὖν ἐστιν ὁ καθ' ἑκάστην ἢ νύκτα, ἢ ἡμέραν ἐπισημαίνων, ἢ ἀνϊέμενος. τριταῖος δὲ ὁ παρὰ μίαν. τεταρταῖος δὲ ὁ παρὰ δύο. πεμπταῖος δὲ ὁ παρὰ τρεῖς. ἑβδομαῖος ὁ παρὰ πέντε. ἐναταῖος ὁ παρὰ ἑπτά. ὁ ἡμιτριταῖος γὰρ ὅτε μὲν ἐν συνεχείᾳ ἐπιφαίνεται, ὅτε δὲ ἐν τοῖς διαλείπουσι τάττεται. τῶν δὲ ἄλλων νοσημάτων εἴδη δύο, εἴτε σὺν πυρετοῖς εἴη εἴτε ἄνευ πυρετοῦ. τὰ μὲν γάρ ἐστιν ὀξέα, τὰ δὲ χρόνια. ὀξέα μὲν οὖν ἐστι τάδε, φρενῖτις, καῦσος, συνάγχη, πλευρῖτις, περιπνευμονία, καρδιακὴ διάθεσις, ἴκτερος, χολέρα, εἰλεὸς, κωλικὴ διάθεσις, ἀποπληξία, τέτανος, ὀπισθότονος ἐμπροσθότονος. τὰ μὲν οὖν ὀξέα ὡς ἐπίπαν ὑπό τε αἵματος καὶ χολῆς ξανθῆς συνίσταται, πλεοναζόντων ἔν τισι μέρεσι τοῦ σώματος, ἐν οἷς νοσοποιοῦσιν ἐκτρεπομένων ἐπὶ τὸ κάκιον, τὰ δὲ χρόνια ὑπὸ φλέγματος καὶ με-

ex toto ſolutus ſit venit. Intermittentis rurſum ſex ſpecies invenimus apud veteres, quotidianam, tertianam, quartanam, quintanam, ſeptimanam et nonanam. Quotidiana eſt, quae ſingulis diebus aut noctibus acceſſionem vel deceſſionem facit. Tertiana unum diem praeſtat integrum, tertio redit. Quartana duos dies intermittit, deinde revertitur. Quintana tres: ſeptimana quinque. Nonana ſeptem. Nam ſemitertiana modo inter continuas, modo inter intermittentes ponitur. Jam vero reliquorum morborum duo genera ſunt, vel cum febribus, vel ſine febribus. Quidam enim acuti, quidam longi ſunt. Acuti quidem hi, phrenitis, febris ardens, angina, pleuritis, peripneumonia, cardiacus affectus, regius morbus, cholera, volvulus, colicus dolor, apoplexia, tetanus, opiſthotonus, emproſthotonus. Acuti igitur a ſanguine fere et flava bile, in nonnullis corporis partibus, quas ii male habent humores, ſuperfluis et in deterius verſis conſtituuntur. Longi a pituita et atra bile, ſimiliter vel copioſioribus quam

λαίνης χολῆς ὁμοίως, ἢ πληθυνόντων πολὺ παρὰ τὸ κατὰ φύσιν, ἢ μεταβαλλόντων ἐπὶ τὸ δριμύτατον. θεραπευτέον δὲ τοὺς ἐκ πλήθους νοσοῦντας, κατὰ μὲν δίαιταν ἀφαιροῦντά τε τὸν ἐκ πλήθους νοσοῦντα, ἢ δι᾽ ἀσιτίας, ἢ διὰ καθάρσεως, ἢ διὰ φλεβοτομίας. προστιθέντα δὲ καὶ προσφέροντα τοῖς ἐξ ἐνδείας εἰς τὴν νόσον ἐμπεσοῦσιν, οἷς δὲ ἀπεψία καὶ δριμύτης ὑγρῶν αἰτία ἐστὶ, συμπέττειν δεῖ ταῖς ἐπιβροχαῖς καὶ τοῖς καταπλάσμασι, κατακεραννύναι δὲ τὰ δριμέα καὶ εὐχύλοις καὶ ὑγραινούσαις τροφαῖς χρῆσθαι. οἱ δὲ καιροὶ τῶν βοηθημάτων ἔν τε ὅλῳ τῷ νοσήματι καὶ ταῖς μερικαῖς ἐπισημασίαις εἰσὶ τέσσαρες, ἀρχὴ, ἀνάβασις, ἀκμὴ, παρακμή. ἐν ἀρχῇ μὲν ὅλου τοῦ νοσήματος ἀποσιτία ἁρμόζει μέχρι τῆς διὰ τρίτης. ἐφ᾽ ὧν δὲ καὶ ἀρχὴ παντὸς μέχρι τῆς διὰ τρίτης. φλεβοτομίαν δὲ ἐν ἀρχῇ μὲν κρίνουσιν οἱ νεώτεροι, μέχρι τῆς διὰ τρίτης, οἱ δὲ παλαιοὶ καὶ μετὰ τὴν τρίτην παραλαμβάνουσιν, ἐὰν τὰ τῆς δυνάμεως ὑφεστήκῃ καὶ τὸ νόσημα ἀπαιτῇ. τροφῆς δὲ καιρὸς μετὰ τὴν διάτριτον κατὰ τοὺς νεωτέρους, κατὰ δὲ τοὺς παλαιοὺς οὐκ

naturae modus exigit, vel in acerrimam qualitatem immutatis. Qui jam ex copia laborant, victus ratione vel inedia vel purgatione vel venae inciſione curandi ſunt. Qui ex abſtinentia in morbum incidere, alimentis eos reſtituere convenit. Quibus incoctio et humorum acrimonia morbi cauſam fecerunt, iis fomentis et cataplasmatis concoctio paranda eſt. Acria contemperanda ſunt et cibis boni ſucci atque humectantibus uti oportet. Caeterum quatuor in toto morbo particularibusque acceſſionibus tempora auxiliis afferendis dicata ſunt, initium, incrementum, vigor et inclinatio. Principio totius morbi inedia triduana convenit, quibus et in totum abſtinere triduo conducit. Venae ſectionem in initio recentiores ad tertium usque diem ſtatuunt: veteres etiam poſt tertium diem praecipiunt, ſi vires ſuppetant et morbus poſtulet. Nutrimenti tempus a triduo juniores: antiqui non omnibus, ſed iis, qui copia laborant, tum junioribus tum ſenioribus inſtituunt. Pueros ſtatim morbo invadente nutriunt.

ἐπὶ πάντων, ἀλλ᾽ ἐπὶ τῶν ἐκ πλήθους νοσούντων καὶ ἐπὶ νέων καὶ ἐπὶ πρεσβυτέρων. ἐπὶ δὲ παιδίων ἀπ᾽ ἀρχῆς τρέφουσιν καὶ ἐφ᾽ ὧν ἔθος τοιοῦτον, ἢ διὰ χώραν, ἢ διὰ τὸ περιέχον. πρὸ δὲ τῆς τροφῆς τῶν μετὰ τὴν πρώτην διάτριτον ἐπιβροχαῖς χρηστέον τῆς κεφαλῆς καὶ τῶν μέσων. [379] ταῖς δὲ ἑξῆς καταπλάσμασι καὶ κλύσμασι. τὰς δὲ οὖν ἐμβροχὰς ἀεὶ καὶ τὰς ἐπὶ τῶν μέσων θερμὰς παραληπτέον καὶ ἁπλᾶς ἑψοῦντας κύμινον ἢ ξυλάνηθον, τὰς δὲ ἐπὶ κεφαλὴν θερμὰς μὲν ἐπὶ ληθάργου καὶ πάσης καταφορᾶς, ἐμψυχούσας δὲ ἐπὶ φρενιτίδων καὶ ἐπὶ παντὸς πυρετοῦ ὀξέος· τῶν δὲ καταπλασμάτων τὰ μὲν διὰ μόνου μέλιτος καὶ ἐλαίου κατασκευάζεται καὶ καλεῖται μαλακτικὰ, τὰ δὲ δι᾽ ὑδρελαίου, ἅπερ ὀνομάζουσιν ὠμὴν λύσιν, τὰ δὲ ἐμπασσόμενα τούτοις, οἷά ἐστι γῦρις καὶ λινόσπερμον καὶ τῆλις. οἱ δὲ κλυσμοὶ δι᾽ ὑδρελαίου καὶ μέλιτος καὶ ἁλῶν καὶ νίτρου βραχέος. καιρὸς δὲ τούτων ὁ πρὸ τῆς τροφῆς ἐν ἀνέσει τῶν ἐπισημασιῶν καὶ παρακμῇ. ἐπὶ δὲ τῶν συνεχῶν ὁ ὄρθρος. φρενῖτις μὲν οὖν ἐστιν ἔκστασις διανοίας μετὰ παρακοπῆς σφοδρᾶς καὶ χειρῶν ἀλόγου περιφορᾶς καὶ κροκυ-

Praeterea illos, quibus hujusmodi conſuetudo eſt, vel loci vel aëris circumflui gratia. Ante cibum, poſt triduum primum, perſuſiones capitis et praecordiorum ex uſu ſunt; ſequentibus diebus cataplasmata et clyſteres. Perſuſiones igitur in praecordiis calidas ſemper aſſumere oportet et ſimplices ex cumini vel xylanethi decocto: ad caput calefacientes quidem in lethargo et in omni gravi ſopore: refrigerantes autem in phrenitide et quavis acuta febre conveniunt. Cataplasmata quaedam ſolo melle et oleo conficiuntur, vocanturque emollientia. Quaedam ex aqua, cui oleum ſit adjectum, fiunt, quae crudam dilutionem nominant. Alia his inſperguntur, veluti pollen, lini ſemen et foenumgraecum. Clyſteres hydrelaeo, melle, ſale et nitro modico praeparantur. Tempus eorum ante cibum eſt, dum acceſſiones remittuntur et inclinant. In continuis morbis diluculum. Phrenitis eſt mentis alienatio. Notae ſunt, inſania vehemens, temeraria manuum geſticulatio,

δισμοῦ καὶ καρφολογίας καὶ πυρετοῦ ὀξέος. γίνεται δὲ ἐξ αἰτίας ὡς ἐπὶ πολὺ χολῆς. συνίσταται δὲ περὶ ἐγκέφαλον, ἢ μήνιγγας, ἢ ὥς τινες λέγουσι περὶ φρένας, ὃ διάφραγμα καλεῖται. θεραπεία δὲ ἁρμόδιος ἥδε. εἰ μὲν προγνοίη τις ἐν ἀρχῇ διὰ φλεβοτομίας καὶ σικύας, ἀφαίρεσις δὲ καὶ κλυσμὸς καὶ ἀποσιτία ἁρμόδιος. ἐνστάντος δὲ τοῦ πάθους ἐπιβροχαὶ καρωτικαί τε καὶ ὑπνωτικὰ ἐπιχρίσματα καὶ τροφαὶ ὑγραίνουσαι. ὁ δὲ καῦσος εἶδος μέν ἐστι πυρετοῦ, τέτακται δὲ ὑπὸ μὲν Ἱπποκράτους ἐν τοῖς ὀξέσιν, ὡς τεταρταῖος ἐν τοῖς χρονίοις, ὑπὸ δὲ τῶν νεωτέρων οὐκ ἔτι. συνίσταται δὲ ἐκ χολῆς, οὐκ ἄγαν ξηρᾶς περὶ τὰ φλεβία, τὰ κατὰ τὸ ἧπαρ. θεραπεύεται δὲ φλεβοτομίᾳ ἐν ἀρχῇ καὶ ψυχροῦ δόσει ἐν ἀκμῇ, ἢ πόμασιν ἐμψύχουσιν, ἢ ἐπιθέσεσιν, οἷόν ἐστι τὸ δι' ὑδρελαίου ζεστοῦ. κυνάγχη δὲ καὶ συνάγχη φλεγμοναί εἰσι περὶ τὸν τράχηλον, ἡ μὲν περὶ τὸ ἐντὸς αὐτοῦ ὀξέως πνίγουσα, ἡ κυνάγχη· ἡ δὲ συνάγχη εἰς τὰ ἐκτὸς μᾶλλον νεύουσα καὶ διὰ τοῦτο ἧττον πνίγουσα καὶ ἧττον κινδυνώδης ἐστί. γίνεται δὲ ἑκάτερον πάθος ἢ ὑπὸ

ſloccorum et feſtucarum collectio et febris acuta. Cauſam habet magna ex parte bilem. Conſtituitur in cerebro vel ejus membranis vel in ſepto transverſo, quod diaphragma nominatur. Curatio haec convenit. Initio ſi praescius fueris, venae inciſio, cucurbitulae conveniunt, ſubtractio et clyſter et abſtinentia conveniens: inſtante autem morbo perfuſiones ſoporiferae, inunctiones, quibus ſomnus acterſitur et humectantes cibi conducunt. Cauſus febris ſpecies ab Hippocrate quidem inter acutos, ut quartana inter longos morbos reſertur, a recentioribus non item. Oritur ex bile non nimis ſicca, circa venas quae ad jecur ſunt. Curatur in principio ſanguinis miſſione: in ſtatu frigidae tum aliorum, quae refrigerandi vim obtinent, potio confert, vel epithema cujusmodi ex ferventi hydrelaeo praeparatur. Angina eſt circa cervicem inflammatio. Ejus ſpeciem unam cynanchen appellant, quae in interiore ipſius parte orta ſubito ſtrangulat: alteram ſynanchen: haec in exteriorem partem incumbit, eoque minus ſtran-

(381) χολῆς, ἢ ὑπὸ φλέγματος ἁλμυροῦ. συνίσταται δὲ ὁτὲ μὲν σὺν πυρετῷ ὀξεῖ, ὁτὲ δὲ χωρὶς πυρετοῦ. θεραπεία δὲ ἡ μὲν γενναιοτάτη καὶ ὀξυτάτη εὐθὺς ἐν ἀρχῇ διὰ φλεβοτομίας, μετὰ δὲ ταῦτα διὰ τῶν ἀποφλεγματιζόντων φαρμάκων καὶ τῶν ἔξωθεν ἐπιτιθεμένων κηρωτῶν. Ἀσκληπιάδης δὲ ἐπὶ τῶν ἄκρως πνιγομένων καὶ λαρυγγοτομεῖ. πλευρῖτις δέ ἐστι φλεγμονὴ περὶ τὸ πλευρὸν ἐκ τῶν ἔνδον, μετὰ πυρετοῦ ὀξέος καὶ ἀλγημάτων σφοδρῶν καὶ βηχός. γίνεται δὲ ὑπὸ χολῆς μάλιστα. θεραπεία δὲ ἐν ἀρχῇ μὲν φλεβοτομία, εἶτα ἡ διὰ τῶν καταπλασμάτων καὶ ξηρῶν πυριῶν, οἷον κέγχρων καὶ ἁλῶν· τρίτη ἡ διὰ τῶν ἀνακαθαιρόντων ἔνδοθεν φαρμάκων πλευριτικῶν ἐπιγραφομένων. φυλάττεσθαι δὲ ἐπὶ τούτων τὰς τῆς κοιλίας ῥύσεις. ἡ δὲ περιπνευμονία τοῖς μὲν δοκεῖ φλεγμονὴ βαρεῖα εἶναι περὶ πνεύμονα καὶ τῷ βάρει τοῦτο διαδείκνυται. τοῖς δὲ οὐ δοκεῖ ὁ πνεύμων δύνασθαι φλεγμαίνειν, τὰ πλησίον δὲ αὐτοῦ φασὶν ἐν τοιαύτῃ διαθέσει γινόμενα οὕτως ὀνομάζεσθαι αὐτὴν ποιεῖ. συνίσταται δὲ τὸ πάθος τοῦτο μετὰ πυρετοῦ ὀξέος καὶ ὑπὸ

gulat minusque periculoſa eſt. Uterque affectus vel a bile vel a pituita ſalſa naſcitur, idque nonnunquam cum ſebre acuta, nonnunquam ſine ſebri. Remedium et generoſiſſimum et praeſentiſſimum eſt ſanguinis ſtatim in principio miſſio: deinde medicamenta pituitam per os educentia et cerata foris impoſita. Aſclepiades ultimum auxilium poſuit in iis qui maxime ſuffocantur laryngem incidere. Pleuritis lateris ab interiore parte inflammatio eſt. Huic febris acuta, dolor vehemens et tuſſis accedit: a bile potiſſimum generatur. Praeſidio eſt in initio adhibita venae inciſio: deinde cataplasmata et ſicca fomenta, nempe milii et ſalis: poſtremo medicamenta intrinſecus purgantia, quae pleuritica nominantur. Cavenda vero in his ſunt ventris profluvia. Peripneumonia nonnullis auctoribus inflammatio gravis eſt circa pulmonem, idque gravitate oſtenditur. Quibusdam pulmo inflammationem pati non poſſe videtur, ſed vicina ejus loca, cum in diſpoſitione ejusmodi ſunt, ea ut ita nominetur faciunt. Habet au-

τῶν αὐτῶν αἰτίων ὧν ἡ πλευρῖτις· κατὰ δέ τινας ὑπὸ φλέγματος. θεραπεία δὲ τὰ πολλὰ ὁμοία τῇ πλευρίτιδι. ἡ δὲ καρδιακὴ διάθεσις οὐκ ἀπὸ τοῦ περὶ καρδίαν εἶναι τὸ πάθος οὕτως ὠνομάσθη, ἀλλ᾽ ἐπεὶ καρδίαν οἱ παλαιοὶ τὸν στόμαχον ἐκάλουν. τούτου δὲ ἀναλυομένου ἐν πυρετῷ ὀξεῖ συμβαίνει τοὺς κάμνοντας διαφορεῖσθαι. γίνεται δὲ τὸ πάθος ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ μὲν ἐκ τῶν ἀμέτρων ἀποσιτιῶν, ἢ ἐκ φλεβοτομίας ἀκαί- [380] ρου, ἤ τινος ἀφαιρέσεως ἀλόγου παραληφθείσης. διὸ τροφῆς δέονται τῆς εὐαναδότου καὶ ἀναθερμαινούσης, ὥσπερ δι᾽ οἴνου καὶ χιόνος καὶ τῶν στερεῶν ὅσα τροφιμώτερα καὶ τὸν στόμαχον τονοῦν δυνάμενα. ἔστι δὲ ὅτε καὶ φλεγμαινόντων τῶν ἔνδον, μάλιστα δὲ τοῦ ἥπατος, τοῦτο γίνεται, ὅτε τοὐναντίον, ἀφαιρέσεως δεῖται καὶ καταπλάσεως τῆς ἐπὶ τῶν φλεγμαινόντων. ἴκτερος δέ ἐστιν ἀνάχυσις χολῆς εἰς τὴν ἐπιφάνειαν, ὅτὲ μὲν σὺν πυρετῷ ὀξεῖ, ὅτὲ δὲ καὶ ἄνευ πυρετοῦ, μετὰ ἐγκαύσεως τῶν ἔνδον καὶ κακοστομαχίας. δεῖται δὲ, εἰ μὲν τὰ μέσα φλεγμαίνει, καταπλασμάτων πρῶτον καὶ εἰ πλῆθος ὑποκέοιτο φλε-

tem hic morbus febrem acutam comitem. Eadem ipſius cauſa, quae pleuritidem concitat, ſecundum alios tamen pituita. Remedium fere huic cum ſuperiore malo commune eſt. Cordis affectus nominatur, non quod in corde affectus ſit, ſed quoniam ſtomachum veteres cor appellabant, quo in febri acuta reſoluto, aegrotos immodice diſſolvi contingit. Accidit fere ex immodica abſtinentia vel parum tempeſtiva venarum ſectione vel cum aliquid praeter rationem corpori adimitur. Quare alimento, quod facile diſtribui queat et recalſacere, ſuccurrendum eſt: quemadmodum ex vino ac nive: cibo qui ex valentiore materia eſt et ſtomachum corroborare poteſt. Eſt cum viſceribus inflammatis, potiſſimum jecinore, hic morbus eveniat: cum e contrario ablatione et cataplasmatis inflammationi dicatis opus eſt. Regius morbus eſt bilis in ſummam cutem redundantia. Interim cum febri acuta oboritur, interim ſine illa, cum interiorum aduſtione et ſtomachi vitio. Si praecordia inflammantur, cataplasmata

βοτομίας, εἰ δὲ μὴ, τῶν τὴν χολὴν κενούντων ἢ διὰ κοιλίας καὶ ἐντέρων, ἢ δι' οὔρων, ἢ διὰ ῥινῶν, ἢ δι' ἱδρώτων. ἡ δὲ χολέρα διττή ἐστι καθ' Ἱπποκράτην, ἡ μὲν ὑγρὰ, ἣν καὶ πολλοὶ ἴσασι μετ' ἐκκρίσεως σφοδρᾶς καὶ χολώδους καὶ κάτωθέν τε καὶ ἄνωθεν καὶ στροφῶν χαλεπῶν μετὰ τῶν ἐπιγινομένων σπασμῶν καὶ συνολκῶν κατὰ τὰς γαστροκνημίας μάλιστα· ἐπιμέλεια δὲ ἐπιβροχῶν μὲν θερμῶν κατὰ τῶν συνελκομένων· καὶ λουτροῦ μετὰ τὴν ἀποκάθαρσιν καὶ τροφῆς εὐδιοικήτου τε καὶ εὐανοδότου καὶ εὐστομάχου. τὸ δὲ ἕτερον εἶδος ξηρὰν χολέραν καλεῖ ὁ Ἱπποκράτης, ὑπὸ μὲν τοῦ αὐτῷ αἰτίου γινομένην καὶ περὶ τὰ αὐτὰ συνισταμένην, ἄνευ μέντοι ῥύσεως κοιλίας καὶ ἐμέτων. διὸ καὶ δεῖται προανέσεώς τε καὶ διὰ καταπλασμάτων καὶ οὐ προσφορᾶς, ἀλλὰ τοὐναντίον ἐνδείας. εἰλεὸς δὲ καὶ κωλικὴ διάθεσις φλεγμοναί εἰσιν ἐντέρων, ἡ μὲν τοῦ λεπτοῦ, ἡ δὲ τοῦ κώλου. διὸ καὶ ἀποκλείεται τά τε διαχωρήματα καὶ αἱ φῦσαι ἐνειλούμεναι τοῖς ἐντέροις, τῷ μὴ ἔχειν τὴν ἔξοδον,

primum deſiderant: ſi copia ſubſit, venae ſectionem: ſin minus, medicamenta, quae bilem evacuant aut ventris ductione et inteſtinorum, aut per urinas aut per ſudores aut per nares. Cholera duplex eſt ſecundum Hippocratem: altera humida, in qua, uti omnes norunt, vehemens eſt excretio, bilis ſupra infraque erumpit, inteſtina graviter torquentur. Accedunt convulſiones, ſaepe etiam crurum ſurae contrahuntur. Remedio contractionibus ſunt perfuſiones calidae in iis, quae contrahuntur, balneum poſt expurgationem, tum alimenta, quae ex facili diſponuntur digeruntur que et ſtomachum adjuvant. Alteram ſiccam choleram vocat Hippocrates, ab eadem provenientem cauſa ac circa eadem conſiſtentem, at citra ventris fluorem et vomitum. Ideoque remiſſionem praecedentem et per cataplasmata requirit, nec cibi ingeſtione, ſed contra inedia opus eſt. Volvulus et colicus dolor inteſtinorum inflammationes ſunt, quorum alter tenuioris, alter plenioris. Quare dejectiones includuntur et flatus inteſtinis involuti,

ἀλγήματα σφοδρὰ παρέχουσι καὶ στρόφους. ὀξύτερον δὲ καὶ τῇ διαθέσει καὶ τοῖς συμπτώμασιν ὁ εἰλεὸς καὶ κινδυνωδέστερος. ἔμετοί τε γίνονται τῶν εἰλεωδῶν, τοῖς ἐσχάτως ἔχουσιν ἑκάτερον τὸ πάθος. ἐν ἀρχῇ μὲν φλεβοτομίᾳ ὁ εἰλεὸς μάλιστα ἰᾶται, τὰ πολλὰ δὲ ἀσιτίαις καὶ καταπλάσμασι τοῖς ἀνιεῖσι καὶ λύουσι τὰς φλεγμονάς. ἐνεργέστερον δὲ βοηθεῖ τὰ ἔνδοθεν ἐνιέμενα κωλικὰ φάρμακα. τῶν τε γὰρ ἀλγημάτων ῥύεται καὶ ὕπνον ἐπάγει καὶ τὴν διαχώρησιν κινεῖ. ἀποπληξία δὲ γίνεται μὲν διὰ πλῆθος ὑγρῶν παχέων, ἐμφραττόντων τὰ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἀγγεῖα, τὰ διαδιδόντα εἰς πᾶν τὸ σῶμα τὴν αἴσθησιν καὶ τὴν κίνησιν, διὸ καὶ ἀναίσθητοι καὶ ἄφωνοι καὶ ἀκίνητοι γίνονται ἀπόπληκτοι. λέγει δὲ Ἱπποκράτης περὶ τοῦδε τοῦ πάθους. ἀποπληξίην ἰσχυρὴν μὲν λύειν ἀδύνατον, ἀσθενέα δὲ οὐ ῥηΐδιον. φλεβοτομεῖν δὲ εὐθὺς τοὺς κεκρατημένους, ἐὰν καὶ τὰ τῆς ἡλικίας συνᾴδῃ καὶ ἡ δύναμις ὑπακούῃ. τέτανος δὲ καὶ ὀπισθότονος καὶ ἐμπροσθότονος περὶ τὰ νεῦρα πάθη. εἶδος δέ ἐστιν ἑκάτερον σπασμοῦ τῶν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς νεύρων, δι᾽ ὧν τὴν

eo quod exitum non habent, dolores vehementes et tormina concitant. Volvulus autem diſpoſitione et accidentibus acutior, magisque periculoſus eſt. Alterutro autem morbo extreme laborantibus vomitus concitantur. Auxilium eſt volvuli maxime ſanguinis miſſio per initium, plerumque abſtinentia et cataplasmata mitigantia et inflammationem diſcutientia. Efficacius juvant medicamenta, quae colica nominant, intro per ſedem immiſſa. Nam dolores auferunt, ſomnum conciliant et alvum movent. Apoplexia ex humorum craſſorum copia generatur, qui capitis vaſa, unde corpori ſentiendi movendique facultas advenit, obſtruunt. Quamobrem apoplexia correpti ſenſu, voce et motu privantur. Hippocrates de hoc vitio ſcribit, *Apoplexiam*, inquiens, *validam ſolvere non licet, imbecillem haud facile.* Sanguis mittendus ſtatim jam oppreſſis, ſi modo et aetas conſentiat et vires ſuſtineant. Tetanus, opiſthotonus et emproſthotonus, nervorum morbi exiſtunt: verum utraque ſpecies eſt convulſionis nervorum, qui a

κίνησιν διαδίδωσιν εἰς τὸ σῶμα. γίνεται δὲ δι' ἔμφραξιν ὑγρῶν παχέων τῶν νεύρων, ὁτὲ μὲν εἰς τοὔπισθεν, ὥστε μὴ συννεύειν, καὶ καλεῖται ὀπισθότονος, ὁτὲ δὲ τῶν εἰς τὸ ἔμπροσθεν, ὥστε μὴ ἀνανεύειν, καὶ καλεῖται ἐμπροσθότονος, ὁτὲ δὲ ἐπ' εὐθείας, ὥστε μὴ συγκάμπτεσθαι, καὶ τέτανος προσονόμασται. θεραπεύεται δὲ ὑπὸ φλεβοτομίας, εἰ πλῆθος ὑπόκειται, ὡς ὁ παρ' Ἱπποκράτει καταπεσὼν καὶ τὴν κεφαλὴν τραυματισθείς. ἴαται δὲ αὐτοὺς καὶ ψυχροῦ πολλοῦ κατάχυσις, θέρους ὥρᾳ μάλιστα, εἰ μὴ ἰσχνὸς, ἀλλ' εὔσαρκος εἴη ὁ πάσχων. θέρμης γὰρ ἐπανάκλησιν ποιεῖται. [381] ὡς δὲ οἱ πολλοὶ χρῶνται κηρώμασι τοῖς ἠρέμα θερμαίνουσι καὶ χαλῶσι καὶ ἀλείμμασι τοῖς ὁμοίοις καὶ ἐρίων ἠλαιωμένων ἐπιθέσει καὶ πυρίαις καὶ καταπλάσμασι θερμοῖς. χρόνια δὲ πάθη περὶ τὰ ἐντὸς συνίσταται τάδε. κεφαλαία, ἐπιληψία, ἴλιγγοι, σκοτώματα, μανία, μελαγχολία, λήθαργος, κόρυζα, βράγχος, κατάῤῥους, αἵματος ἀναγωγὴ, ἐμπύημα ἐν θώρακι, φθίσις, ἀπόστημα ἐν μεσοπλευρίῳ, ἀπόστημα ἐν κατακλεῖσιν, ἡπατικὴ διάθεσις, τεινεσμὸς, δυσεν-

capite deſcendentes corpori motum diſtribuunt. Nam ſi viſcoſi humores eos obſtruant, affectio talis oritur. Quae ſi ſcapulis caput annectat, quo minus poſſit annuere, opiſthotonum: quum mentum pectori contrahit, ut renuere nequeas, emproſthotonum: quum rectam et immobilem cervicem tendit, tetanum appellant. Sanat venae ſectio, ſi copia ſubeſt: ut videre licet apud Hippocratem in illo, qui prolapſus vulnus in caput acceperat. Medetur enim eis et frigidae copioſae infuſio, ſi aeſtas ſit, praeſertim ſi non gracilis, ſed quadratus exiſtat aeger: nam caloris revocationem molitur. Multi ſane ceratis modice recalſacientibus et relaxantibus utuntur, ad haec inunctionibus ſimilibus, necnon lanis oleo imbutis, atque impoſitis et fomentis et cataplasmatis calidis. Longi morbi interioribus accidunt hi, cephalaea, morbus comitialis, vertigines, oculorum caligationes, inſania, melancholia, lethargus, diſtillatio, raucitas, gravedo, ſanguinis eruptio, ſuppuratio in thorace, tabes, abſceſſus in medio latere, abſceſſus in

τερία, ἕλμινθες αἱ πλατεῖαι, ἕλμινθες αἱ στρογγύλαι, ἀσκαρίδες, ἰσχιὰς, ἀρθρῖτις, ποδάγρα, ἐλεφαντίασις. δοκεῖ δὲ τῶν ἐκτὸς εἶναι. τῶν οὖν χρονίων κεφαλαία ἐστὶ κεφαλῆς ἄλγημα ἐνδιάθετον περιοδικῶς ἐνίοτε, τὰ πολλὰ κινούμενον, ὑπὸ φλέγματος γινόμενον, ὁτὲ δὲ εἰς ἓν μέρος τῆς κεφαλῆς τὸ ἄλγημά ἐστι καὶ καλεῖται ἑτεροκρανία· ἴασις δὲ ἀμφοτέρων δι᾽ ἀφαιρέσεως αἵματος, ἢ διὰ σικύας ἐπὶ τὸ ἰνίον καὶ ἀποφλεγματισμοῦ καὶ διὰ κοιλίας κάθαρσιν καὶ ἐπιθεμάτων, ὅσα ἀναγράφεται ἐν καταπλάσματος τρόπῳ, ἢ ἐν μαλάγμασιν, ἢ ἐπιχρίσμασιν, τὸ δὲ τελευταῖον σιναπισμῷ ἀναξηραίνεται τὸ αἴτιον. ἐπιληψία δὲ, ἣν καὶ ἱερὰν νόσον καλοῦσι, συνίσταται μὲν περὶ τὰς ἀρχὰς τῶν ἀπὸ κεφαλῆς νεύρων, δι᾽ ὧν ἡ αἴσθησις καὶ ἡ κίνησις εἰς πᾶν τὸ σῶμα διαδίδοται. αἰτία δὲ τοῦ πάθους, ὡς ὁ Πλάτων καὶ Ἱπποκράτης φασὶ, φλέγμα καὶ χολὴ μέλαινα, διὸ καταπίπτουσιν οἱ τῷ πάθει ἐχόμενοι, ἐμφραττομένων αὐτοῖς τῶν ὁδῶν τῆς τε αἰσθήσεως καὶ τῆς κινήσεως, ἀφρῶσι δὲ διὰ τὸν κλόνον τῶν ὑγρῶν, ὃς γίνεται ἀπὸ τοῦ σπασμοῦ τῶν νεύρων, διὸ

claviculis, jecinoris affectus, teneſmus, dyſenteria, lumbrici lati, lumbrici rotundi, aſcarides: coxarum dolor, articularis morbus, podagra, elephantiaſis ad exteriores partes ſpectare videntur. Ex longis morbis cephalaea internus capitis dolor eſt, qui in circuitu interdum affligit a pituita naſcens: interim unam capitis partem infeſtat: tunc heterocraniam nominant. Auxilium utriusque eſt ſanguinis detractio, vel cucurbitulae occipitio impoſitae, eductio pituitae per os, per alvum purgatio et epithemata, quae inter cataplasmata vel malagmata vel illitus inſcribuntur, poſtremo cauſa ejus ſinapismo reſiccatur. Morbus comitialis, quem et ſacrum vocant, circa nervorum, qui a capite deſcendentes ſenſum motumque univerſo corpori diſtribuunt, originem conſiſtit. Cauſam ejus Plato et Hippocrates pituitam et bilem atram indicant. Homo concidit, qui hoc malo detinetur, quoniam ei ſentiendi movendique meatus obturantur, ſpuma iis os ob humorum commotionem, quae a nervorum convulſione provenit. Qua de

Ed. Chart. II. [381.] Ed. Baſ. IV. (381. 382.)

ἔστιν ὅτε καὶ οὖρον ἐκκρίνουσιν ἀπροαιρέτως. ἴαται δὲ τὸ πάθος ἐπὶ μὲν τῶν πρὸ ἥβης παίδων, ἡ φύσις ἐκλάμψασα περὶ ἥβην καὶ κρίσιν τοῦ νοσήματος ἐργασαμένη, τῷ ἐμφύτῳ θερμῷ ἀναξηράνασα τὰ αἴτια. τοῖς δὲ μετὰ τὴν ἥβην δυσίατον, ἢ καὶ ἀνίατον τὸ πάθημα. τὰ δὲ σκοτώματα καὶ αἱ ἴλιγγες συγ- (382) γενῆ ἐστιν τῆς ἐπιληψίας καὶ ὑπὸ τῶν αὐτῶν αἰτίων γινόμενα καὶ περὶ τὰ αὐτὰ χωρία συνιστάμενα. ἐπιπολαία μέντοι ἡ κατασκευὴ αὐτῶν καὶ οὐκ ἐνδιάθετος, διὸ καὶ εὐιατοτέρα καθάρσεσι ταῖς ἀπὸ κοιλίας, μάλιστα τῇ ἱερᾷ, ἔπειτα ἀποφλεγματισμοῖς καὶ ἐμέτοις ἐν κύκλῳ παραλαμβανομένοις, τοῖς μὲν ἀπὸ δείπνου, τοῖς δὲ νήστεσιν. ἐπὶ πᾶσι δὲ κατορθοῦται ἐλλεβόρῳ. τῆς δὲ περὶ τὴν διάνοιαν ἐκστάσεως, δύο μὲν τὰ ἐξέχοντα εἴδη μανία τε καὶ μελαγχολία. πολλαὶ δὲ καὶ ἐν τούτοις αἱ διαφοραὶ, ἀκατωνόμαστοι οὖσαι. συνίσταται μὲν οὖν περὶ κεφαλὴν πᾶσαν ἔκστασις διανοίας. αἰτία δὲ τῆς μὲν μανίας ξανθὴ χολή. διὰ τοῦτο ταραχώδεις καὶ ἔκφοροι καὶ πρόχειροι ὑβρισταί τε οἱ τούτῳ ἐχόμενοι τῷ πάθει. τῆς δὲ μελαγχολίας

cauſa interim urina ſine voluntate prorumpit. Praeſidium affert pueris impuberibus natura circa pubertatem effloreſcens et morbum humoribus nativo calore exiccatis terminat. Qui pubertatem exceſſerunt, aegre aut nunquam ſanantur. Caligines oculis offuſae et vertigines cognata ſunt vitia morbo comitiali, ab eisdemque cauſis prodeunt, atque easdem ſedes occupant. Hoc tamen intercedit diſcriminis, quod illae in ſuperficie corporis, non intus accidant, ob quod facilius, quam hic, curantur alvi ductione, praeſertim per hieram, adminiſtrata, deinde apophlegmatismis et vomitibus per circuitum partim a coena, partim jejunis adhuc excitatis. Omnium maxime veratro ſuccurritur. Mentis alienatio duplici ſpecie inſigni conſtat: mania et melancholia. Complures vero et harum exiſtunt differentiae, nominum adhuc indigae. Conſtituitur itaque mentis alienatio circa totum caput. Caput inſaniae flava bilis eſt. Ob hoc qui tali vitio laborant, tumultuoſi, praecipites, manu prompti contumelioſique fiunt. Melancholia

αἰτία μέλαινα χολὴ, ψυχρότερος χυμὸς καὶ ζοφώδης. διὸ ζοφοειδεῖς τέ εἰσι καὶ δύσθυμοι οἱ τοιοῦτοι. ὕποπτοι δὲ εἰς πάντα καὶ μισάνθρωποί τε καὶ ἐρημίαις χαίροντες, οἷος ὁ Βελλυροφόντης ἱστορεῖται.

Ἤ τοι ὁ καππεδίον τὸ Ἀλήϊον οἶος ἀλᾶτο,
Ὃν θυμὸν κατέδων, πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων.

ἴασις δὲ διὰ καθάρσεως τῶν ἀπὸ κοιλίας καὶ μάλιστα ἡ δι᾽ ἐμέτων. ἐπὶ πᾶσι δὲ ἐλλέβορος ἑκάτερος λύσις. ὁ δὲ λήθαργος ἐναντίον πάθος ἐστὶ τῇ φρενίτιδι. καταφορὰ γάρ ἐστι βαθεῖα καὶ δυσανάκλιτος. οἱ κάμνοντες ἐπιλανθανόμενοι πάντων ὅσα λέγουσι. ταῦτα δὲ ἐν πυρετῷ αὐτοῖς συνεδρεύει. τόπος μὲν οὖν τοῦ πάθους ἡ κεφαλή. περὶ γὰρ μήνιγγας αὐτῆς συνίσταται. αἴτιον δὲ τούτου φλέγμα, χυμὸς ψυχρὸς, καὶ τῇ ψύξει [382] καὶ τῇ ὑγρότητι εἰς ὕπνον αὐτοὺς κατάγον. θεραπεία δὲ ἁρμόδιος, ἡ ὑπεναντία τῇ φρενίτιδι, ἀνάτριψις τῶν ἄκρων, διά τινων δριμέων καὶ νυσσόντων, ὀσφραντῶν τε προσαγωγαὶ ἀνεγειρόντων. τροφαί τε ὁμοίως

naſcitur ex atra bile, humore frigido et tenebroſo. Unde melancholici tenebriones ac lucifugae triſtesque apparent, de omnibus ſuſpicioſi, hominum conſuetudinem oderunt, ſolitudinibus gaudent, quemadmodum Bellerophontes a Poëta deſcribitur.

*Qui miſer in campis errabat ſolus Aleis,*
*Ipſe ſuum cor edens, hominum veſtigia vitans.*

Medetur per ventrem purgatio et maxime, quae per vomitum excitatur: adhuc his magis utrumque veratrum ſolvit. Lethargus morbus eſt phrenitidi contrarius: eſt enim profunda in ſomnum delatio et inexcitabilis. Hoc vitio correpti omnium quae dicuntur obliviſcuntur, atque haec in febri ipſos comitantur. Locus igitur affectionis caput eſt: nam in membranis cerebri conſtituitur. Cauſa ipſius pituita eſt, humor frigidus, frigiditate ac humiditate ſomnum inducens. Curatio conveniens ea eſt, quae contraria ei quae phrenitidi. Frictio ſuperiorum corporis partium per acria quaedam et pungentia et admotio rerum ſuaveolen-

διαχέουσαι καὶ τέμνουσαι τὸ φλέγμα, ἐπιβροχαί τε τῆς κεφαλῆς διὰ τῶν ἀναξηραινόντων καὶ καταπλάσματά ἐστιν ὅπου κατὰ τῶν μέσων. πολλάκις γὰρ ταῦτα φλεγμαίνοντα πιέζει καὶ τὴν ἐν τῇ κεφαλῇ ἀρχὴν εἶναι νεύρων. κόρυζα δὲ καὶ βράγχος καὶ κατάῤῥους ἀπὸ κεφαλῆς μὲν ἄρχεται τὰ πάθη πληρουμένης, εἶτα κατασταζούσης, ὁτὲ μὲν εἰς ῥῖνας, καὶ καλεῖται κόρυζα, ὁτὲ δὲ εἰς βρόγχον, καὶ βράγχος ὀνομάζεται τὸ πάθος, ὁτὲ δὲ εἰς θώρακα, καὶ κατάῤῥους λέγεται. εὐίατον μὲν οὖν καὶ πρόσκαιρον ἡ κόρυζα· δεύτερον ὁ βράγχος. ὀλιγοσιτίαι γὰρ καὶ θερμαὶ τροφαὶ καὶ σιτώδεις ἐῤῥύσαντο πολλάκις τῶν παθῶν. δυσίατον δὲ ὁ κατάῤῥους καὶ πολλάκις ἀνίατος. ἐκ γὰρ καταῤῥόου δριμέος καὶ ἁλμυροῦ διεσθιομένων τῶν σωμάτων αἵματος ἀναγωγὴ γίνεται. αἰτίαι δὲ αἵματος ἀναγωγῆς τρεῖς· ἢ γὰρ κατ' ἀνάβρωσιν τῶν ἀγγείων, παραῤῥέοντος τοῦ αἵματος εἰς τὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν, ἀνάγεται διὰ τοῦ στόματος, ἢ διὰ δύναμιν ῥήξεως γενομένης, ἢ δι' ἀσθένειαν καὶ ἀτονίαν τῶν ἀγγείων οὐ στεγόντων, ἀλλ' ἀνεστομωμένων διαπηδῶντος τοῦ αἵματος.

tium. Cibi ſimiliter diſcutientes ſecantesque pituitam perſuſiones capiti admoventur, quae exiccandi vim obtinent et cataplasma aliquando praecordiis. Crebro namque haec inflammatione vexata nervorum quoque in capite principium conſtringunt gravantque. Gravedo, raucitas et catarrhus ſunt affectus qui fiunt ab humore qui ab oppleto cerebro decumbit; quum in nares, vocatur gravedo, quum in aſperam arteriam, raucitas nominatur, quum in thoracem, catarrhus appellatur. Gravedini itaque facile et brevi ſuccurritur, deinde raucitati modico ſane et calido victu, qui frumentacei generis exiſtat. Deſtillatio in thoracem non ex facili curatur, imo ſaepe immedicabilis eſt. Nam ab ea acri et ſalſa partibus exeſis, ſanguinis eductio ſequitur: cujus tres cauſae referuntur. Vel enim vaſa eroſionem paſſa ſunt, ideoque ſanguis in aſperam arteriam deſcendens per os rejicitur: vel rupta ſunt violenter: vel ob imbecillitatem non continent, ſed adaperta oscula eum transmittunt. Differunt ſanguinis excretio et

διαφέρει δὲ αἵματος ἔκκρισις καὶ αἵματος ἀναγωγή. ἡ μὲν γὰρ ἢ ἀπὸ πνεύμονος ἢ ἀπὸ τῆς τραχείας ἀρτηρίας γίνεται· ἡ δὲ ἀπὸ στομάχου καὶ τὸ αἷμα μελάντερον φαίνεται, τὸ δὲ ἀπὸ θώρακος ξανθότερον καὶ ἀφρίζον, ἔπειτα τῷ τὸ μὲν μετὰ βηχὸς ἀνάγεσθαι, τὸ δὲ ἄνευ βηχός. πολλάκις δὲ καὶ ἀπὸ κεφαλῆς διὰ τῶν τῆς ὑπερώας τρημάτων εἰς τὸ στόμα καταφερόμενον τὸ αἷμα, ἀναγωγῆς φαντασίαν παρέχει οὐκ οὖσαν. τόποι δὲ ἐξ ὧν κυρίως τὸ αἷμα ἀνάγεται τρεῖς, πρῶτος μὲν τὸ φαρύγετρον, καὶ ἀκινδυνοτέρα καὶ εὐιατοτέρα ἐντεῦθεν ἡ τοῦ αἵματος ἀναγωγή, δεύτερος ἀπὸ τῆς τραχείας ἀρτηρίας, καὶ δυσίατος αὕτη ἡ διαφορὰ καὶ κινδυνώδης, τρίτος ἡ ἀπὸ τοῦ πνεύμονος πασῶν δυσιατοτέρα καὶ κινδυνωδεστέρα, ἐφ' ᾗ μάλιστα καὶ τὸ ἐμπύημα καὶ ἡ φθίσις, ὥς φησιν Ἱπποκράτης. ἐφ' αἵματος πτύσει πύου πτύσις· ἐπὶ πύου πτύσει φθίσις· ἐπὶ φθίσει θάνατος. δοκεῖ δέ τισι καὶ ἀπὸ πλευροῦ αἷμα ἀνάγεσθαι. ἀμφίβολος δὲ οὗτος ὁ τρόπος. ἴασις δὲ αἵματος ἀναγωγῆς ἐπισχεθῆναι τὸ αἷμα, ἢ διὰ φλεβοτομίας μετοχετεύσαντα καὶ

rejectio. Haec etenim vel a pulmone vel aſpera arteria provenit: illa a ſtomacho et ſanguis apparet nigrior. Qui ex thorace rejicitur, flavus magis et ſpumans: deinde hic cum tuſſe, alter ſine illa ſpuitur. Saepenumero etiam a capite per palati foramina in os defertur ſanguis, praebetque eductionis ſalſam imaginem. Loci, ex quibus proprie ſanguis educitur, tres ſunt. Primus fauces, unde minore cum periculo ſanguis rejicitur, faciliusque ſiſtitur. Secundus aſpera arteria, atque hic morbus curationem difficulter accipit, plenusque periculi eſt. Tertius pulmo, ubi minus omnibus praeſidii, plus periculi affectus habet. Comitatur enim maxime ſuppuratio et tabes, ut ait Hippocrates, cujus verba haec ſunt. *Sanguinis ſpuitionem puris ſpuitio, hujus ſpuitionem tabes, tabem mors ſequitur.* Nonnulli etiam ex latere ſanguinem educi arbitrantur. At hoc ambiguum eſt. Salus vitii hujus eſt, ſanguinem reprimere vel venae ſectione alio ducentem, idque potiſſimum in juvenibus, vel poſca ſiſtentem vel inedia copiam

μάλιστα ἐπὶ τῶν νέων, ἢ διὰ ὀξυκράτου στήσαντα, ἢ ἀποσιτίᾳ μειώσαντα τὸ πλῆθος, ἢ διά τινος τῶν ἁπλῶν φαρμάκων, οἷον ἀκακίας, ὑποκυστίδος, βαλαυστίου, ἀρνογλώσσου χυλοῦ καὶ τῶν ὁμοίων. ἐμπυήματος δὲ ἴασις ἡ μὲν παλαιὰ διὰ καυστηρίων ἀναξηραινόντων τὸν θώρακα καὶ εἰς τὰ ἐκτὸς μεταῤῥευματίσαι, ἡ δὲ νεωτέρα συμπεπᾶναι τοῖς τε καταπλάσμασι καὶ τοῖς ἐκλεικτοῖς, ἔπειτα ἀνακαθᾶραι ταχέως τοῖς διὰ στόματος διδομένοις φαρμάκοις, πρὶν ἢ καθαιρεθῆναι τὸ σῶμα. ἐπιγράφεται δὲ τὰ φάρμακα ἰδίως, πρὸς ἐμπυικούς. τὰ δὲ ἐν μεσοπλευρίοις συνιστάμενα ἐμπυήματα τεμνόμενα ἰδίως πρὸς μοτὸν ἔχει τὴν ἔκκρισιν τοῦ ὑγροῦ· ἡ γὰρ ἀθρόα ἀναιρεῖ. γίγνεται δὲ ἐμπυήματα καὶ ὑπὸ τὸ διάφραγμα, ἃ λέγουσιν ἐν κατακαλύψει ἀποστήματα, οὐχ ὁμοίως κινδυνώδη, οὐδὲ δυσίατα, τὰ πολλὰ ἐντὸς ῥηγνύμενα ταύτῃ ἐκκρίνεται, ἢ διαιρουμένων τῶν ἐκτὸς σωμάτων. ἱστορεῖ δὲ Διοκλῆς καὶ τὰ ἐν θώρακι ἐμπυήματα, ἔστιν ὅτε συῤῥηγνύμενα εἰς τὴν ἐπὶ νεφροὺς καὶ κύστιν φέρουσαν ἀρτηρίαν, ταύτῃ

ejus imminuentem, vel ſimplici quodam medicamento, ut acacia, hypociſtide, balauſtio, plantaginis ſucco, atque id genus aliis. Suppurationis praeſidium vetus ſunt ferramenta candentia, quae thoracem exiccent, fluoremque in exteriores partes dirigant. Recentiores conſueverunt mitigare cataplasmatis et delingendis medicaminibus, deinde cito repurgare medicamentis per os aſſumptis prius, quam corpus exedatur. Inſcribuntur autem proprie medicamenta ad purulentos. Quae ſuppurationes medio latere conſtituuntur, reſectae proprie ad linamentum, humoris excretionem habent: quae ſi univerſum fiat, hominem interimit. Accidunt vero ſuppurationes quoque ſub transverſo ſepto, quae ſe intus occultantes abſceſſus nominantur, non ex aequo periculoſi, nec curationi reſiſtentes, plerumque intus rupti hac excernuntur, vel partibus exterioribus diviſis. Diocles memorat etiam thoracis ſuppurationes erumpentes interim in arteriam, quae ad renes ac veſicam tendit, ſimul cum urinis excerni. Tabes proprie dicitur

ἀποκρίνεσθαι σὺν τοῖς οὔροις. [383] φθίσις μὲν κυρίως λέγεται ἡ ἐν πνεύμονι, ἢ εἰς τὸν θώρακα ἐπὶ τῶν ἐμπυημάτων σύντηξις τοῦ σώματος. δυσίατον δὲ τὸ πάθος, ἢ καὶ ἀνίατον. γαλακτοποσία τε ἐν αὐτῇ τῇ ἀκμῇ καὶ τόποι ξηρότεροι καὶ τῆς Αἰγύπτου τὰ ἄνω καὶ ἡ Λιβύα ἰῶνται μάλιστα τὸ πάθος. λέγεται δὲ καὶ ἰσχιαδική τις φθίσις ὑπὸ Ἱπποκράτους, ἡ ἐπὶ τοῖς περὶ τὸ ἱερὸν ὀστοῦν ἐμπυήμασι σύντηξις τοῦ σώματος. ὁμοίως δὲ καὶ ἡ νεφριτική. αἱ δὲ περὶ τὸ ἧπαρ καὶ σπλῆνα φλεγμοναὶ, εἰ μὲν εἰς ἐμπύημα μεταβάλλοιεν, συντήκουσι καὶ αὗται μετρίως τὸ σῶμα. εὐιατότερα δὲ ταῦτα τὰ ἐμπυήματα τῶν ἐν πνεύμονι καὶ ἀκινδυνότερα. εἰ δὲ μὴ μεταβάλλοιεν, ἀλλ᾽ ἄπεπτοι μένοιεν αἱ φλεγμοναὶ καὶ σκιῤῥώδεις καχεξίας ἐπιφέρουσαι τῷ σώματι καὶ τελευτῶσαι ὕδρωπας ἐπιφέρουσι. μέχρι δὲ ἁπλαῖ φλεγμοναί εἰσιν, ἡ μὲν περὶ ἧπαρ πυρετοὺς ἐπιφέρει συνεχεῖς, ἡ δὲ περὶ σπλῆνα τεταρταίους ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. αἰτία γὰρ τοῦ τύπου τούτου μέλαινα χολὴ, ἧς ἀγγεῖον ὁ σπλὴν, ὅθεν ἴαμα τεταρταίου, πρὸ μὲν τοῦ ῥίγους, πυ-

in pulmone vel in thorace, corporis ob ſuppurationes colliquatio: difficilis ejus ſalus eſt aut nulla. Lactis uſus potui datur, dum conſiſtit: loca ſicciora conveniunt. Superior Aegyptus et Libya maxime huic malo medentur. Hippocrates tabis cujusdam coxendicum meminit, iſchiadicam vocans, qua in ſuppurationibus circa os ſacrum accidentibus corpora colliqueſcunt. Similiter alterius renum nephriticae. Porro jecinoris et lienis inflammationes ſi in pus vertuntur et ipſae mediocriter corpus conſumunt. At hae ſuppurationes multo citius curantur, minusque periculoſae ſunt, quam quae pulmonem affligunt. Verum ſi minus in ſuppurationes mutantur inflammationes, ſed crudae et in ſcirrhi natura permanſerint, malum habitum corpori afferentes, tandem aquam inter cutem afferunt. Quatenus autem ſimplices extiterint, in jecinore, febres continuas afferunt: in liene, quartanas magna ex parte: nam hujus ſpeciei cauſa bilis atra eſt, quae in liene tanquam vaſe continetur. Unde quartanae auxilium eſt, ante

ριῶντα τὰ ἄκρα διὰ τὴν ψυχρότητα τοῦ χυμοῦ, ἐν δὲ τοῖς διαλείμμασιν ἡ δι᾽ ἐμέτων ἀγωγή. ὑδρώπων δὲ τριττὸν εἶδος κατὰ τοὺς νεωτέρους, ὁ μὲν ἀσκίτης, ὁ δὲ τυμπανίτης, ὁ δὲ ὑποσαρκίδιος. κατὰ δὲ Ἱπποκράτην δύο φύσεις. ὁ γὰρ ἀσκίτης καὶ ὁ τυμπανίτης τῆς αὐτῆς ἰδέας ἐστί. ἐφ᾽ ἑκατέρᾳ γὰρ παρέγχυσίς ἐστιν τῆς ἐξυδαρουμένης τροφῆς εἰς τὸν μεταξὺ τόπον τῶν τε ἐντέρων καὶ τοῦ περιτοναίου· ἀλλ᾽ ἐπὶ μὲν τοῦ ἀσκίτου πλεῖον τὸ ὕδωρ, ἔλαττον τὸ πνεῦμα. ἐπὶ δὲ τοῦ τυμπανίτου πλεῖον τὸ πνεῦμα, ἔλαττον τὸ ὑγρόν. ὁ δὲ ὑποσαρκίδιος κατὰ πᾶν ἐστι τὸ σῶμα ἀνάλυσις τῶν στερεῶν σωμάτων εἰς ὕδατος φύσιν. τοῦτον καὶ Ἱπποκράτης ἀνίατόν φησιν. καλεῖται δὲ καὶ λευκοφλεγματίας. αἰτία δὲ παντὸς ὑδέρου, ὡς μὲν Ἐρασίστρατός φησιν, φλεγμονὴ ἥπατος, ἢ σπληνὸς (383) χρονισθεῖσα καὶ σκιρρωθεῖσα ἐμποδίζουσα γὰρ τῆς τροφῆς τὴν ἐν τοῖς σπλάγχνοις τούτοις κατεργασίαν τε καὶ ἀνάδοσιν εἰς πᾶν τὸ σῶμα ἐξυδαροῖ αὐτὴν, καταψυχθεῖσα δὲ παρεγχεῖται μεταξὺ ἐντέρων καὶ περιτοναίου. κατὰ δὲ Ἱπποκράτην καὶ αὐτὴ μὲν

rigorem ſummas partes propter humoris frigiditatem ſomentis tueri. In intermiſſionibus eductio per vomitum. Hydropis tres ſunt ſpecies ex ſententia neotericorum, aſcites, tympanites et anaſarca. Hippocrates duas ſtatuit, nam tympanites et aſcites ſunt ejusdem ſpeciei, quoniam in utraque nutrimentum in aquam redactum inter inteſtina et peritonaeum transſunditur. Sed in hac aquae plus, quam ſpiritus, in unum intus contrahitur: in illa copioſior ſpiritus, minor humiditas eſt: in reliqua ſolidae totius corporis partes in aquae naturam tranſeunt: hanc et Hippocrates medicabilem eſſe ſcribit, vocatur autem et leucophlegmatia. Cauſa vero cujusque hydropis eſt, auctore Eraſiſtrato, inflammatio jecinoris vel lienis, temporis ſpatio in ſcirrhum indurata. Nam quum alimenti in his viſceribus conſectionem atque in totum corpus digeſtionem impediat, in aquae ſubſtantia ipſum commutat, quod ita refrigeratum inter inteſtina et peritonaeum transmittitur. Hoc quoque malum Hippocrati ſalutis ſpem nullam

ἀνίατος· εἰ δὲ καὶ ἄνευ φλεγμονῆς γινόμενον ὕδερον καὶ μάλιστα τὸν ὑποσαρκίδιον τοῦ ἐμφύτου θερμοῦ καταψυχομένου καὶ οὐκ ἔτι κρατοῦντος τὴν ἐν τοῖς ἀγγείοις τροφὴν, διὸ καταψυχόμενον τὸ αἷμα ἐξυδαροῦται καὶ παραῤῥεῖ διὰ τῶν φλεβῶν, ὡς ἐκ τῶν ἀσκῶν, τὸ ἔλαιον διαπηδήσει. μέχρι μὲν γὰρ ἐν ταῖς φλεψὶν αἷμά ἐστιν, ἀκριβῶς ὑπὸ τοῦ σώματος τῶν φλεβῶν συνέχεται. ὅταν δὲ ἡ ἐν αὐτῷ λιπαρότης πλεονάσῃ, ὡς ἐπὶ τῶν πιμελῶν, παρεγχεόμενον τοῦτο πιμελὴν ποιεῖ. ἢ ἐξυδαρούμενον τὸ αἷμα, ἢ μὴ στεγνόμενον διαῤῥεῖ, ἢ εἰς τὸν μεταξὺ τόπον τῶν ἐντέρων καὶ τοῦ περιτοναίου, ἢ κατὰ πᾶν τὸ σῶμα. ἴασις δὲ τῶν δύο ἑτέρων ὑδρώπων, ἢ διὰ μαλαγμάτων ἀναξηραινόντων, ἢ διὰ φαρμάκων διουρητικῶν, ἢ διὰ καθαρτικῶν ὑπηλάτων. νεφροὶ δὲ πεπονθότες ἀλγήματα μὲν σφοδρὰ ἐπιφέρουσιν, δυσδιάκριτος δὲ ἐπ᾽ αὐτῶν ὁ πεπονθὼς τόπος διὰ τὸ συμπεφυκέναι αὐτὸν τοῖς ἔξωθεν σώμασι καὶ ἐπικεῖσθαι τὸ κῶλον αὐτοῖς· διὸ ἐν πυήσει γινόμενοι φαντασίαν παρέχουσι φλεγμονῆς, ἤ τοι περὶ τὰ ἐκτὸς ἢ κωλικῆς διαθέσεως. πολλάκις δὲ

habet. Quod ſi vel absque inflammatione hydrops, praeſertim anaſarca eveniat, calore genuino refrigerato, nec alimentum in venis amplius edomante, ſanguis caloris inops aquae naturam induit et ex venis, ceu oleum ex utribus defluit. Quousque enim ſanguis exactus in venis eſt, ab earum corpore continetur. Ubi vero in eo pingue exuperaverit, ut in obeſis, ſanguis effuſus adipem generat, aut in aquam verſus, aut dum non continetur, diffluit in locum qui medius eſt inter inteſtina et peritonaeum, aut per univerſum corpus effunditur. Tolluntur duo alii hydropes vel ex malagmatis exiccantibus, vel medicamentis urinas cientibus, vel hypelatis purgandi facultate praeditis. Renes affecti dolores magnos pariunt. Locus autem male habens non ex facili poteſt diſcerni, quod exterioribus partibus cohaereat et colon ipſis incumbat, quare dum in eis eſt abſceſſus, vel inflammationis partium externarum vel colici doloris ſpeciem praebent. Non raro eodem affecto inteſtino renes conſentientes dolent.

καὶ κώλῳ συμπάσχουσιν οἱ νεφροί. πάθη δὲ συνίστανται περὶ νεφροὺς ταῦτα, φλεγμονὴ, ἕλκωσις, λιθίασις, πάρεσις. [384] φλεγμονῆς μὲν οὔσης, οὐδὲν διασημαίνει δι' οὔρων· ἀλλὰ μᾶλλον ἀλγήματα ἐπιφέρει, οὐκ ἀκριβῶς ἐπιφαίνοντα τὸν πρωτοπαθοῦντα τόπον δι' ἃ ἔφαμεν. δυσπαραμύθητοι δὲ αἱ ὀδύναι, οὔτε καταπλάσμασιν εἴκουσαι, οὔτε τῇ διὰ σικύας ἀφαιρέσει ἐνδιδοῦσαι, μόνον δὲ εἴπερ τοῖς ἔνδοθεν διδομένοις τισὶ νεφριτικοῖς φαρμάκοις. εἰ δὲ ἕλκωσις εἴη, ὅτε μὲν πυώδη διὰ τῶν οὔρων ἀποκρίνεται, ὅτε δὲ αἱματώδη. λιθιάσεως δὲ οὔσης, ὁτὲ μὲν αἱματώδη ἀποκρίνεται, τραχυνομένων τῶν σωμάτων ὑπὸ τοῦ λίθου, ὁτὲ δὲ ψαμμία ὑφίσταται τῷ οὔρῳ, εἰ εὔθρυπτος εἴη ὁ λίθος, ἢ καὶ γενέσεως ἀρχὴν ἔχοι. ἐπὶ δὲ παρέσεως αἱματῶδες τὸ οὖρον ἀποδίδοται, ὡς ἂν οὐ διακρινόμενον. περὶ δὲ τὴν κύστιν ταῦτα συνίσταται τὰ πάθη, πάρεσις, πιτυρίασις, λιθίασις, ἕλκωσις, περὶ τὸν τράχηλον μάλιστα. ἐπισυμβαίνει δὲ τούτοις ἰσχουρία, στραγγουρία, δυσουρία, ἀπό τε τούτων καὶ ἐξ ἄλλων αἰτίων. φλεγμονὴν μὲν οὖν δηλοῖ τὰ περὶ τὸ ἐφή-

Affectus autem, qui in eis conſiſtunt, hi ſunt, inflammatio, exulceratio, calculi, imbecillitas. Quum inflammatio renes exercet, nihil per urinam innoteſcit, ſed dolores excitantur potius, non exacte locum primum dolentem oſtendentes, ob eam, quam dixi, rationem, verum intolerabiles: quippe qui nec cataplasmatis cedant, nec detractione per cucurbitulas facta remittantur: ſola medicamenta nephritica intus accepta praeſidio ſunt. Si exulceratio eos infeſtat, interdum purulenta per urinas excernuntur, interdum cruenta. Quum ineſt calculus, aliquando cruenta, partibus videlicet ab eo exaſperatis, ejiciuntur, aliquando arenulae in urina ſubſident, ſi friabilis ſit lapis vel etiam recens modo naſcatur. In imbecillitate ſanguinolenta urina redditur, quaſi nondum ſegregata. Veſicae affectus hi ſunt, imbecillitas, furfuratio, calculus, exulceratio, circa collum maxime. His accedit urinae ſuppreſſio ejusque difficultas et ſtillicidium. Ex his vero aliisque cauſis pro-

βαιον ἀλγήματα καὶ δυσχέρεια περὶ τὴν τοῦ οὔρου ἔκκρισιν. λύει δὲ φλεγμονὴν κύστεως κατάπλασμα καὶ ἐπιβροχαὶ καὶ ἔνδεια τροφῆς. εἰ δὲ ὑπερβάλλοι καὶ ἀφαίρεσις αἵματος διὰ φλεβοτομίας. ἕλκωσιν δὲ σημαίνει, ποτὲ μὲν αἱματώδη ἐκκρινόμενα, ποτὲ δὲ πυώδη, ἔστι δὲ ὅτε μυξώδη καὶ τὰ περὶ τὸ ἐφήβαιον ἀλγήματα. ἴασις δὲ διὰ τῶν ἐπιθεμάτων καὶ μάλιστα γλυκυχυμία καὶ εὔχυμος τροφὴ προσφερομένη. καὶ τὰ ἔνδοθεν διδόμενα πρὸς ἕλκωσιν κύστεως καὶ τὸ Βισσίνου φάρμακον. πάρεσιν δὲ κύστεως, δηλοῖ μὲν καὶ ἡ τῶν οὔρων ἀπροαίρετος ἔκκρισις. δυσίατον δὲ, ἢ καὶ ἀνίατον τὸ πάθος. λίθον δὲ ἐν κύστει ὄντα, σημειοῦνται μὲν ἀκριβέστατα οἱ δάκτυλοι καθιέμενοι εἰς τὸ ἀπευθυσμένον ἐπὶ τῆς ἕδρας, ὥς τε ἐπικάμπτεσθαι τὸν λιχανὸν δάκτυλον ἐπὶ τὸν μέσον τοῖς ἄκροις καὶ ἐπὶ τὸ ἔμπροσθεν ἐπὶ τὴν κύστιν, ἔνθα καὶ ἐντυγχάνουσι τῷ λίθῳ ἐμπλέοντι καὶ ἀναφέρουσιν αὐτὸν εἰς τὸν τράχηλον τῆς κύστεως. λίθων δὲ διαφοραὶ πλείονες· οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν προσφυεῖς, οἱ δὲ ἀπόλυτοι, καὶ οἱ μὲν εὔθραυστοι, οἱ δὲ δύσθραυστοι. δυσίατοι μὲν οὖν

ſiciscuntur. Inflammationis notae ſunt circa pubem dolores, urinae excernendae difficultas. Solvitur cataplasmatis, perſuſionibus et a cibo abſtinentia. Quod ſi excedat, ſanguinem quoque per venam mittere convenit. Exulcerationis indicia ſunt, ſanguinolenta excretio interdum, interdum purulenta, nonnunquam mucoſa et circa pubem dolores. Auxiliantur epithemata, maximeque dulcis bonique ſucci alimentum ad haec, quae intus adhibentur adverſus ulcerationem veſicae et Byſſini medicamentum. Imbecillitatem veſicae innuit et urina, cum citra mejentis voluntatem effluit. Difficilem morbus curationem, aut nullam recipit. Lapidem in veſica eſſe, digiti in rectum inteſtinum per ſedem immiſſi exquiſitiſſime deprehendunt, ſed ita, ut index ad medium in ſummo reflectatur, atque in priorem veſicae partem, ubi et lapidem innatantem contingunt, referuntque in veſicae cervicem. Calculorum differentiae plures ſunt, quidam enim illorum adnati ſunt, alii poſſunt auferri. Rurſus aliqui facile frangi poſſunt,

ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ οἱ προσφυεῖς. τῶν δὲ ἄλλων τοὺς μὲν εὐθραύστους, τὰ φάρμακα δύνανται διαλύοντα ἐκκρίνειν. τοὺς δὲ στερεοὺς καὶ δυσλύτους οἱ χειρουργοὶ κομίζονται, διαιροῦντες τῆς κύστεως τὸ σαρκοειδὲς τοῦ τραχήλου. ἰσχουρία μὲν οὖν ἐστιν ἡ τελεία ἐποχὴ τῶν οὔρων. στραγγουρία δὲ, ἡ κατὰ στράγγα οὔρησις. καὶ δυσουρία τὸ αὐτὸ τοῦτο μόνον ποιοῦσα, δυσχέρειαν τοῦ ἀπουρεῖν. γίνεται δὲ ταῦτα διὰ πολλὰς αἰτίας, ὁτὲ μὲν διὰ τὸν λίθον ἐσφηνωμένον τῷ τραχήλῳ τῆς κύστεως καὶ τελέως ἐμφράττοντα τὸν πόρον ἢ ἔνδον τι καταλιπόντα ἢ ἐννηχόμενον τῇ κύστει. γίνεται δὲ ἰσχουρία διὰ φλεγμονὴν κύστεως ὑπερβάλλουσαν καὶ διὰ πλήρωσιν ἄμετρον, οὐ δυναμένης περισταλῆναι τῆς κύστεως καὶ διὰ δριμύτητα τῶν οὔρων τοῦ τραχήλου ἀκριβῶς συστελλομένου τῇ δήξει καὶ διὰ θρόμβον αἵματος ἀποκλείοντα τὴν δίοδον καὶ διὰ παχύτητα οὔρων προσισχομένων. πεπεμμένων οὖν τῶν ἐκκρινομένων ὄντων, τὴν τοιαύτην παχύτητα ἀποσπᾶσθαι χρὴ, τὸν δὲ θρόμβον διαλύειν τοῖς δυ-

nonnulli non poſſunt. Itaque magna ex parte adnati difficulter curantur, alii qui facile franguntur, alii qui difficile; itaque vix ſanabiles ſunt ut plurimum adnati. Ex aliis autem, qui facile franguntur, diſſolventibus medicamentis excerni poſſunt. Duros vero et vix ſolubiles chirurgi tollunt, carunculam dividentes veſicae cervicis. Iſchuria ſumma eſt urinarum retentio: ſtranguria urinae ſtillicidium: dyſuria urinae difficultas. Atque haec multis e cauſis proveniunt, aliquando calculo veſicae cervici impacto, ac meatum in totum obſtruente, vel ſi intus quippiam relictum ſit aut veſicae innatet. Urinae retentio propter veſicae inflammationem nimiam aut repletionem immodicam accidit, veſica ſcilicet ad excretionem imbecilla, aut cervice vehementer ex urinarum acrimonia per morſum contracta, aut ex grumis ſanguinis iter occludentibus, aut ex urinarum adhaerentium craſſitie. Coctis igitur iis quae excernuntur, ejusmodi craſſitiem trahere oportet, grumum vero medicamentis liquefaciendi vim haben-

ναμένοις τήκειν. τὴν δὲ πλήρωσιν κενοῦν τῷ Ἐρασιστρατείῳ καθετῆρι. ἔστι δὲ οὗτος προσεοικὼς τῷ ῥωμαϊκῷ σίγμα. σ, ἡ δὲ περὶ κοιλίαν καὶ ἔντερα ἀρχὴ, ὁ στόμαχός ἐστι καὶ κατὰ φύσιν ἐχόντων καὶ παρὰ φύσιν διατιθεμένων. στομάχου τοίνυν παθήματα φλεγμονὴ, ἕλκωσις, αἵματος ἀναγωγὴ, ἐμπνευμάτωσις, πλάδος, ἀνορεξία, ἀκράτεια τῶν προσφερομένων. φλεγμονὴν μὲν οὖν σημαίνει τὸ ἄλγημα ἐγκείμενον. [385] ἐπιμέλεια δὲ δι' ἐπιβροχῶν καὶ καταπλασμάτων καὶ τροφῶν σιτωδῶν καὶ εὐδιοικήτων. ἕλκωσιν δὲ ἐν στομάχῳ δηλοῖ ἰδίως σῆψις καὶ δῆξις καὶ δυσκαταποσία. ἴασις δὲ διά τε τῶν ἔξωθεν ἐπιτιθεμένων καὶ διὰ τροφῶν εὐχύλων, αἷμα δὲ ἀπὸ στομάχου ἀναγόμενον ἐπέχει διδόμενα, τὰ πρὸς αἵματος ἀναγωγὴν τὴν ἀπὸ θώρακος, τὰ προγεγραμμένα. ἐμπνευμάτωσιν δὲ διαλύουσι στομάχου αἱ ἐξόποροι καὶ ὅσα ἐρυγὴν κινεῖ. πλάδον δὲ ἀναξηραίνει, ξηροφαγία τε καὶ ἀψινθίου πόσις. ἀνορεξία δὲ ἡ μέν τις γίνεται διὰ φλέγμα παρακείμενον καὶ δεῖ ἀναξηραίνειν τὸ αἴτιον, ἢ διὰ χολὴν ἐπιπολάζουσαν καὶ δεῖ ἀνακαθαίρειν

tibus diſſolvere. Plenitudinem vacuare ferramento, quod Eraſiſtratus catheterem nominat Romanae literae S ſimili. Stomachus ventris et inteſtinorum principium eſt, ſive naturaliter, ſive praeter naturam afficiantur. Stomachi igitur vitia ſunt, inflammatio, exulceratio, ſanguinis eductio, inflatio, humiditas flaccida, cibi faſtidium, ingeſtorum ciborum incontinentia. Inflammationem ergo notat dolor incumbens. Succurritur perfuſionibus et cataplasmatis, alimentis frumentariis et quae facile poſſint digeri. Exulcerationem in ſtomacho notant proprie putredo, mordicatio, deglutiendi difficultas. Auxiliantur his extrinſecus impoſita, cibique probe ſucculenti. Sanguinis e ſtomacho eductio iisdem medicamentis ſiſtitur, quibus ex thorace: ejusdem rejectio, iis quae ſuperius adnotata ſunt. Inflationem diſſolvunt diſcutientia et quae ructus movent. Humiditatem ſiccorum eſus et abſinthii potio tollunt. Cibi faſtidium aut ex pituita adjacente oritur, ideoque exiccare illam ex uſu eſt: aut a bile ſupernatante, unde ſtomachus

